Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

VI A 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

KW 182 D20

ΛΟΓΓΟΥ ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ,

τῶν κατὰ

ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ,

ΒΙΒΛΙΑ ΤΕΤΤΑΡΑ.

LONGI PASTORALIUM,

DE

DAPHNIDE ET CHLOE,

LIBRI QUATUOR.

PETRUS MOLL SNECANUS,
J.V.D. & Gr. Ling. Profeſſ. Ord. in Acad. Franek.
Friſior. recenſuit, in Latinum ſermonem vertit,
notis & animadverſionibus illuſtravit.

LUCIANUS.

Ὀυδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακριδόν ἐςὶ νόημα.
Ἀλλ᾽ ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ᾽ ἑτέροισι γέλως.



FRANEKERÆ,
Sumptibus JOANNIS ARCERII, A°. 1660.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE'SHAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Celſiſſimo ac Illuſtriſsimo Principi ac Domino,

D. GUILIELMO FRIDERICO PRINCIPI Naſſoviæ, &c. &c. Friſiæ, Groningæ, Omlandiæ, Drentiæq; Gubernatori, &c. &c.

VT ET,

Nobiliſſimis, Ampliſsimis ac præpotentibus Viris,

D. D. Illuſtrium Friſiæ Ordinum

DEPUTATIS NOVEM-VIRIS,

D. DOMINICO ab AYLVA,
Territorii, quod eſt Leeuwerderadeel, Gritmanno.

D. AULO ab HAERSMA,
Territorii, quod eſt Smallingerland, Gritmanno.

D. ONNIÆ à GROUSTINS,
Territorii, quod eſt Hennaarderadeel, Gritmanno.

D. ELCONI à GLINSTRA,

D. DANIELI de BLOCQ à SCHELTINGA,
Territorii, quod eſt Schooterland, Gritmanno.

D. JACOBO BOURITIO,
Territorii, quod eſt Aengwirden, Gritmanno.

D. ALLARDO à BURUM,
Conſuli Leoverdiano.

D. FREDERICO ab INTHIEMA,
Conſuli Worcumano.

D. ONNIÆ GELDORP, Conſuli Stauriano.

Eorumque SECRETARIO Conſultiſſimo,

D. AHASSUERO VIERSEN,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

NEC NON

Nobiliſsimis, Spectatiſsimis Viris D.D.

Illuſtrium Friſiæ Ordinum Rationum præfectis,

D. CAROLO à ROORDA,
Territorii, quod eſt Idaarderadeel, Gritmanno.
D. ALBERTO SIBRANDO ab EMINGA,
Territorii, quod eſt Franekeradeel, Gritmanno.
D. GERHARDO ADIUS.
D. VILHELMO UMA,
Conſuli Doccummano.

Ac eorundem SECRETARIO Spectatiſſ.

D. ISBRANDO à VIERSEN,
S. P. D.

Celſiſſime & Illuſtriſſime Princeps,
Nobiliſſ. Ampliſſ. præpotent: Domini,

OLim cum fama increbreſceret, rumorque conſtans diſpaleſceret in vulgum, Macedonum Regem Philippum, Corinthiis obſidionem minari, ac moliri: ideoque univerſi cives, armis fabricandis, bellicisque machinis conficiendis diſtricti, alii lapidibus comportandis, alii muris ſubſtruendis, alii propugnaculis ſuffulciendis, operam pro viribus darent.

darent. Hiſce conſpectis Diogenes, ſuum, quod habitabat Dolium, ſuccinctus pallio, quantâ maximâ ſedulitate potuit, ſurſum atque deorſum per Cranium volutabat. E familiaribus autem cuidem percontanti, *τί ταῦτα ποιεῖς ὦ Διόγενες;* Cur hoc facis Diogenes? reſpondiſſe fertur: *κυλίω κἀγὼ τὸν πίθον, ὡς μὴ μόνος ἐν τούτοις ἐργαζομένοις ἄργειν δοκοίην*, id eſt, meum etiam dolium voluo, ne ſolus inter tot laborantes ociari videar. Itaque Illuſtriſſ. Prin. Viri nobiliſſ. ampliſſ. in hoc æmulatus Sinopenſem hunc philoſophum, ne ſolus *ἐν οὕτω πολυφώνῳ τῷ χρόνῳ*, Collegas inter meos, præter deſtinatum ſibi penſum, diſputationibus, aliiſque ingeniorum ſuorum monumentis ſeculo dandis, æternitatique conſecrandis occupatos, omnium malorum matris otii, quod quidem malum ſemper procul habui, inſimulari queam, *Longum* hunc, in quem, cum non ita pridem incidiſſem, Latinitate utcumque, jureque Quiritium à me donatum, nec non Notis & Animadverſionibus meis illuſtratum, animus in lucem dare, hortantibus nonnullis amicis, geſtiit:

Longum, teſte elegantiarum, talium optimo arbitro Mureto, dulciſſimum, ac ſuaviſſimum, lectuque digniſſimum: Longum inquam, quem magnus Joſephus Scaliger autorem amæniſſimum, ejuſque characterem eò meliorem, quò ſimpliciorem, pronunciare non erubuit. De ſucceſſu alii judicent: Attamen dicam hic quod ſentio: Non feram judices noſtrâ in cauſâ, *Caperatâ fronte Catones*, qui ſine dubio me altum ſtertere, aut cucurbitas pingere mallent, quàm tanto conatu, tam immanes nugas agere, vitioque fortaſſe mihi vertent, quod logos hoſce amatorios (quid enim quæſo eſt, quod non vellicare malignitas poſſit?) haud tamen illepidos, nec inficetos, latinè converſos, grandior ætate, καὶ γεγονὼς μὲν ἡλικίας ἤδη πρόσω, in lucem edere ſategerim. O formidabilem cenſorum ſeveritatem! Quorum cenſura actum erit de Homero, homine ab ipſis gratiis ficto, venereos amores, adulteria, inceſta, ſcelera prolixè deſcribente: quem tamen Alexander tanti fecit, ut ſuo pulvillo noctibus ſingulis ſubdiderit: Actum de Ariſtophane, quem nihilominus Johannes ille Antiochenus, ſummorum Theologorum

lumen,

lumen, qui propter aureum eloquentiæ flumen, Chryſoſtomi cognomen obtinuit, nocturna diurnaque verſaſſe manu, à viris fide dignis memoriæ proditum eſt. Nullum equidem Poëtarum invenias, quin multa multorum ſcelera nefaria narret, non quidem ad bonos labefactandos, corrumpendosque mores; ſed potius ad eoſdem emendandos, atque flagitia illa deteſtanda, abominanda. Multo minus vitilitigatores, (quorum ſeges in hoc ſeculo denſa eſt) homines, ut Plinius ait, ad venena natos, qui nullum aliud abominati ſpiritus præmium novére, quam odiſſe omnia: At potius rerum humanarum æquos mihi æſtimatores exopto, quibus, utpote humanæ ſortis non ignaris, me lubens ſiſto, meque confiteor nequaquam eſſe extra humanam conditionem, extraque humanos lapſus, id ipſum enim mortalitatis obliviſci foret, à qua hocce contagium hauſimus, ut non erremus tantùm, verum etiam, ut id nobis licere contendamus: velim itaque mihi detur venia, ſi quid ſit, quod tenellas offendat aures, ſi quid ſit, quod minus terſum nobis excidat, cum id nonnunquam iis contigiſſe videamus, penes

quos

quos literarum ſumma ſtetit,

Et merito queis doctior orbis
Submiſſis defert faſcibus imperium.

Vobis autem Illuſtriſſ. Prin. Nobiliſſ. Ampliſſ. D.D. in ſymbolum debiti honoris, hoſce quantuloſcunque induſtriæ noſtræ labores, utpote æquis Cenſoribus, do, dico, conſecro: Non quidem hoc conſilio, ut veſtrorum erga me, patriumque hocce Athenæum meritorum, ullâ ex parte magnitudini reſpondeam; ſed tantum ut grati animi teſtimonium exhibeam, lividoſque invidorum morſus, modo benignis illos oculis intueri non dedignemini, devitare queam. Exile, imo vile hocce meum eſt munuſculum: nihilominus in ſpem erigor fore, ut non minus æquis, modo rectè noverim veſtram æquitatem, illud accepturi ſitis animis, quàm ego devotâ vobis mente conſecro. Ac ut antiquitus ſolebant, quando puſilla pro facultate quiſque ſua Diis conſecrabant: ita & ego lacte ſupplico, cui jam thura deſunt, gallumque pro hecatombe offero: ἄλλο γὰρ οὐδὲν νῦν ἔχω. Accipite ergo, quâ polletis humanitate, logos hoſce amatorios, paſto-

ralia

ralia delicia, & cum à publicis adminiſtrationibus dabitur ocii locus, animoſque curis exoneratos ocio paſcitis, illa legite: Et ſicut poſt arma, martioſque ſudores, ad Citharam commeabat Achilles: perinde veſtræ dignationes à curis publicis lepores paſtoritios interjungite, quæ ſanè condigna diverticula fore non deſpero. Valete Patres Patriæ, Muſarum favitores maximi, atque incolumes & vegeti Reipub. bono, quàm diutiſſimè vivite. Franekeræ ex Muſæo noſtro.

CIↃ IↃC LX.

T. Illuſtriſſ. Celſitudinis,
&
VV. Nobiliſſ. Amplit.
verus ſyncerusque cultor,

PETRUS MOLL SNECANUS,
J.V.D. & Græcæ ling. Profeſſor in Patriô Athenæô ordinarius.

** Be-

Benevolo Lectori.

Latinitate unquam donata fuiſſe hæc ipſa Longi paſtoralia, (quod quidem re diligentiſsimè quæſitâ ſcire potuerim,) deprehendere nequedum quiveram. Attamen meâ hac verſione, jam typis mandatâ, atque excuſâ, aliam eſſe hac meâ priorem, nobis ſignificavit vir ampliſsimus. D. Anchiſes ab Andala, Medicinæ Doctor, πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, bonarumque literarum cultor indefeſſus. Tota itaque hæc verſio, qualiſcunque eſt, quæ certè ſimplex, minuſque polita, humili ſocco ingreditur, ſive laudi, ſive vitio danda, tota, inquam, nova, & mea eſt: quemadmodum, vel me tacente, procul dubio Stylus & Character, abundè argumento erunt. At qui ad legendam noſtram hancce tranſlationem accedis, cave temerè ante illam arbitreris, judices, nedum lancines, calculoque tuo mordeas, quàm errata, animadverſioneſque noſtras, oculo candido luſtraveris, quas hoc fine &

adjeci,

adjeci, ut ambigua quædam definirem, & obſcuriora illuſtrarem. Quod ſi ne ibi tibi ſatiſfiat, cogita me homullum non omnia videre potuiſſe, qui οὐ δρέσω ἢ ἀμβροσίᾳ τρεφόμενος, καρπὸν ἀρούρης ἔδω. Vale, & σφάλματα quædam, hac meâ in verſione, ne mihi imputes, alia ignoſcas, imò reliqua omnia in meliorem partem flectas, rogo: cujuſmodi ſunt; Panem, pro Pana, & mi, pro mea: item, Panemque, pro illumque, & id genus alia, quorum pleraque inter errata ad calcem meæ verſionis, & ipſarum Animadverſionum ſubjecta, deprehendes.

EPIGRAMMA
IN PASTORALIA LONGI
A
Clariſsimo Viro,
D. PETRO MOLLIO
J. V. D. & Linguæ Græcæ in Inclutâ Friſiorum Academiâ, Profeſſore celeberrimo, recens edita.

QUi Paphiæ Charites, qui Muſas junxit Amori,
Hunccine permittet *Muſa Chariſq;* mori?
Eſt, fateor, Ruri ſua Gratia, Candide MOLLI,
Eſt quô vel doctus deliciatur Amor.
Felix quiſque ſuâ Contentus ſorte, beata
Mens eſt, Naturæ munere læta ſuæ.

Franekeræ ipſis Kal. Maij.
Aº CIↃ IↃC LX.

JOACHIM FRENCELIUS,
Camentio-Luſat: Med. Doct. & Prof. Prim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

EPIGRAMMATA BINA.

Clariſsimo, Conſultiſsimo, & Celeberrimo Viro,

D. PETRO MOLL,

SNECÂ-FRISIO.

J. V. D. & Græcæ Linguæ in Academiâ Patriâ, Profeſſori Ordinario, Collegæ & Amico honoratiſſimo,

LONGUM,

doctiſſimâ ſuâ verſione, & politiſſimis animadverſionibus edenti.

I.

HEPHESTIADES. INTER. ÆOLIA.
TROADUM. IMPERIO.
IN. ÆGÆO. CLARA.
IBI.
LESBUS.
CAPUT. EXERIT.
HINC. PYRRHA. OCCIDENTIS. VERBERAT. ALAS.
INDE. MITYLENE. GRATISSIMÆ. METHYMNÆ. SOCIA.
CONTERMINA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

UBI. PITTACUS. SUO. RUTILAVIT. ORTU. ET. CASA.
NOVA. AMORUM. FULMINA. CUDIT.
CUJUS. IN. APICE. ARDUO. AST. FULGURANTI.
VIRGINEI. MONTIS.
APPARENT. VESTIGIA.
IBI.
LAMONIS. DAPHNIS. ET. DRYADIS. CLOES.
ALBUM. DIDICERE. SERVARE. PUDOREM.
CAUTES. CAUTUM. REDDIDERE.
HINC.
TOTIENS. QUOD. MIRABERIS. FRUSTRATA. ILLUSA.
VENUS.
QUÆ. ILLIS. IN. RUPIBUS. SUOS. FODIT. CUNICULOS.
ET.
VIRGINEIS. IN. NIVIBUS. CUPIDINIS. IGNES.
ACCENDERE. AUSA. EST.
AT.
FLAMMAS. PLURIES. SIBI. REBELLES. VIDIT.
PLACUIT. ILLIS. IN. MONTIBUS. HINC. INDE. OBERRARE.
UT. SE. FERAM. OSTENDERET.
SUUM. CREDIDIT. SECTATOREM.
DAPHNIDEM.
QUI. INFIDIS. TYRIIS. MOX. PRÆDA.
ILLIUS. IMPERIO. AST. FORTISSIMO. ERUBESCERE.
CHLOEN.
SAGITTIS. ARMAVIT. IN. PERNICIEM. DORCONIS. ITURIS.
ITA.
SIBI. LECTUM. CHLOES. POSTULANTI. LETHUM. DEDIT.
UTQUE INFERIAS ILLI. CELEBRARET.
QUI. FERIARI. CUPIERAT.
FACIBUS. HAUD. DIU. PERENNANTIBUS.
STRAVIT. CULCITRAM.
LONGE. ALIO. VULTU. VOTO. OCULO. QUAMVIS. TORVO.
SECRETO. TAMEN. INVITAVIT.
DAPHNIDEM.
CUJUS.

UT.

UT. AMOREM. VOLARE. COMPELLERET.
FLAMMEAS. ILLI. MINISTRAVIT. ALAS.
IGNEIS. PHALERIS. SIBI. DE. CUPIDINE. TRIUMPHATURO.
CURRUM. EXORNAVIT.
HUJUS. LUMINE.
CHLOES. OCULOS. ANIMUMQUE. ACCENDIT. AC. PERRUPIT.
NOVUS. AMORIS. SOL.
QUI.
VENEREM. SED. PUDICAM. AC. NUDAM. VIRGINEMQUE
EADEM. ASPEXIT. IN. DOMO.
ET.
INTER. PRUNARUM. SYDERA.
FRIGIDAM. LENTAMQUE. VIRGINITATIS. URSAM.
SPLENDESCERE. FECIT.
UT. QUICQUID. IMPUDICUM. LUCIDO. DISCERPERET. ORE.
HINC.
DAPHNIDIS. ET. CHLOES.
MUTUI. AMORIS.
MATURATI. IGNES.
VIDE. SPECTATOR. UT. INTER. HOS. NUDUS. DISCURRAT.
AMOR.
SALUTE. DATA. ACCEPTA. REPETITA.
AMPLEXU. SUAVIO. OSCULO.
CÆTEROS. ILLORUM. TRIUMPHOS. ET. SUAVES. AMORUM. DELICIAS.
EX.
PRÆSENTI. HOCCE.
LONGO.
DISCE.
MOLLIANO.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

II.

SEu Chloë, ſeu Daphnis, ſeu Grajâ quicquid in arte,
MOLLI ſub calamum ſit veniatvè tuum.
Cernimus ut facilem verbis rebuſque colorem,
Et Decus, & lumen, mens tua culta ferat.
LONGUS erat Juvenum pars & pulcherrima vitæ
Fabula, cum fructu vix tamen apta legi.
Huc decus, huc animum MOLLI ſic vertis ut unô
In LONGO, totæ ſtent penè Græciæ opes.

Dicata & ſacrata,

à,

LAURENTIO BANCK, Norcop. Gotho.
Philoſoph. & J. V. D. ac Profeſſ. P.

Qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Quatuor Librorum

SUMMARIA.

Summarium libri primi.

Conſpectam in Lesbo picturam Longus *amoris,*
Quatuor explicuit libris his arte politis.
Ante oculos primò claram poſuit Mitylenem.
Haud procul inde Lamo, *ſectatus forte capellam,*
Repperit expoſitum puerum, unà cum monumentis,
Vilibus haudquaquam, quem Daphnin *nomine dicit,*
Educat: aſt annis exactis fortè duobus,
Invenit opilio Dryas, *haud ſine numine Divum*
Infantem teneram, Chloën *ipſam nomine paſtor*
Nuncupat: Hos Dryas *atque* Lamo *ad ſua paſcua mittunt,*
Cum pecore, in ſomnis moniti. Ruit in foveam, hircum
Sectatus Daphnis, *quem vi extraxêre dolentem.*
Vxorem ſibi Dorco Chloën, *petit: at* Dryas *illud*
Abnuit. Ille lupi exuviis indutus, eandem
Vi rapere aggreſſus canibus ferè præda fuiſſet.
Daphnis *& ipſa* Chloë *variè inter ſe afficiuntur.*
Fabellam Daphnis *lætus narrare palumbis.*
Denique piratæ Tyrii Daphnin *rapuêre.*
Dorco Chloæ *calamum mirandum donat habere,*
Quem ſimulac labiis admotum inflaſſet, abacti
Se movêre boves, ſaltu evertêre carinam.
Piratæ intereunt undis. Daphniſque *boveſque*
Incolume nando remeant. Dorco *tumulatur.*

***

Libri

Libri ſecundi ſummarium.

IAm lætis preſſos pedibus dedit uva liquores.
Paſcua mox repetunt Chloa *nec non* Daphnis: *at illis*
Ipſe ſuperveniens, longo ſermone Philetas
Ævo confectus, vires enarrat amoris.
Interea dum gliſcit amor, venêre petulci
Venatum juvenes in agros Mitylenæorum,
Funibus amiſſis, ſtringentes vimine terræ
Navim, quod morſu avulſit laſciva capella.
Abripitur puppis ventis. Inquiritur author.
Vapulat innocuus Daphnis. *Gens ruſtica* Daphnin
Confluit ereptum. Mox judex hiſce Philetas
Eligitur: crimen ſed Daphnis *voce refellit*
Falſo intentatum: ceciderunt lite Methymni
Verbere multati: patriis laribus repetitis
Criminis inſimulant, intentâ lite, paganos.
Hinc ſubitò venit infeſtâ cum claſſe Bryaxis,
Atque Chloën *rapuit. Cæli hinc convexa vidère*
Tædebat Daphnin. *Nymphæ ſolantur eundem.*
Hinc Pan *ingentem terrorem incuſſit eiſdem.*
At ſomnis monitus Chloën *illico reſtituit Dux.*
Mox Panis *feſtos agitare dies in honorem.*
Fabula narratur de fiſtula: at ipſe Philetas,
Daphni, *ſuam tibi dat dono. Pia Numina jurant*
Daphnis *& ipſa Chloë, pangentes fœdus amoris.*

Summarium Libri Tertii.

HInc Mitylenæi, compertis talibus auſis,
Induperatorem Hipaſum *miſère* Methymnam,
Milite ſtipatum terreſtri: aſt compoſita eſt res.

Ægrè

Ægrè disjuncti tolerant hyemem glacialem
Daphnis *& æqua* Chloë. *Haud procul ædibus ille* Dryantis
Venit ad aucupium, re verâ ut cernat amatam.
Invitat Dryas *hunc. Celebrant Dionyſia læti.*
Vere novo repetunt ſua paſtoralia. Daphnis
Indoluit, quod amoris fructu neſciat uti.
In ſylvam Daphnis *rudis, atque* Lycænium *eandem*
Deveniunt. Nautis præterlabentibus oras,
Fabula narratur de Echo. *Iam fædere lecti*
Complures voluêre Chloæ *juvenes ſociari.*
Daphnis *inops ideò miſero tabeſcit amore.*
Indicio donec Nympharum repperit udo
Argenti fælix loculos in littore plenos.
Munere Daphnis *ovans; ſed mox id habere* Dryanti
Donat, & hocce Chloën *pactam ſibi lætus habebat.*
At Lamo *prudenter ſuadet Dominum opperiendum*
Eſſe ſuum, rata quo ſint lecti fædera. Tandem
Ipſe Chloæ Daphnis *dat malum carius auro.*

Summarium libri Quarti.

Nunciat interea conſervus voce Lamoni
Adventum Domini. Depingitur hortus amænus.
Hortus quo niteat curabant ſedulò Daphnis
Atque Lamon: *Dominum ſed peſſimus ille bubulcus*
Lampis *ut iratum, ſimul his & reddat acerbum,*
Turpiter (infandum) noctu vaſtaverat hortum,
Semet proripiens aliò. Fudêre querelas
Hinc Lamon *atque* Chloë: *lachrimis* Daphnis *rigat ora,*
Quem Eudromus *adveniens dictis ſolatur amicis.*
Aſt herus ille minor ſcelerato cum paraſito
Aſtylus *adveniens, ob damnum ſpondet iiſdem*

Horti

Horti ſe veniam petiturum à patre benigno.
Hinc blandus Gnatho, pædico, inferre parabat
Formoſo ſtuprum juveni. Mox cum Cleariſta
Huc Dionyſophanes acceſſit conjuge carâ.
Qui viſis capris, mirantur Daphnidis artem
Inflandi calamos. Verum hunc ſibi ducat in urbem
Daphnin Gnatho rogat, nec abiſſet forte repulſus
Ni auribus hauſiſſet pedibus celer Eudromus illud,
Illicò nec certum Daphnin feciſſet amicum.
Haud mora, rem totam hanc Dominis denarrat, & addit
Ipſe Lamon, Daphnis quo pacto inventus in antro
Olim ipſi fuerit, capræ nutritus, & una
Infantis monumenta dedit: Dionyſophanes, ſed
Et Cleariſta, ſatis rigido his examine penſis,
Agnoſcunt Gnatum, ac læti clamore ſalutant.
Explicat his Dionyſophanes cur expoſuiſſet
Infantem Daphnin. Gratans accedit agreſtis
Turba ſuis dominis. Dum paſcit oves Chloa, Daphnin.
Fæderis oblitum queritur ſocialis. Aſt illam
Vi rapuit Lampis. Caſum flet Daphnis acerbum
Audiit hæc Gnatho latitans: ſtipatus abibat
Servis, atque Chloam miſeram reddebat amanti.
Exultans factô, malefacta priora remittit
Gnathoni Daphnis. Pariter narrante Dryante
Ipſe Chloæ caſus patuit. Deduxit in urbem
Quos Dionyſophanes, magnâ ſtipante catervâ.
Poſt agitant inter ſeſe convivia læti.
In quibus agnovit monimentis ipſe Megacles
Convictus genitor gnatam. Verum Mitylena
Rus redeunt Daphnis, nec non Chloa, ruris amantes.
Hic eſtur, bibitur, canitur, ſaltatur, amatur.

A O F-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ΛΟΓΓΟΥ ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ,

τῶν κατὰ

ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ,

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Longi Paſtoralium

DE

Daphnide & Chloë,

Liber Primus.

ΕΝ Λέσβῳ θηρῶν, ἐν ἄλσει νυμφῶν, θέαμα εἶδον κάλλιστον ὧν εἶδον· εἰκόνος γραφὴν, ἱστορίαν ἔρωτος. Καλὸν μὲν καὶ τὸ ἄλσος, πολύδενδρον, ἀνθηρὸν, κατάρρυτον. μία πηγὴ πάντα ἔτρεφε, καὶ τὰ ἄνθη καὶ τὰ δένδρα: ἀλλ' ἡ γραφὴ τερπνοτέρα, ἐτύχην

CUm in Lesbo feras indagarem, Nympharum in luco, ſpectavi longè omnium, quæ oculis uſurpavi unquam ſpectaculum pulcherrimum: videlicet tabulam pictam, imaginem, hiſtoriamque amoris continentem. Lucus ille amænus erat, utpote arboribus, floribuſque denſus, aquis irriguus. Cuncta fons unicus, etiam flores & arbores vegetabat: at eo jucundior hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ἔχουσα περιττὴν, καὶ τέχνην ἐρωτικήν: ὥστε πολλοὶ τῶν ξένων κατὰ φήμην ᾔεσαν, τῶν μὲν νυμφῶν ἱκέται, τῆς δὲ εἰκόνος θεαταί. Γυναῖκες ἐπ' αὐτῆς τίκτουσαι, καὶ ἄλλαι σπαργάνοις κοσμοῦσαι παιδία ἐκκείμενα· ποίμνια τρέφοντα· ποιμένες ἀναιρούμενοι· νέοι συντιθέμενοι. λῃστῶν καταδρομή· πολεμίων ἐμβολή· πολλὰ ἄλλα καὶ πάντα ἐρωτικὰ ἰδόντα με καὶ θαυμάσαντα, πόθος ἔσχεν ἀντιγράψαι τῇ γραφῇ. καὶ ἀναζητησάμενος ἐξηγητὴν τῆς εἰκόνος, τέτταρας βίβλους ἐξεπονησάμην, ἀνάθημα μὲν ἔρωτι, καὶ νύμφαις, καὶ Πανί: κτῆμα δὲ τερπνὸν πᾶσιν ἀνθρώπος; ὃ καὶ νοσοῦντα ἰάσεται· καὶ λυπούμενον παραμυθήσεται· τὸν ἐρασθέντα ἀναμνήσει· τὸν οὐκ ἐρασθέντα παιδεύσει. πάντως γὰρ οὐδεὶς ἔρωτα ἔφυγεν, ἢ φεύξεται, μέχρις ἂν κάλλος ᾖ, καὶ ὀφθαλμοὶ βλέπωσιν. Ἡμῖν δὲ ὁ θεὸς παράσχοι σωφρονοῦσι τὰ τῶν ἄλλων γράφειν.

Πόλις ἐστὶ Λέσβου, Μιτυλήνη, μεγάλη καὶ καλή. διείληπται

pictura, quod eximiam quandam fortunam, artemque amandi haberet: Adeo ut multi peregrini, famâ exciti, huc ventitarent, cum Nymphis ſupplices, tum ſpectatores imaginis hujus futuri. Erat in hac videre tabula, mulieres ſuos enixas partus, alias infantulos faſciis adornantes expoſitos: pecudes eos alentes: paſtores tollentes: juvenes ſocietatem componentes. Latronum incurſionem: hoſtium impreſſionem. Multa præterea alia, at omnia amatoria, mihi contemplanti, atque admiranti, cupido inceſſit, commentaria hancce in tabellam ſcribendi. Itaque perquiſito hujus picturæ interprete, quatuor conſcripſi libros, donum Cupidini, Nymphis, Panique conſecratum: Rem cunctis jucundam hominibus, quæ & ægro medelam afferet, & mœrentem conſolabitur; Amore capto memoriam refricabit, ejus immunem erudiet. Nullus quippe omnino amorem effugit, aut effugiet, uſquedum venuſtas fuerit, & oculi viderint. Det nobis Deus, ut cætera caſtis, modeſtiſque ſcribamus.

Est in Lesbo civitas, nomine Mitylene, magna atque pulchra.

γὰρ εὐρίποις ὑπεισρεούσαις τῇ θαλάττῃ, καὶ κεκόσμηται γεφύραις ξεστοῦ καὶ λευκοῦ λίθου. νομίσεις οὐ πόλιν ὁρᾶν, ἀλλὰ νῆσον. Ἀλλὰ ἐκ ταύτης τῆς πόλεως τῆς μιτυλήνης ὅσον ἀπὸ σταδίων εἴκοσιν ἀγρὸς ἦν ἀνδρὸς εὐδαίμονος, κτῆμα κάλλιστον· ὄρη θηροτρόφα· πεδία πυροφόρα· γήλοφοι κλημάτων· νομαὶ ποιμνίων· καὶ ἡ θάλασσα προσέκλυζεν ἐν ἠϊόνι, ἐκτεταμένης ψυχαγωγίας μαλθακῆς. Ἐν τούτῳ τῷ ἀγρῷ νέμων αἰπόλος Λάμων τοὔνομα, παιδίον εὗρεν ὑπὸ αἰγὸς τρεφόμενον. δρυμὸς ἦν καὶ λόχμη κάτω βάτων; καὶ κιττὸς ἐπιπλανώμενος, καὶ πόα μαλθακὴ, καθ᾽ ἧς ἔκειτο τὸ παιδίον. Ἐνταῦθα ἡ αἲξ θέουσα συνεχὲς, ἀφανὴς ἐγίνετο πολλάκις, καὶ τὸν ἔριφον ἀπολιποῦσα, τῷ βρέφει παρέμενε. Φυλάττει τὰς διαδρομὰς ὁ Λάμων, οἰκτείρας ἀμελούμενον τὸν ἔριφον, καὶ μεσημβρίας ἀκμαζούσης κατ᾽ ἴχνος ἐλθὼν, ὁρᾷ τὴν μὲν αἶγα πεφυλαγμένως περιβεβηκυῖαν μὴ ταῖς χηλαῖς βλάπτοι πατοῦσα. τὸ δὲ, ὥσπερ ἐκ μητρῴας θηλῆς τὴν ἐπιρροὴν ἕλκον τοῦ γάλακτος,

enim eſt foſſis, in mare ſeſe exonerantibus, ornataque pontibus polito, candidoque lapide compoſitis: putares non urbem, verum inſulam videre te aliquam. Hac ab urbe ducenta circiter diſtabat ſtadia, viri opulenti cujuſdam ager, poſſeſſio pulcherrima: montes ferarum, prata tritici feracia: colliculi palmitibus, paſcua gregibus abundabant. Mare in littore protento, arenam alluebat mollem. Hoc in agro pecudes paſcens caprarius quidam, nomine Lamon, capram offendit infantulum nutrientem. Sylva erat, nemusque arbuſtis, virgultis, atque rubis denſum. Inſuper hedera inerrans, nec non mollis herba, in qua jacebat infans. Quò continuo accurrens capra, non ſemel oculis ſubducebatur, ſuoque relicto fœtu apud infantulum permanebat. Lamon tandem miſertus neglecti hæduli, ultro citroque curſitationem obſervat. Soleque jam ad altitudinem mediæ lucis producto ſequens veſtigia, obſervatam capram videt infantem circumeuntem, ne calcando ungulis læderet, cavens. Ille autem, ut par eſt, miratus, accedenſque propius, infantem invenit maſculum, magnum atque for-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

καὶ θαυμάσας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, πρόσεισιν ἐγγὺς, καὶ εὑρίσκει παιδίον ἄῤῥεν, μέγα καὶ καλὸν, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τύχης ἐν σπαργάνοις κρείττοσι. Χλαμύδιόν τε γὰρ ἦν ἁλουργὲς, καὶ πόρπη χρυσῆ, καὶ ξιφίδιον ἐλεφαντόκωπον. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐβουλεύσατο μόνα τὰ γνωρίσματα βαστάσας, ἀμελῆσαι τοῦ βρέφους. Ἔπειτα αἰδεσθεὶς, εἰ μηδὲ αἰγὸς φιλανθρωπίαν μιμήσεται, νύκτα φυλάξας, κομίζει πάντα πρὸς τὴν γυναῖκα Μυρτάλην, καὶ τὰ γνωρίσματα, καὶ τὸ παιδίον, καὶ τὴν αἶγα αὐτήν. Τῆς δὲ ἐκπλαγείσης, εἰ παιδία τίκτουσιν αἶγες, ὁ δὲ πάντα αὐτῇ διηγεῖται, πῶς εὗρεν ἐκκείμενον· πῶς εὗρεν τρεφόμενον· πῶς ἠδέσθη καταλιπεῖν ἀποθανούμενον· Δόξαν δὴ κἀκείνῃ, τὰ μὲν συνεκτεθέντα κρύπτουσι, τὸ δὲ παιδίον αὐτῶν ἐπονομάζουσι, τῇ δὲ αἰγὶ τὴν τροφὴν ἐπιτρέπουσιν. Ὡς δ' ἂν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ παιδίου ποιμενικὸν δοκοίη, Δάφνιν αὐτὸν ἔγνωσαν καλεῖν. Ἤδη δὲ διετοῦς χρόνου διικνουμένου ποιμὴν ἐξ ἀγρῶν ὁμόρων νέμων, Δρύας τὸ ὄνομα, καὶ

formoſum, lac haud ſecus quam maternis educentem mammis, inſuper faſciis involutum, longè præſtantioribus, quam pro expoſiti fortuna. Erat quippe illi chlamydula purpurea, quam aurea nectebat fibula: gladiolus, cujus eburneus erat capulus. Hinc primum ſtatuerat, monumentis illis ſolis ſublatis, infantulum habere neglectui. Deinde cum puderet illum, humanitatem non imitari capræ, nocte obſervatâ, cuncta hæc ſuam ad uxorem Myrtalem portat: videlicet crepundia, infantulum, nec non capram ipſam. Cui attonitæ, quod puerulos etiam capræ parerent, rem totam enarrat. Videlicet, quomodo expoſitum offenderit, quomodo enutriri viderit: quo pacto ipſum moribundum deſerere puduerit. Illa factum approbante mariti, cuncta, quæ una erant expoſita, ambo occultant: infantem ſuum nuncupant, eumque capræ alendum permittunt. Quo autem infantis nomen paſtorale videretur, Daphnidem nominare decreverunt. Jamque biennio exacto, paſtor quidam è vicinis agris, cui Dryas nomen erat paſcendo pecora, haud diſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

αὐτὸς ὁμοίοις ἐπιτυγχάνει καὶ εὑρήμασι καὶ θεάμασι. Νυμφῶν ἄντρον ἦν πέτρα μεγάλη, τὰ ἔνδοθεν κοίλη, ἔξωθεν περιφερής. τὰ ἀγάλματα τῶν νυμφῶν αὐτῶν λίθοις ἐπεποίητο. πόδες ἀνυπόδητοι χεῖρες εἰς ὤμους γυμναὶ, κόμη μέχρι τῶν αὐχένων λελυμένη· ζῶμα περὶ τὴν ἰξύν· μειδίαμα περὶ τὴν ὀφρύν· τὸ πᾶν σχῆμα, χορεία ἦν ὀρχουμένων. Ἡ ὤα τοῦ ἄντρου, τῆς μεγάλης πέτρας ἦν τὸ μεσαίτατον· ἐκ δὲ τῆς πηγῆς ὕδωρ ἀναβλύζον, ῥεῖθρον ἐποίει χεόμενον, ὥστε καὶ λειμὼν πάνυ γλαφυρὸς ἐκτέτατο πρὸ τοῦ ἄντρου, πολλῆς καὶ μαλακῆς πόας ἀπὸ τῆς νοτίδος τρεφομένης. Ἀνέκειντο δὲ καὶ γαυλοὶ, καὶ αὐλοὶ πλάγιοι, καὶ σύριγγες, καὶ κάλαμοι, πρεσβυτέρων ποιμένων ἀναθήματα. Εἰς τοῦτο τὸ νυμφαῖον οἶς ἀρτιτόκος συχνὰ φοιτῶσα, δόξαν πολλάκις ἀπωλείας παρεῖχε. Κολάσαι δὲ βουλόμενος αὐτὴν, καὶ εἰς τὴν προτέραν εὐνομίαν καταστῆσαι, δεσμὸν ῥάβδου χλωρᾶς λυγίσας ὅμοιον βρόχῳ τῇ πέτρᾳ προσῆλθεν, ὡς ἐκεῖ ληψόμενος αὐτήν: ἐπιστὰς δὲ, οὐδὲν εἶδεν ὧν ἤλπισεν: ἀλλὰ τὴν μὲν, διδοῦσαν πάνυ ἀνθρωπίνως τὴν

diſſimile quid invenit, atque vidit. Ingentis molis petra, intus cavos habens receſſus, forma rotunda, Nympharum antrum erat, quarum ſimulacra lapidibus effiѐta, pedes diſcalceati, palmæ atque brachia ad humeros uſque nuda: coma in cervicem pendula: juxta lumbos zona erat: mollis commendabat viſus ſupercilia. Univerſa hæc figura, tripudiantium chorea Nympharum erat. Ipſo in medio ingentis hujus petræ faſtigium erat antri, cujus è fonte aqua ſcaturiens ſuo liquore frequentem, mollemque herbam prati ſubjecti, varietate ſua grati alebat. Paſtoralia pocula, item tibiæ obliquæ, fiſtulæ & calami, paſtorum ætate proveѐtiorum conſecrata dona, de tholis pendebant. Illud Nympharum antrum recens enixa ovis frequentans, ſæpiculè ſui interitus opinionem præbuit. Itaque paſtor eandem coërcere volens, & ad priora paſcua reducere, vinculo è virga viridi contorto ad inſtar laquei, petram adit, haud ſecus, quam illam capturus. Aggreſſus verò, planè quid inexpeѐtatum oculis incurrit. Vidit hic ovem humaniter ubere ſuo affluenter

 lactan-

εἰς ἄφθονον τοῦ γάλακτος ὁλκήν· τὸ δὲ παιδίον ἀκλαυστὶ λάβρως εἰς ἀμφοτέρας τὰς θηλὰς μεταφέρον τὸ στόμα, καθαρὸν καὶ φαιδρὸν, οἷα τῆς οἰὸς τῇ γλώττῃ τὸ πρόσωπον ἀπολιχμωμένης, μετὰ τὸν κόρον τῆς τροφῆς. Θῆλυ ἦν τοῦτο τὸ παιδίον. καὶ παρέκειτο καὶ τούτῳ σπάργανα γνωρίσματα, μίτρα διάχρυσος, ὑποδήματα ἐπίχρυσα, καὶ περισκελίδες χρυσαῖ. Θεῖον δή τι νομίσας τὸ εὕρημα, καὶ διδασκόμενος παρὰ τῆς οἰὸς ἐλεεῖν τε τὸ παιδίον καὶ φιλεῖν, ἀναιρεῖται μὲν τὸ βρέφος ἐπ' ἀγκῶνος, ἀποτίθεται δὲ τὰ γνωρίσματα κατὰ τῆς πήρας, εὔχεται δὲ ταῖς νύμφαις ἐπὶ τύχῃ χρηστῇ θρέψαι τὴν ἱκέτιν αὐτῶν. Καὶ ἐπεὶ καιρὸς ἦν ἀπελαύνειν τὴν ποίμνην, ἐλθὼν εἰς τὴν ἔπαυλιν, τῇ γυναικὶ διηγεῖται τὰ ὀφθέντα, δείκνυσι τὰ εὑρεθέντα· παρακελεύεται θυγάτριον νομίζειν, λανθάνουσαν ὡς ἴδιον τρέφειν. Ἡ μὲν δὴ Νάπη (τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο) μήτηρ εὐθὺς ἦν, καὶ ἐφίλει τὸ παιδίον, ὥστε ὑπὸ τῆς οἰὸς παρευδοκιμηθῆναι δεδοικυῖα καὶ τίθεται καὶ αὐτὴ ποιμενικὸν ὄνομα πρὸς πίστιν αὐτῷ, Χλόην.

lactantem, infantem autem utraque ad ubera ſine fletu ullo, impetu cum quodam os transferentem, nitidam atque hilarem; ut pote, ubi illam lactis cepiſſet ſatietas, faciem ejus ove ſua delambente lingua. Infans hæc fœmella erat. Et huic crepundia, expoſiti monumenta addita: videlicet mitra auro diſtincta, calcei inaurati, nec non periſcelides aureæ. Ratus itaque divinum quid, hocce inventum, edoctuſque ab ove miſereri, amoreque infantem proſequi, ulnis terra ſublatum excipit, inque peram ſuam monumenta reponit, precatus Nymphas, ut fœlicibus auſpiciis educare dignentur hanc ſibi ſupplicem. Et quoniam jam tempus erat abigendi in paſcua gregem, ad ovium caulam, quæcunque viderat, uxori refert: inventa oſtendit, hortatur, ut pro ſua agnoſcat, atque educet. At Napa (hoc enim illi nomen erat) ſtatim mater erat, amabatque prolem, quaſi verita, ne ab ove affectu humanitatis ſuperaretur. Quin & ipſa nomen illi paſtoritium indidit, vocando Chloën, ut magis hoc illorum molimen fidem mereretur.

Ταῦτα τὰ παιδία ταχὺ μάλα ηὔξητο, καὶ κάλλος αὐτοῖς ἐφαίνετο κρεῖττον ἀγροικίας. ἤδη ἦν ὁ μὲν, πέντε καὶ δέκα ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς· ἡ δὲ τοσούτων, δυοῖν ἀποδεόντοιν. καὶ ὁ Δρύας καὶ ὁ Λάμων ἐπὶ μιᾶς νυκτὸς ὁρῶσιν ὄναρ τοιόνδε τι. εἶναι τὰς νύμφας ἐδόκουν ἐκείνας τὰς ἐν τῷ ἄντρῳ, ἐν ᾧ ἡ πηγὴ, ἐν ᾧ τὸ παιδίον εὗρεν ὁ Δρύας, Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην παραδιδόναι παιδίῳ μάλα σοβαρῷ καὶ καλῷ, πτερὰ ἐκ τῶν ὤμων φέροντι· βέλη σμικρὰ ἅμα τοξαρίῳ φέροντι. τὸ δὲ ἐφαψάμενον ἀμφοτέρων ἑνὶ βέλει, κελεῦσαι λοιπὸν ποιμαίνειν, τὸν μὲν τὸ αἰπόλιον, τὴν δὲ τὸ ποίμνιον. Τοῦτο τὸ ὄναρ ἰδόντες, ἤχθοντο μὲν οἱ ποιμένες, εἰ ἔσοιντο. καὶ ἴσως οὗτοι αἰπόλοι, τύχην ἐκ σπαργάνων ἐπαγγελλόμενοι κρείττονα, δι' ἣν αὐτοὺς καὶ τροφαῖς ἁβροτέραις ἔτρεφον, καὶ γράμματα ἐπαίδευον καὶ πάντα ὅσα καλὰ ἦν ἐπ' ἀγροικίᾳ. Ἐδόκει δὲ πείθεσθαι θεοῖς περὶ τῶν σωθέντων προνοίᾳ θεῶν. Καὶ κοινώσαντες ἀλλήλοις τὸ ὄναρ, καὶ θύσαντες τῷ τὰ πτερὰ ἔχοντι παιδίῳ παρὰ ταῖς νύμφαις (τὸ γὰρ

Utraque hæc proles brevi temporis ſpatio ingens cepit incrementum, elucebatque in utrâque forma longè, quam pro ruſtica ſorte, præſtantior. Cum jam alter quindecim annorum eſſet: altera totidem, at annis minus duobus. Forte Dryas & Lamon eâdem nocte tale quid in ſomniis viderunt. Viſæ ſunt eædem, quæ præſidebant antro, Nymphæ, in quo fons erat, & invenerat infantem Dryas, Daphnidem, unà & Chloën tradere puero cuidam, admodum venuſto, ac formoſo, geſtanti alas humeris, ferentique una cum arculo tenella quædam ſpicula. Atque illis uno ambobus telo fixis, juſſiſſe, ut deinceps alter caprarum, altera ovium greges paſceret. Hæc ipſa viſio magno mærore afficiebat paſtores, propterea quod gregibus paſcendis deſtinarentur, qui meliorem ſuis monumentis poſcerent fortunã, qua de cauſa etiam delicatioribus cibis enutriti, literaſque, & quæcunque ruri præclara habebantur, edocti erant. Placuit Diis morem gerere, quod illos attinet, qui Deorum providentia ſervati videbantur. Hi paſtores ſibi invicem hocce communicato ſomnio, oblatoque apud Nymphas, ſuo ſacrificio puero huic alato (nomen ejus dicere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ὄνομα λέγειν οὐκ εἶχον) ὡς ποιμένας ἐκπέμπουσιν αὐτοὺς ἅμα ταῖς ἀγέλαις, ἐκδιδάξαντες ἕκαστα. πῶς δεῖ νέμειν πρὸ μεσημβρίας, πῶς δεῖ νέμειν κοπάζοντος τοῦ καύματος. πότε ἄγειν ἐπὶ ποτόν· πότε ἀπάγειν ἐπὶ κοῖτον· ἐπὶ τίσι καλαύροπι χρηστέον, ἐπὶ τίσι μόνῃ φωνῇ. Οἱ δὲ, μάλα χαίροντες, ὡς ἀρχὴν μεγάλην παρελάμβανον, καὶ ἐφίλουν τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα μᾶλλον ἢ ποιμέσιν ἔθος· ἡ μὲν ἐς ποίμνιον ἄγουσα τῆς σωτηρίας τὴν αἰτίαν· ὁ δὲ, μεμνημένος ὡς ἐκκείμενον αὐτὸν αἲξ ἀνέθρεψεν. Ἦρος ἦν ἀρχὴ, καὶ πάντα ἤκμαζεν ἄνθη, τὰ ἐν δρυμοῖς, τὰ ἐν λειμῶσι, καὶ ὅσα ὄρεια. βόμβος ἦν ἤδη μελιττῶν· ἦχος ὀρνίθων μουσικῶν· σκιρτήματα ποιμνίων ἀρτιγεννήτων· ἄρνες ἐσκίρτων ἐν τοῖς ὄρεσιν· ἐβόμβουν ἐν τοῖς λειμῶσιν αἱ μέλιτται· τὰς λόχμας κατῇδον ὄρνιθες. Τοσαύτης δὴ πάντα κατεχούσης εὐωδίας, οἱ παλαιοὶ καὶ νέοι, μιμηταὶ τῶν ἀκουομένων ἐγίνοντο καὶ βλεπομένων. ἀκούοντες μὲν τῶν ὀρνίθων ᾀδόντων, ᾖδον· βλέποντες δὲ σκιρτῶντας τοὺς ἄρνας, ἥλλοντο κοῦφα, καὶ τὰς μελίττας δὲ μιμούμενοι, τὰ ἄνθη συνέλεγον. καὶ τὰ μὲν εἰς τοὺς κόλπους ἔβαλλον. τὰ δὲ στεφανίσκους πλέκοντες,

cere nequibant) veluti paſtores futuros dimittunt, una cum gregibus ſingulis jam informatos: ſcilicet qua arte paſcendi greges ante meridiem; quomodo ceſſante ſolis fervore: quando appellendi ad potum, quando abigendi ad caulam. in quos utendũ pedo, in quos voce duntaxat. Illi verò oppido gaudentes tanquam magnum adepti imperium, amabant capras atque oves, ultra quã paſtorum vulgus ſolet. Hæc ad ovium gregem ſuæ ſalutis autorem adducit: recordante altero, quam largiter ipſũ lactâſſet expoſitũ capra. Initium veris erat, cum omnes flores, in nemoribus, pratis, montibus, ſuo in vigore erant. Jam bombus audiebatur apum: Nunc modulatio ſcitè canentium avium: Hic ſaltus oviũ recens partarum: illic in montibus agni laſciviebant. Inque pratis ſuos edebant bombos apes: in virgultis ſuos modulabantur cantus aves. In tanta hac rerum omniũ fragrantia, ſenes juxta ac juvenes, viſa auditaque imitabantur. Audito avium cantu canebant: conſpecto laſcivientium agnorũ ſaltu, & ipſi leviter ſaltabant; quin & apes æmulantes floſculos legebant, quorũ alios ſinu exceptos, alios coronis intextos,

Nym-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ταῖς νύμφαις ἔφερον. Ἔπραττον δὲ κοινῇ πάντα πλησίον ἀλλήλων νέμοντες. Καὶ πολλάκις μὲν ὁ Δάφνις τῶν προβάτων τὰ ἀποπλανώμενα συνέστελλε. Πολλάκις δὲ ἡ Χλόη τὰς θρασυτέρας τῶν αἰγῶν ἀπὸ τῶν κρημνῶν κατήλαυνεν· ἤδε δέτις καὶ τὰς ἀγέλας ἀμφοτέρας ἐφρούρησε, θατέρου προσλιπαρήσαντος ἀθύρματι. Ἀθύρματα δὲ ἦν αὐτοῖς ποιμενικὰ καὶ παιδικά. Ἡ μὲν ἀνθερίσκους ἀνελομένη ποθὲν ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήραν ἀνέπλεκε· καὶ περὶ τοῦτο πονουμένη, τῶν ποιμνίων ἠμέλησεν. Ὁ δὲ, καλάμους ἐκτεμὼν λεπτοὺς, καὶ τρήσας τὰς τῶν γονάτων διαφυὰς, ἀλλήλους τε κηρῷ μαλθακῷ συναρτήσας, μέχρι νυκτὸς συρίζειν ἐμελέτα: καί ποτε δὲ ἐκοινώνουν γάλακτος καὶ οἴνου· καὶ τροφὰς, ἃς οἴκοθεν ἔφερον, εἰς κοινὸν ἔφερον, θᾶττον ἄν τις εἶδε τὰ ποίμνια καὶ τὰς ἀγέλας ἀπ' ἀλλήλων μεμερισμένας, ἢ Χλόην καὶ Δάφνιν. Τοιαῦτα δὲ αὐτῶν παιζόντων, τοιάνδε σπουδὴν ἔρως ἀνέπλασε. Λύκαινα τρέφουσα σκύμνους νέους, ἐκ τῶν πλησίον ἀγρῶν ἐξ ἄλλων ποι-

Nymphis ferebant. Unanimi conſenſu omnia, haud longè à ſe invicem paſcentes, promiſcuè agebant. Sæpè Daphnis aberrantes cogebat oves. Frequenter Chloë admodum temerarias è præcipitiis deorſum egit capras. Nunc alter, altero ludicris intento, utriuſque gregis cuſtodiam agebat. Quippe habebant etiam ſua paſtoralia ludicra, pueriliaque. Hæcce digreſſa, ſublatis aliunde floſculis, capſulam locuſtis captandis nectebat, iiſque intenta minus curabat gregem. Ille verò, excisa tenui arundine, perforatiſque internodiorum intervallis, molli cera conglutinatis calamis, in noctem uſque canendo ſe exercebat. Nonnunquam lac & vinum inter ſe communicantes, cibum domo allatum in commune conferebant; citius quis ovium ac caprarum greges à ſe invicem disjunctos, quam Chloën atque Daphnidem, vidiſſet. Interea dum illi puerorum more ita ludebant, rem ſeriam commentus eſt cupido, hoc modo. Lupa quædam recentes alens catulos, proximis ex agris, multa rapiebat ſæpe de aliis

νίων πολλάκις ἥρπαζε, πολλῆς τροφῆς ἐς ἀνατροφὴν τῶν σκύμνων δεομένη. Συνελθόντες οὖν οἱ κωμῆται νύκτωρ, σιῤῥοὺς ὀρύττουσι τὸ εὖρος ὀργυιῶν .... τὸ βάθος τεσσάρων. Τὸ μὲν δὴ χῶμα τὸ πολὺ, σπείρουσι κομίσαντες μακρὰν. ξύλα δὲ ξηρὰ τείναντες ὑπὲρ τοῦ χάσματος, τὸ περιττὸν τοῦ χώματος κατέπασαν τῆς πρότερον γῆς εἰκόνα. ὥστε κἂν λαγὼς ἐπιδράμῃ, κατακλᾷ τὰ ξύλα κάρφων ἀσθενέστερα ὄντα. καὶ τότε παρέχει μαθεῖν, ὅτι γῆ οὐκ ἦν, ἀλλὰ μεμίμητο γῆν. Τοιαῦτα πολλὰ ὀρύγματα, κἂν τοῖς ὄρεσι κἂν τοῖς πεδίοις ὀρύξαντες, τὴν μὲν λύκαιναν οὐκ εὐτύχησαν λαβεῖν, αἰσθάνεται γὰρ καὶ γῆς σεσοφισμένης. πολλὰς δὲ αἶγας καὶ ποίμνια διέφθειραν, καὶ Δάφνιν παρ' ὀλίγον, ὧδε.

Τράγοι παροξυνθέντες εἰς μάχην συνέπεσον. τῷ οὖν ἑτέρῳ τὸ ἕτερον κέρας, βιαιτέρας γενομένης συμβολῆς, θραύεται. καὶ ἀλγήσας, φριμαξάμενος ἐς φυγὴν ἐτράπετο. Ὁ δὲ νικῶν κατ' ἴχνος ἑπόμενος ἄπαυστον ἐποίει τὴν φυγήν. Ἀλγεῖ Δάφνις περὶ τῷ κέρατι, καὶ

gregibus, utpote plurimi alimenti ad ſuos ſuſtentandos catulos indiga. Noctu itaque congreſſi vicani, cuniculos fodiunt latos ulnas ..... altitudine quatuor. Longeque ferentes magnum terræ cumulum diſpergunt, aridiſque lignis eadem ſuper foſſa porrectis, id quod hujus ſuperfluum erat cumuli, injecerunt, adeo ut complanatum, ſicut ante, ſolum eſſet. Ut vel lepus, ſi percurriſſet ligna hæc, fregiſſet, ut pote ſtipulis imbecilliora. Atque tum indicium faciebat, terram non eſſe, ſed illam imitari. Multis id genus foſſis in montibus & campis ductis, non tamen captura lupæ ex animi ſententia ceſſit, ſentientis terræ huic fraudem ſubeſſe. Sed multas capras, & oves perdidit. Atque parum aberat, quin perdidiſſet Daphnidem, & quidem hoc modo. Hirci ad pugnam concitati, ſunt congreſſi. Quapropter alterius cornu, invaleſcente pugna, vulneratur, qui dolore correptus frendenſque ſeſe in fugam conjecit. Victor autem propè in veſtigiis ſequens fugientem perſequendo non deſtitit. Daphnis amiſſo dolens cornu, of-

τῇ θρασύτητι ἀχθεσθεὶς, ξύλον ἐπὶ τὴν καλαύροπα λαβὼν, ἐδίωκε τὸν διώκοντα. Οἷα δὲ τοῦ μὲν ὑπεκφεύγοντος, τοῦ δὲ ὀργῇ διώκοντος, οὐκ ἀκριβὴς τῶν ἐν ποσὶν ἡ πρόσοψις ἦν· ἀλλὰ κατὰ χάσματος ἄμφω πίπτουσιν· ὁ τράγος πρότερος· ὁ Δάφνις δεύτερος. Τοῦτο καὶ ἔσωσε Δάφνιν χρήσασθαι καταφορᾶς ὀχήματι τῷ τράγῳ. ὁ μὲν, τὸν ἀνιμησόμενον, εἴ τις ἄρα γένοιτο, δακρύων ἀνέμενεν. Ἡ δὲ Χλόη θεασαμένη τὸ συμβὰν, δρόμῳ παραγίνεται εἰς τὸ σιρρὸν· καὶ μαθοῦσα ὅτι ζῇ, καλεῖ βουκόλον ἐκ τῶν ἀγρῶν τῶν πλησίων πρὸς ἐπικουρίαν. Ὁ δὲ ἐλθὼν, σχοῖνον ἐζήτει μακρὰν, ἧς ἐχόμενος, ἀνιμώμενος ἐκβήσεται. καὶ σχοῖνος μὲν οὐκ ἦν. ἡ δὲ Χλόη λυσαμένη ταινίαν, δίδωσι καθεῖναι τῷ βουκόλῳ· καὶ οὕτως οἱ μὲν ἐπὶ τοῦ χείλους ἑστῶτες εἷλκον. Ὁ δὲ ἀνέβη ταῖς τῆς ὁλκῆς ταινίαις ταῖς χερσὶν ἀκολουθῶν. Ἀνιμήσαντες δὲ καὶ τὸν ἄθλιον τράγον συντεθραυσμένον ἄμφω τὰ κέρατα, (τοσοῦτον ἄρα ἡ δίκη μετῆλθε τοῦ νικηθέντος τράγου) τοῦτον μὲν δὴ τυθησόμενοι χαρίζονται σω-

offenſusque contumacia illa, ligneo ſuo ſumpto pedo, perſequentem perſequebatur: Quippè dum alter elabi conabatur, alter autem perſequebatur, minus accuratè proſpicientes, in foveam ambo incidunt; prior hircus, poſterior Daphnis. Quod ipſum etiam Daphnidem ſervavit, ut pote hirco pro vehiculo uſus, quando præceps deferebatur, qui lacrymans ſi quis forte veniret, ſubducturum præſtolabatur. Chloë, conſpecto quod evenerat, curſu contendit ad cuniculum, atque vivere illum intellecto, accerſit paſtorem vicinis ex agris, ut ſuppetias ferat rogans. Ille accedens, longum quærebat funem, ut apprehenſo eo, extrahatur, atque evadat: verum ad manum non erat funis: Qua propter Chloë ſuas tænias ſolutas dat paſtori demittendas, ſtantesque in crepidine trahebant. Ille verò ſequendo manibus tænias, quibus trahebatur, aſcendit. Poſtquam autem miſerum illum hircum extraxiſſent, utroque vulneratum cornu (uſque adeo devicti hirci pœnas perſecutor dedit) huncipſum jam jam immolaturi, præmium partæ ſalutis

bu-

στρα τῷ βουκόλῳ. καὶ ἔμελλον ψεύδεσθαι πρὸς τοὺς οἴκοι, λύκων ἐπιδρομήν, εἴ τις αὐτὸν ἐπόθησεν. Αὐτοὶ δὲ ἐπανελθόντες, ἐπεσκοποῦντο τὴν ποίμνην καὶ τὸ αἰπόλιον· καὶ ἐπεὶ κατέμαθον ἐν κόσμῳ νομῆς καὶ τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα, καθίσαντες ἐπὶ στελέχει δρυός, ἐσκόπουν μή τι μέρος τοῦ σώματος ὁ Δάφνις ᾕμαξε καταπεσών. Τέτρωτο μὲν οὖν οὐδὲ ᾕμακτο οὐδέν· χώματος δὲ καὶ πηλοῦ πέπαστο, καὶ τὰς κόμας καὶ τὸ ἄλλο σῶμα· ἐδόκει δὲ λούσασθαι, πρὶν αἴσθησιν γενέσθαι τοῦ συμβάντος Λάμωνι καὶ Μυρτάλῃ. Καὶ ἐλθὼν ἅμα τῇ Χλόῃ πρὸς τὸ ἄντρον τῶν νυμφῶν, τῇ μὲν ἔδωκε καὶ τὸν χιτῶνα, καὶ τὴν πήραν .... ἐγένετο. Τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ἀπελήρει· τί ποτέ με Χλόης ἐργάσεται φίλημα; χείλη μὲν ῥόδων ἁπαλώτερα, καὶ στόμα κηρίων γλυκύτερον. τὸ δὲ φίλημα, κέντρου μελίττης πικρότερον. Πολλάκις ἐφίλησα ἐρίφους· πολλάκις ἐφίλησα σκύλακας ἀρτιγεννήτους, καὶ τὸν μόσχον, ὃν ὁ Δόρκων ἐχαρίσατο. ἀλλὰ τοῦτο φίλημα καινόν· ἐκπηδᾷ μου τὸ πνεῦμα, ἐξάλλεται ἡ καρδία,

bubulco donant, ementituri apud ſuos luporum incurſionem, ſi quis illum deſideret. Ipſimet reverſi ovium caprarumque inſpiciunt gregem: Cumque intellexiſſent, utrumque gregem decenti ordine paſcere, inſidentes quercus trunco, num quam corporis partem præceps delapſus cruentaſſet, ſpeculabantur; ſed pars nulla læſa, aut cruentata erat, coma tantum corporeque reliquo pulvere, lutoque aſperſo. Quare viſum fuit, prius abluere corpus, quam caſus ille innoteſceret Lamoni atque Myrtalæ. Deinde una cum Chloë ad antrum Nympharum veniens, eidem peram atque tunicam tradidit. .... Hæc & id genus alia deinde apud ſe nugabatur. Quid tandem mihi creabit Chloës oſculum? Labia equidem ipſis roſis delicatiora, oſque ejus mellis favis dulcius; at oſculum quovis apis aculeo acerbius. Sæpius oſcula fixi hædis, frequenter ſuavia recens natis catulis, nec non vitulo, dedi: at hocce oſclum admirabile eſt: Quippe ſpiritus meus exultat; cor exilit; ani-

τήκεται ἡ ψυχὴ, καὶ ὅμως πάλιν φιλῆσαι θέλω. ὢ νίκης κακῆς· ὢ νόσου καινῆς, ἧς οὐδὲ εἰπεῖν οἶδα τὸ ὄνομα. ἆρα φαρμάκων γεύσατο Χλόη μέλλουσά με φιλεῖν; πῶς οὖν οὐκ ἀπέθανεν; οἷον ᾄδουσιν αἱ ἀηδόνες, ἡ δὲ ἐμὴ σύριγξ σιωπᾷ. οἷον σκιρτῶσιν οἱ ἔριφοι, κἀγὼ κάθημαι· οἷον ἀκμάζει τὰ ἄνθη, κἀγὼ στεφάνους οὐ πλέκω. ἀλλὰ τὰ μὲν ἴα καὶ ὁ ὑάκινθος ἀνθεῖ, Δάφνις δὲ μαραίνεται. ἆρά μου καὶ Δόρκων εὐμορφότερος ὀφθήσεται; τοιαῦτα ὁ βέλτιστος Δάφνις ἔπασχε καὶ ἔλεγεν, οἷα πρῶτον γευόμενος τῶν ἔρωτος ἔργων καὶ λόγων. Ὁ δὲ Δόρκων ὁ βουκόλος ὁ τῆς Χλόης ἐραστὴς, φυλάξας τὸν Δρύαντα φυτὸν κατορύττοντα πλησίον κλήματος, πρόσεισιν αὐτῷ μετὰ τυρῶν καὶ συρίγγων τινῶν γαμικῶν· καὶ τοὺς μὲν τυροὺς δῶρον εἶναι δίδωσι, πάλαι φίλος ὢν ἡνίκα αὐτὸς ἔνεμεν. Ἐντεῦθεν δὲ ἀρξάμενος ἀνέβαλε λόγον περὶ τοῦ τῆς Χλόης γάμου: καὶ εἰ λαμβάνοι γυναῖκα, δῶρα πολλὰ καὶ μεγάλα ὡς βουκόλος ἀπηγγέλλετο: ζεῦγος βοῶν ἀροτήρων. σμήνη τέτταρα μελιττῶν. φυτὰ μηλεῶν πεντήκοντα, δέρμα

anima liqueſcit: attamen iterum ſuaviari cupio. O Improbam victoriam! O novum morbũ! Cujus ne quidem nomen dicere poſſum. Nunquid Chloë mihi datura oſculum, venenũ guſtavit? Quî fit igitur quo minus ipſa perierit? & utut luciniæ canunt, mea hæc fiſtula tacet: utut ſaliunt hædi, ego ſedeo; utut flores ſuo ſunt in vigore, ego nullas corollas necto: Violæ quidem & Hyacinthi florent, at Daphnis marceſcit. Num Dorco me illi etiam videbitur formoſior? Hoc animo affectus Daphnis, ita loquebatur, ut pote primum facta dictaque amoris delibans: At Dorco, Bubulcus ille, amator Chloës, ad Dryantem, jam plantam prope palmitem defodientem, obſervatumque accedit, cum caſeis, atque nuptialibus quibuſdam tibiis. Atque caſeos illos dat illi dono, quicum illi jam olim amicitia interceſſerat, cum & ipſemet boves paſceret. Inde autem exorſus, ſermonẽ de Chloës nuptiis ſuſcepit, quâ acceptâ uxore, multa magnaque dona, ut bubulcus, promittebat: videlicet par boum aratorum: quatuor apum examina: plantas malorum quinquaginta: corium cal-

ταύρου τεμεῖν ὑποδήματα. Μόσχον, ἀνὰ πᾶν ἔτος μηκέτι γάλακτος δεόμενον: ὥστε μικροῦ δεῖν ὁ Δρύας θελχθεὶς τοῖς δώροις, ἐπένευσε τὸν γάμον. Ἐννοήσας δὲ ὡς κρείττονος ἡ παρθένος ἀξία νυμφίου, καὶ δείσας μὴ φωραθείς ποτε, κακοῖς ἀνηκέστοις περιπέσοι: τόν τε γάμον ἀνένευσε, καὶ συγγνώμην ἔχειν ᾐτήσατο, καὶ τὰ ὀνομασθέντα δῶρα παρῃτήσατο. Δευτέρας δὴ διαμαρτὼν ὁ Δόρκων ἐλπίδος, καὶ μάτην τυροὺς ἀγαθοὺς ἀπολέσας, ἔγνω διὰ χειρῶν ἐπιθέσθαι τῇ Χλόῃ μόνῃ γενομένῃ: καὶ παραφυλάξας ὅτι παρ' ἡμέραν ἐπὶ τὸν ποτὸν ἄγουσι τὰς ἀγέλας, ποτὲ μὲν ὁ Δάφνις, ποτὲ δὲ ἡ παῖς, ἐπιτεχνᾶται τέχνην ποιμένι πρέπουσαν. Λύκου μεγάλου δέρμα λαβών, ὃν ταυρός ποτε πρὸ τῶν βοῶν μαχόμενος τοῖς κέρασι διέφθειρε, περιέτεινε τῷ σώματι ποδῆρες καταινωτισάμενος: ὡς τούς τε ἐμπροσθίους πόδας ἐφηπλῶσθαι ταῖς χερσί, καὶ τοὺς κατόπιν τοῖς σκέλεσιν ἄχρι πτέρνης, καὶ τοῦ στόματος τὸ χάσμα σκέπειν τὴν κεφαλήν, ὥσπερ ἀνδρὸς ὁπλίτου κράνος: Ἐκθηριώσας δὲ

calceis conficiendis idoneum: vitulum, cui ne quidem toto anno amplius lacte opus eſſet. Adeo ut parum abeſſet, quin Dryas, hiſce delinitus muneribus, ratas habuiſſet nuptias. Attamen conſiderans præſtantiori dignam eſſe ſponſo virginem, verituſque ne aliquando in eo depræhenſus, graviſſima in mala incideret, abnuit conjugium, atque ſibi ignoſcat, rogans, dicta dona recuſat. Altera hac ſpe fruſtratus Dorcas, fruſtraque bonis illis caſeis perditis, decrevit vi ſolam adoriri Chloën: Itaque animadverſo quotidie ad aquas appellere greges, nonnunquam Daphnidem, nonnunquam puellam ipſam, artem quamdam bubulco convenientem comminiſcitur. Itaque ingentis molis pellem lupi cujuſdam ſumptam, quem aliquando pro armentis pugnans taurus ſuis interfecerat cornibus, demiſſamque ab humeris uſque ad talos, corpori obtendebat, ita ut anteriores lupi pedes armarent manus, poſteriores ad calcaneum uſq; crura: atque oris hiatus inſtar viri armati galeæ, ipſum operiret caput.

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

αὐτὸν ὡς ἐνὶ μάλιστα, παραγίνεται πρὸς τὴν πηγήν, ἧς ἔπινον αἱ αἶγες καὶ τὰ πρόβατα μετὰ τὴν νομήν. Ἐν κοίλῃ δὲ πάνυ γῇ ἦν ἡ πηγή, καὶ περὶ αὐτὴν πᾶς ὁ τόπος ἀκάνθαις, καὶ βάτοις, καὶ ἀρκεύθῳ ταπεινῇ, καὶ σκολύμοις ἠγρίωτο: ῥαδίως ἂν ἐκεῖ καὶ λύκος ἀληθινὸς ἔλαθε λοχῶν. Ἐνταῦθα κρύψας ἑαυτὸν, ἐπετήρει τοῦ ποτοῦ τὴν ὥραν ὁ Δόρκων, καὶ πολλὴν εἶχεν ἐλπίδα, τῷ σχήματι φοβήσας, λαβεῖν ταῖς χερσὶ τὴν Χλόην. Χρόνος ὀλίγος διαγίνεται, καὶ Χλόη κατήλαυνε τὰς ἀγέλας εἰς τὴν πηγήν, καταλιποῦσα τὸν Δάφνιν φυλλάδα χλωρὰν κόπτοντα, τοῖς ἐρίφοις τροφὴν μετὰ τὴν νομήν: καὶ οἱ κύνες οἱ τῶν προβάτων ἐπιφύλακες, καὶ τῶν αἰγῶν, ἑπόμενοι, οἷα δὴ κυνῶν ἐν ῥινηλασίαις περιεργία κινούμενον ὑλακτήσαντες, ὥρμησαν ὡς ἐπὶ λύκον: καὶ περισχόντες πρὶν ὅλως ἀναστῆναι δι᾽ ἔκπληξιν, ἔδακνον μετὰ κράτους. Τέως μὲν οὖν τὸν ἔλεγχον αἰδούμενος, καὶ ὑπὸ τοῦ δέρματος ἐπισκέποντος φρουρούμενος, ἔκειτο σιωπῶν ἐν τῇ λόχμῃ.

Cum ſe, quoad ejus fieri poterat ita efferaſſet, accedit ad fontem, ex quo capræ atque oves à paſtu bibere ſolent. Erat fons hic omnino cava in valle, agroque humili, locuſque circa hunc totus ſpinis, rubis, juniperis atque ſcolymis horrebat, ut vel verus lupus facile ibidem in inſidiis delituiſſet. Hic ſeſe abſcondens, obſervabat appellendi gregis ad potum horam, magnaque fovebatur ſpe, fore, ut eo habitu incuſſo terrore, manibus ſuis caperet Chloën. Exiguum intercedebat temporis intervallum, cum Chloë ad fontem cogebat greges, Daphnide, viridem ſecante frondem, relicto, qua poſt paſtũ alerentur hædi: at canes illi, quibus ovium caprarumque erat demandata cuſtodia, ſequuti, atque illicò, pro ea, quæ illlis eſt in odorando ſagacitas, allatrantes ſeſe moventem Dorconem, haud ſecus ac in lupum irruêre, quem circumfuſi, antequam omnino præ pavore ſurgeret, acerrimè mordebant: quippe indicium veritus, pelleque, quæ illum tegebat, munitus, tacitus inter virgulta jacebat.

Cum

Ἐπεὶ δὲ ἡ τε Χλόη πρὸς τὴν πρώτην θέαν διαταραχθεῖσα, τὸν Δάφνιν ἐκάλει βοηθόν, οἵ τε κύνες περισπῶντες τὸ δέρμα, τοῦ σώματος ἥπτοντο αὐτοῦ, μέγα οἰμώξας, ἱκέτευε βοηθεῖν τὴν κόρην καὶ τὸν Δάφνιν ἤδη παρόντα. Τοὺς μὲν κύνας δὴ ἀνακλήσει συνήθει ταχέως ἡμέρωσαν, τὸν δὲ Δόρκωνα κατά τε μηρῶν καὶ ὤμων δεδηγμένον, ἀγαγόντες ἐπὶ τὴν πηγὴν, ἀπένιψαν τὰ δήγματα, ἵνα ἦσαν τῶν ὀδόντων αἱ ἐμβολαὶ, καὶ διαμασησάμενοι φλοιὸν χλωρὸν πτελέας, ἐπέπασαν: ὑπό τε ἀπειρίας ἐρωτικῶν τολμημάτων ποιμενικὴν παιδίαν νομίζοντες, τὴν ἐπιβολὴν τοῦ δέρματος, οὐδὲν ὀργισθέντες, ἀλλὰ καὶ παραμυθησάμενοι, καὶ μέχρι τινὸς χειραγωγήσαντες, ἀπέπεμψαν. Καὶ ὁ μὲν κινδύνου παρὰ τοσοῦτον ἐλθὼν, καὶ σωθεὶς ἐκ κυνὸς φασὶν οὐ λύκου στόματος, ἐθεράπευε τὸ σῶμα. Ὁ δὲ Δάφνις καὶ ἡ Χλόη κάματον πολὺν ἔσχον μέχρι νυκτὸς τὰς αἶγας καὶ τὰς ὄϊς συλλέγοντες. ὑπὸ γὰρ τοῦ δέρματος πτοηθεῖσαι, καὶ ὑπὸ τῶν

Cum autem, Chloë primo perterrita aſpectu, opemque Daphnidis implorante, ipſum corpus, dilacerato jam corio, morſu apprehenderent, vehementer ille plorans, obteſtatur puellam atque Daphnidem jam præſentem, ſuppetias veniant: qui more receptui canentes, ocius canes ſedârunt, atque Dorconis humeros femoraque morſibus læſi, deductique ad fontem, vulnera, ubicunque dentium apparebant veſtigia abluêre, expreſſumque viridi è cortice ulmi ſuccum, vulneribus infudêre, præ imperitia amatoriorum auſorum rati, indumentum hoc Dorconis, tantum luſum jocumque fuiſſe paſtoritium, ne quidem illi ſuccenſentes, ſed conſolatione adhibita, aliquandiu manuductum dimiſerunt. Eo diſcriminis provectus ille, &c, ut ajunt, è canis, non autem lupi ſervatus ore, ſuum curabat corpus. At Daphnis & Chloë in noctem uſque defatigabantur, capris ovibuſque colligendis; quippe lupi exuviis conſternatæ, canumque latratu perterritæ, aliæ in petras evaſerant, aliæ ad mare uſque cur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

manus illius in tergum, ut vinсturus, retorſit: At ille vapulans clamare, ſupplexque agricolarum opem implorare, & ante omnes Lamonem ac Dryantem in auxilium vocare. Hi vero duri ſenes, opereque ruſtico validas habentes manus, ſummiſque viribus renitendo, retinentes, ut in judicio de facto cognoſceretur, volebant: cui ſententiæ aliis aſtipulantibus, judex conſtituitur Philetas ille bubulcus: ipſus enim erat præſentium natu maximus, nec non inter paganos, juſtitiam illum religioſè colere fama erat. Primi autem Methymnæi hunc bubulcum ſortiti judicem, perſpicuam, conciſamque inſtituunt accuſationem, hunc in modum. Venandi gratia hoſce ingreſſi ſumus agros: Itaque noſtram navim, vimine virenti in littore religatam reliquimus; ipſimet canum ope feras indagaturi. Interea temporis hujus capræ ad mare deſcendentes, & vimen depaſcuntur, navimque ſolvunt. Tutemet in altum provectam vidiſti, quantis, putas bonis plenam? qualia ſtatim perierunt? qualis mundus caninus? quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

„ὅσον δὲ ἀργύριον; τοὺς ἀγροὺς ἄν- „τις τούτων ἐκεῖνα ἔχων ὠνήσατο. „Ἀνθ' ὧν ἀξιοῦμεν ἄγειν τοῦτον, „πονηρὸν ὄντα αἰπόλον, ὃς ἐπὶ τῆς „θαλάττης νέμει τὰς αἶγας ὡς ναύ- „της. Τοιαῦτα οἱ Μηθυμναῖοι κατηγόρησαν. Ὁ δὲ Δάφνις διέκειτο μὲν κακῶς ὑπὸ τῶν πληγῶν, Χλόην δὲ ὁρῶν παροῦσαν, πάντων κατεφρόνει. Καὶ ὧδε εἶπεν. Ἐγὼ νέμω τὰς αἶγας καλῶς. Οὐδέποτε ᾐτιάσατο κωμήτης οὐδὲ εἷς, ὡς ἢ κῆπον αἴξ ἐμὴ κατεβοσκήσατο, ἢ ἄμπελον βλαστάνουσαν κατέκλασεν. Οὗτοι δέ εἰσι κυνηγέται πονηροὶ καὶ κύνας ἔχουσι κακῶς πεπαιδευμένους: οἵτινες τρέχοντες πολλὰ, καὶ ὑλακτοῦντες σκληρὰ, κατεδίωξαν αὐτὰς ἐκ τῶν ὀρῶν καὶ τῶν πεδίων ἐπὶ θάλασσαν ὥσπερ λύ- „κοι. Ἀλλὰ ἀπέφαγον τὴν λύγον· „οὐ γὰρ εἶχον ἐν ψάμμῳ πόαν „ἢ κόμαρον ἢ θύμον. ἀλλὰ ἀπώ- „λετο ἡ ναῦς ὑπὸ τοῦ πνεύματος „καὶ τῆς θαλάττης· ταῦτα χει- „μῶνος οὐκ αἰγῶν ἐστιν ἔργα. „ἀλλὰ ἐσθὴς ἐνέκειτο καὶ ἄργυ- „ρος· καὶ τίς πιστεύσει νοῦν ἔχων,

quantum argenti? Agros quiſpiam horum, illis inſtructus bonis, facile præſtinaverit. Pro quibus ducere illum volumus, ut pote improbum caprarium, qui inſtar nautæ juxta mare ſuas paſcit capras. Hunc in modum ſuam Methymnæi adornaverant accuſationem. Verum Daphnis malè habens, tot verberibus multatus, conſpectâ ibidem præſente Chloë, omnia hæc ſuſque deque habebat: atque ita fatus eſt. Ego equidem rectè meas paſco capras. Ne unus quidem incola hujus pagi me culpaverit, mea quod capra vel hortum depaverit, vitemve germinantem defregerit. Mali ſunt hi venatores, maleque inſtitutos canes habent, qui illas multum currendo, ac duriter latrando, ad mare uſque de montibus ac campis inſtar luporum proſecuti ſunt. At tamen vimen ſunt depaſtæ: non habebant enim in ſabulo herbam, aut arbutum, aut thymum. At navis à vento, atque mari periit; Hoc tempeſtati, non autem capris imputandum venit. Sed veſtimenta & argentum navi continebantur. At quis credat, ſi ſapit, navim tan-

ὅτι τοιαῦτα φέρουσα ναῦς, πεῖσμα εἶχε λύγον; Τούτοις ἐπεδάκρυσεν ὁ Δάφνις, καὶ εἰς οἶκτον ὑπηγάγετο τοὺς ἀγροίκους πολύν· ὥστε ὁ Φιλητᾶς ὁ δικαστὴς ὤμνυε Πᾶνα καὶ νύμφας, μηδὲν ἀδικεῖν Δάφνιν, ἀλλὰ μηδὲ τὰς αἶγας· τὴν δὲ θάλασσαν καὶ τὸν ἄνεμον, ὧν ἄλλους εἶναι δικαστάς. Οὐκ ἔπειθε ταῦτα Φιλητᾶς Μηθυμναίοις λέγων· ἀλλ' ὑπ' ὀργῆς ὁρμήσαντες, ἦγον τὸν Δάφνιν πάλιν, καὶ συνδεῖν ἤθελον. Ἐνταῦθα οἱ κωμῆται ταραχθέντες, ἐπιπηδῶσιν αὐτοῖς ὡσεὶ ψᾶρες, ἢ κολοιοί· καὶ ταχὺ μὲν ἀφαιροῦνται τὸν Δάφνιν ἤδη καὶ αὐτὸν μαχόμενον· ταχὺ δὲ ξύλοις παίοντες, ἐκείνους εἰς φυγὴν ἔτρεψαν. Ἀπέστησαν δὲ οὐ πρότερον ἔς τε τῶν ὅρων, αὐτοὺς, ἐξήλασαν ἐς ἄλλους ἀγρούς. Διωκόντων δὲ τοὺς Μηθυμναίους ἐκείνων, ἡ Χλόη κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἄγει πρὸς τὰς νύμφας τὸν Δάφνιν, καὶ ἀπονίπτει τε τὸ πρόσωπον ἡμαγμένον ἐκ τῶν ῥινῶν ῥαγεισῶν ὑπὸ πληγῆς τινος, καὶ τῆς πήρας προκομίσασα ζυμίτου μέρος, καὶ τυροῦ τμῆμά τι,

ta vehentem bona, pro rudente, vimen habuiſſe. His dictis illachrymans Daphnis, omnino ad miſericordiam agricolas commovit: quamobrem Philetas judicem agens, per Pana atque Nymphas, nullam injuriam Daphnidem, aut pauperiem feciſſe capras, jurat: verum mare atque ventos eſſe in culpâ, quorum alios eſſe judices: Hæcce Philetas dicendo non perſuadebat Methymnæis: ſed præ ira irruentes, iterum ductum Daphnidem, conſtrictumque volebant. Ibi vicani conſternati in illos haud ſecus ac ſturni graculique impetum fecerunt, ereptoque ſubito Daphnide, etiamnum & ipſo pugnante, illos tundendo baculis, mox in fugam converterunt: neque ante deſtiterunt, quam illos per montes alios in agros expuliſſent. Interea dum illi Methymnæos perſequuntur, placidè admodum Chloë ad Nymphas deducto Daphnide faciem ejus aſperſam ſanguine, nareſque ictu contuſas abluit, atque è pera fermentati particulam panis prolatam, caſeique fruſtulum, dat illi comeden-

δίδωσι φαγεῖν. Τότε μάλιστα ἀνακτησαμένη αὐτὸν, φίλημα ἐφίλησε μελιτῶδες ἁπαλοῖς τοῖς χείλεσι. Τότε μὲν δὴ παρὰ τοσοῦτον Δάφνις ἦλθε κακοῦ. Τὸ δὲ πρᾶγμα οὐ ταύτῃ πέπαυτο, ἀλλ' ἐλθόντες οἱ Μηθυμναῖοι μόλις εἰς τὴν ἑαυτῶν, ὁδοιπόροι μὲν ἀντὶ ναυτῶν, τραυματίαι δὲ ἀντὶ τρυφώντων, ἐκκλησίαν τε συνήγαγον τῶν πολιτῶν, καὶ ἱκετηρίας θέντες, ἱκέτευον τιμωρίας ἀξιωθῆναι: τῶν μὲν ἀληθῶν λέγοντες οὐδὲ ἕν, μὴ καὶ προσκαταγέλαστοι γένοιντο, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παθόντες ὑπὸ ποιμένων: κατηγοροῦντες δὲ Μιτυληναίων ὡς τὴν ναῦν ἀφελομένων, καὶ τὰ χρήματα διαρπασάντων πολέμου νόμῳ. Οἱ δὲ πιστεύοντες διὰ τὰ τραύματα, καὶ νεανίσκοις τῶν πρώτων οἰκιῶν παρ' αὐτοῖς τιμωρῆσαι δίκαιον νομίζοντες, Μιτυληναίοις μὲν πόλεμον ἀκήρυκτον ἐψηφίσαντο: τὸν δὲ στρατηγὸν ἐκέλευσαν δέκα ναῦς καθελκύσαντα κακουργεῖν αὐτῶν τὴν παραλίαν. πλησίον γὰρ χειμῶνος ὄντος, οὐκ ἀσφαλὲς ἦν μείζονα στόλον πιστεύειν τῇ θαλάσσῃ. Ὁ δὲ εὐθὺς τῇ ἐπι-

edendum. Cum jam maximè illum recreaſſet, oſculum tenellis mellitum fixit labiis. Tum autem eò malorum venerat Daphnis: ſed finis eo modo huius negotio nequedum impoſitus erat: nam Methymnæi magna cum difficultate domum ſuam, pro nautis viatores pedeſtres, atque pro deliciis, vulneribus onuſti redeuntes, in concionem ſuos coëgerunt cives, peracta ſupplicatione, orabant ſupplices, ut digna ſibi illata injuria, vindicta habeatur, ne quidem verbum ullum verum prædicantes: ne ſint inſuper ludibrio hiſce & id genus aliis à paſtoribus injuriis affecti; accuſantes autem Mitylenæos ac ſi jure belli navim ademiſſent, & reliqua bona rapuiſſent. Hi vero fide habita ob vulnera illa, nec non æquum cenſentes ire ultum juvenibus illuſtri apud illos loco natis illatam injuriam, acerrimum Mitylinæis inferre bellum decreverunt, belli præfectum jubentes, navibus deductis decem, maritimam prædationibus atque incurſionibus infeſtare oram. Non enim tutum erat, imminente hyeme, majorem mari committere claſſem. Hic con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ούσης ἀναγόμενος ἀντιρέταις στρατιώταις, ἐπέπλει τοῖς παραθαλαττίοις τῶν Μιτυληναίων ἀγροῖς. Καὶ πολλὰ μὲν ἥρπαζε ποίμνια, πολὺν δὲ σῖτον, καὶ οἶνον ἄρτι πεπαυμένου τοῦ τρυγητοῦ, καὶ ἀνθρώπους δὲ οὐκ ὀλίγους, ὅσοι τούτων ἐργάται. Ἐπέπλευσε καὶ τοῖς τῆς Χλόης ἀγροῖς καὶ τοῦ Δάφνιδος: καὶ ἀπόβασιν ὀξεῖαν θέμενος, λείαν ἤλαυνε τὰ ἐν ποσίν. Ὁ μὲν Δάφνις οὐκ ἔνεμε τὰς αἶγας, ἀλλὰ ἐς τὴν ὕλην ἀνελθὼν, φυλλάδα χλωρὰν ἔκοπτεν, ὡς ἔχοι τὴν τοῦ χειμῶνος παρέχειν τοῖς ἐρίφοις τροφήν: ὥστε ἄνωθεν θεασάμενος τὴν καταδρομὴν, ἐνέκρυψεν ἑαυτὸν στελέχει καὶ ξύλῳ ξηρᾶς ὀξύης. Ἡ δὲ Χλόη παρῆν ταῖς ἀγέλαις: καὶ διωκομένη φεύγει πρὸς τὰς νύμφας ἱκέτις, καὶ ἐδεῖτο φείσασθαι καὶ ὧν ἔνεμε, καὶ αὐτῆς διὰ θεάς, ἀλλ' ἦν οὐδὲν ὄφελος: οἱ γὰρ Μηθυμναῖοι πολλὰ τῶν ἀγαλμάτων κατακερτομήσαντες, καὶ τὰς ἀγέλας ἤλασαν, κἀκείνην ἦγον ὥσπερ αἶγα ἢ πρόβατον παίοντες λύ-

confeſtim die ſequenti militum claſſicorum ope in altum provectus, Mitylenæorum agros mari proximos invadens, multos greges, multum frumenti, ac vini, paulo ante finita vindemia, hominesque non paucos, quicunque ſuam illis operam navarunt, rapiebat. Invadebat & ſuâ claſſe Chloës atque Daphnidos agros: egreſſuſque quanta celeritate poſſet, quævis obvia agebat, ferebatque. Verum Daphnis non paſcebat capras, ſed in ſylvam digreſſus, frondem amputabat virentem, quo hyberno haberet tempore, quod ſubminiſtraret pabulum hædis: quare è ſublimi incurſione hac conſpecta, ſemet trunco & ſub lignis aridæ ſciſcimæ occultavit. Chloë aderat gregibus: Et cum illam perſequerentur, ſupplex ad Nymphas confugiens, orabat, ut & illis quos paſceret, gregibus, atque ſibi propter Deas parcerent. Sed ne hilum quidem profecit precando: Quippe haud paucis conviciis atque probris ex Dearum ſimulacris, laceſſitis, Methymnæi greges abegerunt, & illam ipſam non aliter quam capram, aut ovem virgis feriendo

præ

γοις. Ἔχοντες δὲ ἤδη τὰς ναῦς παντοδαπῆς ἁρπαγῆς μεστὰς, οὐκέτ' ἐγίνωσκον περαιτέρω πλεῖν, ἀλλὰ τὸν οἴκαδε πλοῦν ἐποιοῦντο, καὶ τὸν χειμῶνα καὶ τοὺς πολεμίους δεδιότες. Οἱ μὲν οὖν ἀπέπλεον εἰρεσίᾳ ταλαιπωροῦντες: ἄνεμος γὰρ οὐκ ἦν. Ὁ δὲ Δάφνις ἡσυχίας γενομένης, ἐλθὼν εἰς τὸ πεδίον ἔνθα ἔνεμον, καὶ μήτε τὰς αἶγας ἰδὼν, μήτε τὰ πρόβατα καταλαβὼν, μήτε Χλόην εὑρὼν, ἀλλὰ ἐρημίαν πολλὴν, καὶ τὴν σύριγγα ἐρριμμένην, ᾗ συνήθως ἐτέρπετο ἡ Χλόη, μέγα βοῶν καὶ ἐλεεινὸν κωκύων, ποτὲ μὲν πρὸς τὴν φηγὸν ἔτρεχεν ἔνθα ἐκαθέζετο: ποτὲ δὲ ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ὡς ὀψόμενος αὐτήν: ποτὲ δὲ ἐπὶ τὰς νύμφας, ἐφ' ἃς ἑλκομένη κατέφυγεν. Ἐνταῦθα καὶ ἔρριψεν ἑαυτὸν χαμαὶ, καὶ ταῖς νύμφαις ὡς προδούσαις κατεμέμφετο. Ἀφ' ὑμῶν ἡρπάσθη Χλίη, καὶ τοῦτο ἰδεῖν ὑμεῖς ὑπεμείνατε; ἡ τοὺς στεφάνους ὑμῖν πλέκουσα· ἡ σπένδουσα τοῦ πρώτου γάλακτος. Ἧς καὶ ἡ σύριγξ ἥδε ἀνάθημα. Αἶγα μὲν οὐδὲ μίαν μοι λύκος ἥρπασε, πο-

præ ſe egerunt. Illi naves ſuas jam prȩda omnigena onuſtas habentes, non ulterius navigare decernebant; ſed domum, hyemem hoſtemque timentes, dirigebant. Itaque ſolvebant inde, ſumma ope remis incumbentes, vento ut pote non illis operam dante. Daphnis jam tranquillitate oborta, ingreſſus campum, ubi paſcere ſolebant, ſed neque conſpectis capris, neque deprehenſis ovibus, neque inventa Chloë, ſed ubique magna ſolitudine, & projecta fiſtula, quâ ſe pro more oblectabat Chloë, magno clamore, miſerabilique ploratu edito, nunc curſu contendebat ad fagum, ubi ſederat: nunc verò ad mare, tanquam viſurus illam: aliquando ad Nymphas, ad quas illa ſe vertens, confugerat. Ibi ſeſe proſtravit humi, proditionis Nymphas inſimulans. In conſpectu veſtro rapta eſt Chloë, idque videre oculis veſtris ſuſtinuiſtis? Illa quæ vobis texere coronas; illa, quæ vobis primitias lactis libare aſſolet, cujus etiam hæcce fiſtula vobis dicata pendet. Nullam quidem lupus mihi capram eripuit;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

λέμιοι δὲ τὴν ἀγέλην καὶ τὴν συννέμουσαν. Καὶ τὰς μὲν αἶγας ἀποδέρουσι, καὶ τὰ πρόβατα καταθύουσι: Χλόη δὲ πόλιν οἰκήσει. Ποίοις ποσὶν ἄπειμι παρὰ τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, ἄνευ τῶν αἰγῶν, ἄνευ Χλόης, λειπεργάτης ἐσόμενος; ἔχω γὰρ νέμειν ἔτι οὐδέν. Ἐνταῦθα περιμένω κείμενος ἢ θάνατον ἢ πόλεμον δεύτερον. Ἆρα καὶ σὺ Χλόη τοιαῦτα πάσχεις; ἆρα μέμνησαι τοῦ πεδίου τοῦδε, καὶ τῶν νυμφῶν τῶνδε, κἀμοῦ; ἢ παραμυθοῦνταί σε τὰ πρόβατα καὶ αἱ αἶγες αἰχμάλωτοι μετὰ σοῦ γενόμεναι; Ταῦτα λέγοντα αὐτὸν, ἐκ τῶν δακρύων καὶ τῆς λύπης, ὕπνος βαθὺς καταλαμβάνει: καὶ αὐτῷ αἱ τρεῖς ἐφίστανται νύμφαι, μεγάλαι γυναῖκες καὶ καλαί· ἡμίγυμνοι καὶ ἀνυπόδετοι· τὰς κόμας λελυμέναι· καὶ τοῖς ἀγάλμασιν ὅμοιαι. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐῴκεσαν ἐλεοῦσαι τὸν Δάφνιν: ἔπειτα ἡ πρεσβυτάτη λέγει ἐπιρρωννύουσα. Μηδὲν ἡμᾶς μέμφου Δάφνι: Χλόης γὰρ ἡμῖν μᾶλλον ἢ σοὶ μέλει. Ἡμεῖς καὶ παιδίον οὖ-

eripuit; ſed hoſtes gregem, & illam, quæ una paſcebat mecum. Quin capras excoriabunt, & oves immolabunt: Chloë deinceps in civitate habitabit. At quibus pedibus patrem & matrem, operis deſertor, ſine capris, ſine Chloë adibo? Amplius quod paſcam non habeo. Hic jacens, aut mortem, aut alterum hoſtem exſpecto. An tu talia pateris Chloë? Meminiſtine amplius hujus campi, Nympharum harum, atque mei? Num tibi etiam ſolatium capellæ, oveſque unâ tecum in captivitatem abductæ, præbent? Hæc ipſum dicentem poſt lacrimas & mærorem, ſomnus profundus occupat, atque tres illæ Nymphæ, mulieres proceræ, & formoſæ, ſeminudæ diſcalceatæque, crinibus ſolutis, ſignis illis ſimiles, illi ſuperveniunt: viſæque fuerunt primum miſereri Daphnidis: deinde natu maxima, animum dictis addens, inquit: Noli nos inſimulare Daphni: nobis quippe magis curæ, quam tibi eſt Chloë. Nos ejus etiamnum infantis miſertæ fuimus,

ζαν αὐτὴν ἠλεήσαμεν, καὶ ἐν ᾧ δὲ τῷ ἄντρῳ κειμένην αὐτὴν ἀνεθρέψαμεν. Ἐκείνη πεδίοις κοινὸν οὐδὲν ἔχει καὶ τοῖς προβατίοις τοῦ Λάμωνος. Καὶ νῦν δὲ ἡμῖν πεφρόντισται τὸ κατ' ἐκείνην: ὡς μήτε εἰς τὴν Μήθυμναν κομισθεῖσα δουλεύοι, μήτε μέρος γένοιτο λείας πολεμικῆς. Καὶ τὸν Πᾶνα ἐκεῖνον τὸν ὑπὸ τῇ πίτυϊ ἱδρυμένον, ὃν ὑμεῖς οὐδέποτε οὐδὲ ἄνθεσιν ἐτιμήσατε, τοῦτον ἐδεήθημεν ἐπίκουρον γενέσθαι Χλόης: συνήθης γὰρ στρατοπέδοις μᾶλλον ἡμῶν, καὶ πολλοὺς ἤδη πολέμους ἐπολέμησε τὴν ἀγροικίαν καταλιπών. καὶ ἄπεισι τοῖς Μηθυμναίοις οὐκ ἀγαθὸς πολέμιος. Κάμνε δὲ μηδέν: ἀλλὰ ἀναστὰς ὄφθητι Λάμωνι καὶ Μυρτάλῃ: οἳ καὶ αὐτοὶ κεῖνται χαμαί, νομίζοντες καί σε μέρος γεγονέναι τῆς ἁρπαγῆς. Χλόη γάρ σοι τῆς ἐπιούσης ἀφίξεται μετὰ τῶν αἰγῶν, μετὰ τῶν προβάτων: καὶ νομεύσετε κοινῇ, καὶ συρίσετε κοινῇ. Τὰ δὲ ἄλλα μελήσει περὶ ὑμῶν Ἔρωτι. Τοιαῦτα ἰδὼν καὶ ἀκούσας Δάφνις, ἀναπηδήσας τῶν ὕπνων καὶ ὑφ' ἡδονῆς καὶ λύπης μεστὸς δα-

mus, & hocce in antro jacentem nutriendam curavimus. Nihil illa commune habet cum agris oviculiſque Lamonis. Atque res illius etiamnum nobis ſunt curæ: ne videlicet abducta Methymnam, ſerviat, aut pars bellicæ prædæ fiat. Nos illum hunc Pana, qui pinu ſub hac ſedem habet, quem vos nunquam adhuc ullis decoraſtis floribus, hunc, inquam, oravimus, ut Chloæ ſuppetias veniat? magis enim quam nos aſſuevit caſtris: atque relicta hacce villa, plurima bella geſſit: atque abit non utilis Methymnæis hoſtis futurus. Noli laborare hac de re: ſed ubi ſurrexeris, prodi in conſpectum Lamonis & Myrtalæ, qui & ipſi humi jacent, rati te partem eſſe factum hujus rapinæ: Poſtero die tibi unâ cum capris ovibuſque Chloë redibit: atque unâ paſcetis, & unâ fiſtula canetis. Cætera de vobis curæ erunt cupidini. Hiſce viſis, ac auditis Daphnis, è ſomno exiliens, præ lætitia ac mœrore obortis lacrymis,

κρύων, τὰ ἀγάλματα τῶν νυμφῶν προσεκύνει, καὶ ἐπηγγέλλετο σωθείσης Χλόης, θύσειν τῶν αἰγῶν τὴν ἀρίστην: δραμὼν δὲ καὶ ἐπὶ τὴν πίτυν ἔνθα τὸ τοῦ Πανὸς ἄγαλμα ἵδρυτο, τραγοσκελὲς, κερασφόρον, τῇ μὲν σύριγγα, τῇ δὲ τράγον πηδῶντα κατέχε, κἀκεῖνον προσεκύνει, καὶ ηὔχετο ὑπὲρ τῆς Χλόης, καὶ τράγον θύσειν ἐπηγγέλλετο. Καὶ μόλις ποτὲ περὶ ἡλίου καταφορὰς παυσάμενος δακρύων καὶ εὐχῶν, ἀράμενος τὰς φυλλάδας ἃς ἔκοψεν, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἔπαυλιν καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Λάμωνα πένθους ἀπαλλάξας εὐφροσύνης ἐμπλήσας, τροφῆς τε ἐγεύσατο, καὶ ἐς ὕπνον ὥρμησεν, οὐδὲ τοῦτον ἄδακρυν: ἀλλ' εὐχόμενος μὲν αὖθις τὰς νύμφας ὄναρ ἰδεῖν, εὐχόμενος δὲ τὴν ἡμέραν γενέσθαι ταχέως, ἐν ᾗ Χλόην ἐπηγγείλαντο αὐτῷ. Νυκτῶν πασῶν ἐκείνη ἔδοξε μακροτάτη γεγονέναι. Ἐπράχθη δὲ ἐπ' αὐτῆς, τάδε. Ὁ στρατηγὸς ὁ τῶν Μηθυμναίων ὅσον δέκα σταδίους ἀπελάσας, ἠθέλησε τῇ καταδρομῇ τοὺς στρατιώτας κεκμηκότας

Nympharum ſigna adorat, vovens, ſoſpite Chloë, optimam ex capris ſeſe oblaturum: directoque contendens curſu ad pinum, ubi Panis ſimulacrum poſitum erat, pedibus hircinis, cornigerum, alterâ manu fiſtulam, alterâ hircum ſalientem tenens, Panemque adorans, proque Chloë preces fundens, promittebat ſe hircum ſacrificaturum. Deinde ægrè circa ſolis occaſum flendi ac precandi finem faciens, ſublatis, quas inciderat, frondibus, ad villam rediit; inſuper Lamone mærore liberato, impletoque gaudio, cibum ſumſit, & ad ſomnum feſtinavit, non ſine lacrymis tranſactum: ſed iterum precatus, ut Nymphas in ſomnis videat, ocyuſque oriatur dies, qua illi Chloës promiſerant reditum. Hæc ipſa nox omnium eſſe longiſſima illi viſa fuit, quâ quidem hæcce fuere geſta. Præfectus Methymnæorum in altum decem circiter ſtadia progreſſus, ſuos illa incurſione defatigatos milites voluit recreatos, quare nactus promontorium in mare ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ἀναλαβεῖν, ἄκρας οὖν ἐπεμβαινούσης τῷ πελάγει λαβόμενοι, ἐπεκτεινομένης μηνοειδῶς, ἧς ἐντὸς θάλασσα γαληνότερον τῶν λιμένων ὅρμον εἰργάζετο, ἐνταῦθα τὰς ναῦς ἐπ' ἀγκυρῶν μετεώρους διορμίζας, ὡς μηδεμίαν ἐκ τῆς γῆς τῶν ἀγροίκων τινὰ λυπῆσαι, ἀνῆκον τοὺς Μηθυμναίους εἰς τέρψιν εἰρηνικήν. Οἱ δὲ ἔχοντες πάντων ἀφθονίαν ἐκ τῆς ἁρπαγῆς, ἔπινον, ἔπαιζον· ἐπινίκιον ἑορτὴν ἐμιμοῦντο. Ἄρτι δὲ παυομένης ἡμέρας, καὶ τῆς τέρψεως ἐς νύκτα ληγούσης, αἰφνίδιον μὲν πᾶσα ἡ γῆ ἐδόκει λάμπεσθαι πυρί: κτύπος δὲ ἠκούετο ῥόθιος κωπῶν ὡς ἐπιπλέοντος μεγάλου στόλου: ἐβόα τις ὁπλίζεσθαι τὸν στρατηγὸν, ἄλλος ἄλλον ἐκάλει, καὶ τετρῶσθαί τις ἐδόκει· καὶ σχῆμά τι ἔκειτο νεκροῦ μιμούμενον; εἴκασεν ἄν τις ὁρᾶν νυκτομαχίαν οὐ παρόντων πολεμίων. Τῆς δὲ νυκτὸς αὐτοῖς τοιαύτης γενομένης, ἐπῆλθεν ἡμέρα πολὺ τῆς νυκτὸς φοβερωτέρα. Οἱ τράγοι μὲν οἱ τοῦ Δάφνιδος καὶ αἱ αἶγες κιττὸν ἐν τοῖς κέρασι κορυμβοφόρον εἶ-

excurrens, lunataq; exporrectum forma, cujus ſinus ipſis portubus tranquilliorem efficiebat ſtationem, ibidem navibus anchoris ſtabilitis, ne ulli ex terra quiſpiam agreſtium negotium faceſſeret, oblectationem Methymnæis omnis periculi ſecuram indulſit. Illi autem omnium rerum copiâ hac ex rapina affluentes, bibebant, ludebant, & victoriæ monumentum feſtum quaſi agitabant diem. In veſperam jam inclinante die, atque ſub noctem voluptate finiente, viſa fuit repente univerſa terra collucere flammis, atque ingens audiri remorum ſtrepitus, tanquam hoſtiliter magna adnavigante claſſe: clamabat quidam, ut ſe belli dux armis accingeret: alius alium vocabat, videbaturque nonnullus vulneratus: imo erat quod faciem cadaveris præ ſe ferebat. Putaſſes videre nocturnum prælium, hoſte nullo præſente. Hujuſcemodi illis tranſactâ nocte, illuxit dies longè nocte terribilior. Hirci enim, qui erant Daphnidis, atq; capræ hederam ſuis cum corymbis in cornibus habe-

χον· οἱ δὲ κριοὶ καὶ αἱ ὄϊες τῆς Χλόης, λύκων ὠρυγμὸν ὠρύοντο. ὤφθη δὲ καὶ αὐτὴ πίτυος ἐστεφανωμένη· ἐγίνετο καὶ περὶ τὴν θάλασσαν αὐτὴν πολλὰ παράδοξα: αἵτε γὰρ ἄγκυραι κατὰ βυθοῦ πειρωμένων ἀναφέρειν ἔμενον· αἵτε κῶπαι καθιέντων εἰς εἰρεσίαν ἐθραύοντο: καὶ δελφῖνες πηδῶντες ταῖς οὐραῖς παίοντες τὰς ναῦς ἐξ ἁλὸς ἔλυον τὰ γομφώματα· ἠκούετό τις καὶ ὑπὲρ τῆς ὀρθίου πέτρας τῆς ὑπὸ τὴν ἄκραν, σύριγγος ἦχος: ἀλλὰ οὐκ ἔτερπεν ὡς σύριγξ: ἐφόβει δὲ τοὺς ἀκούοντας ὡς σάλπιγξ. Ἐταράττοντο οὖν, καὶ ἐπὶ τὰ ὅπλα ἔθεον, καὶ πολεμίους ἐκάλουν τοὺς οὐ βλεπομένους: ὥστε πάλιν εὔχοντο νύκτα ἐπελθεῖν ὡς τευξόμενοι σπονδῶν ἐν αὐτῇ. Συνετὰ μὲν οὖν πᾶσιν ἦν τὰ γινόμενα τοῖς φρονοῦσιν ὀρθῶς, ὅτι ἐκ Πανὸς ἦν τὰ φαντάσματα καὶ ἀκούσματα μηνίοντός τι τοῖς ναύταις: οὐκ εἶχον δὲ τὴν αἰτίαν συμβαλεῖν, (οὐδὲν γὰρ ἱερὸν σεσύλητο Πανὸς) ἔς τε ἀμφὶ μέσην ἡμέραν ἐς ὕπνον οὐκ ἀθεεὶ τοῦ στρατηγοῦ καταπεσόντος, αὐτὸς

bebant: Arietes & oves Chloës, luporum ululatum ululabant. Ipſamet viſa eſt pineâ redimita fronde: Multa & mari in ipſo fiebant mirabilia: Anchoræ enim, quantumvis tollere conantibus, in profundo manebant: Remi eorum qui ſe ad remigationem demittebant, frangebantur: Delphines ſalientes, ferienteſque è mari ſuis naves caudis, compages ſolvebant. Audiebatur & petræ ſuper cacumine arduæ, ſonus quidam fiſtulæ, non autem oblectabat, ut fiſtula: verum audientibus terrorem tubæ inſtar, incutiebat. Quare perculſi, ad arma concurrebant, atque quos non videbant, hoſtes vocabant: qua de cauſa noctem redire optant, velutiejus beneficio inducias nacturi. Omnibus quidem, quibus mens non erat læva, conſtabat à Pane eſſe hæcce terriculamenta, auditionesque, hiſce ſuccenſente nauticis: conjicere verò cauſam nequibant (quippe nullum Panis templum direptum fuerat) donec circa meridiem belli præfecto, non ſine numine Divum, in ſomnum effuſo, ipſe-

ὁ Πὰν ὤφθη τοιάδε λέγων. Ὦ πάντων ἀνοσιώτατοι καὶ ἀσεβέστατοι. Τί ταῦτα μαινομέναις φρεσὶν ἐτολμήσατε, πολέμου μὲν τὴν ἀγροικίαν ἐνεπλήσατε τὴν ἐμοὶ φίλην, ἀγέλας δὲ βοῶν καὶ αἰγῶν ποίμνας ἀπηλάσατε τὰς ἐμοὶ μελομένας: ἀπεσπάσατε δὲ βωμῶν παρθένον, ἐξ ἧς ἔρως μῦθον ποιῆσαι θέλει, οὔτε τὰς νύμφας ἠδέσθητε βλεπούσας, οὔτε τὸν Πᾶνα ἐμέ. Οὔτε οὖν Μήθυμναν ὄψεσθε μετὰ τοιούτων λαφύρων πλέοντες, οὔτε τήνδε φεύξεσθε τὴν σύριγγα τὴν ὑμᾶς ταράξασαν: ἀλλὰ βορὰν ἰχθύων θήσω καταδύσας, εἰμὴ τὴν ταχίστην καὶ Χλόην ταῖς νύμφαις ἀποδώσεις, καὶ τὰς ἀγέλας Χλόης καὶ τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα. Ἀνίστω δὴ καὶ ἐκβίβαζε τὴν κόρην μεθ᾽ ὧν εἶπον. Ἡγήσομαι δὲ ἐγὼ καί σοι τοῦ πλοῦ, κἀκείνῃ τῆς ὁδοῦ. Πάνυ οὖν τεθορυβημένος ὁ Βρύαξις (τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο ὁ στρατηγὸς) ἀναπηδᾷ, καὶ τῶν νεῶν καλέσας τοὺς ἡγεμόνας, ἐκέλευσε τὴν ταχίστην ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ἀναζητεῖσθαι Χλόην· οἱ δὲ ταχέως καὶ ἀνεῦρον, καὶ εἰς

ipſemet Pan talia dicere viſus fuit. Vos omnium, qui vivunt, ſceleſtiſſimi, atque impiiſſimi, Quid tanto furore perciti, auſi eſtis agrum hunc mihi carum, infeſtare bello? boum armenta, ac caprarum greges, qui mihi ſunt curæ, abigere? Aris virginem avulſiſtis, de qua vult fabulam componere Cupido: qui nequidem hæc aſpicientes Nymphas, vel me Pana reveriti eſtis. Qua propter neque cum ejuſmodi navigantes ſpoliis unquam Methymnam videbitis, neque hanc ipſam quæ vos terruit, fiſtulam effugietis: ſed vos undis obrutos dabo piſcibus eſcam, niſi quam ocyſſimè his Nymphis Chloën, in ſuper hos greges Chloës, & capras, & oves reddideris. Surgito, & navi puellam unâ cum quibus dixi, educito. Tibi me curſus tui ducem, illi me viæ præbebo. Hiſce omninò conſternatus Bryaxis (illud enim nomen Duci erat) è ſtrato proripuit, naviumque convocatis præfectis, inter captivos quam citiſſimè requiri Chloën juſſit, qui ilico illam invenerunt: inque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ὀφθαλμοὺς ἐκόμισαν· ἐκαθέζετο γὰρ τῆς πίτυος ἐστεφανωμένη. Σύμβολον δὴ καὶ τοῦτο τῆς ἐν τοῖς ὀνείροις ὄψεως ποιούμενος, ἐπ' αὐτῆς ναυαρχίδος εἰς τὴν γῆν αὐτὴν κομίζει. Κἀκείνη δὲ ἄρτι ἀποβεβήκει, καὶ σύριγγος ἦχος ἀκούεται πάλιν ἐκ τῆς πέτρας, οὐκέτι πολεμικὸς καὶ φοβερὸς, ἀλλὰ ποιμενικὸς, καὶ οἷος εἰς νομὴν ἡγεῖται ποιμνίων. Καὶ τά τε πρόβατα κατὰ τῆς ἀποβάθρας ἐξέτρεχεν, οὐκ ἐξολισθαίνοντα τοῖς κέρασι τῶν χηλῶν· καὶ αἱ αἶγες πολὺ θρασύτερον, οἷα καὶ κρημνοβατεῖν εἰθισμέναι. Καὶ ταῦτα μὲν περιΐσταται κύκλῳ τὴν Χλόην ὥσπερ χορὸς σκιρτῶντα, καὶ βληχώμενα καὶ ὅμοια χαίρουσιν. Αἱ δὲ τῶν ἄλλων αἰπόλων αἶγες, καὶ τὰ πρόβατα, καὶ τὰ βουκόλια κατὰ χώραν ἔμενεν ἐν κοίλῃ νηῒ, καθάπερ αὐτὰ τοῦ μέλους μὴ ἐκκαλοῦντος. Θαύματι πάντων ἐνεχομένων καὶ τὸν Πᾶνα ἀνευφημούντων, ὤφθη τούτων ἐν τοῖς στοιχείοις ἀμφοτέροις θαυμασιώτερα. Τῶν μὲν Μηθυμναίων πρὶν ἀνασπάσαι τὰς ἀγκύρας, ἔπλεον αἱ νῆες·

inque conſpectum ejus adduxerunt: quippe ſedebat pineâ cinctafronde. Ille vero hoc ipſum pro indicio & argumento habens ejus, quod in ſomnis viderat, ad terram illam prætoriâ vehit navi. Vix illa è mari in terram deſcenderat, cum iterum è petra ſonus tibiæ audiretur, non amplius ille hoſticus & terribilis, ſed paſtoralis, & qualis in paſcua adducit greges. Oves etiam per ſcalam navalem excurrere inoffenſis pedum ungulis: at capræ longè majori cum confidentiâ, utpote loca præcipitia, prærupta que frequentare aſſuetæ. Deinde illæ Chloën tanquam chorus, ſuo laſcivientes ſaltu, edenteſque balatum, veluti ſuum teſtantes gaudium, undique circumſtant. Verum aliorum paſtorum capræ oveſque, nec non armenta, tanquam illa non evocante cantu, in ventre navis ſuo manſere loco. Obſtupeſcentibus omnibus, laudibuſque Pana extollentibus, viſa ſunt utriſque in elementis, ſuperioribus illis mirabiliora. Methymnæorum naves antequam ancoras ſuſtuliſſent, navigabant: &

καὶ τῆς ναυαρχίδος ἡγεῖτο δελφὶν πηδῶν ἐξ ἁλός· τῶν δὲ αἰγῶν καὶ τῶν προβάτων, ἡγεῖτο σύριγγος ἦχος ἥδιστος, καὶ τὸν συρίττοντα ἔβλεπεν οὐδείς: ὥστε τὰ ποίμνια καὶ αἱ αἶγες προῄεσαν ἅμα καὶ ἐνέμοντο τερπόμεναι τῷ μέλει. Δευτέρας που νομῆς καιρὸς ἦν, καὶ ὁ Δάφνις ἀπὸ σκοπῆς τινος μετεώρου θεασάμενος τὰς ἀγέλας καὶ τὴν Χλόην, μέγα βοήσας ὦ νύμφαι καὶ Πάν, κατέδραμεν εἰς τὸ πεδίον: καὶ περιπλακεὶς τῇ Χλόῃ καὶ λειποθυμήσας κατέπεσε, μόλις δὲ ἔμβιος ὑπὸ τῆς Χλόης φιλούσης καὶ ταῖς περιβολαῖς θαλπούσης γενόμενος, ἐπὶ τὴν συνήθη φηγὸν ἔρχεται: καὶ ὑπὸ τῷ στελέχει καθίσας ἐπυνθάνετο πῶς ἀπέδρα τοσούτους πολεμίους. Ἡ δὲ αὐτῷ κατέλεξε πάντα. Τὸν τῶν αἰγῶν κιττὸν· τὸν τῶν προβάτων ὠρυγμόν· τὴν ἐπανθήσασαν τῇ κεφαλῇ πίτυν· τὸ ἐν τῇ γῇ πῦρ· τὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ κτύπον· τὰ συρίσματα ἀμφότερα: τὸ πολεμικὸν καὶ τὸ εἰρηνικόν· τὴν νύκτα τὴν φοβεράν· ὅπως αὐτῇ τὴν ὁδὸν ἀγνοούσῃ

& Delphin mari exiliendo prætoriam ducebat navim : Fiſtulæ ſonus ſuaviſſimus capras oveſque agebat, nemine fiſtula canentem vidente : quare oviculæ, capellæque depaſcendo herbas, progrediebantur, demulſæ modulamine cantus. Secundâ jam vice Daphnis aliquò pabulatum gregem eduxerat, cum ab editâ quadam ſpeculâ proſpectis gregibus, atque Chloë, magnum clamans, ô Nymphæ atque Pan! decurrit in campum, complexuſque Chloën, exanimatus collabitur. Ille autem ægrè, Chloë baſiante, ſuoque eum amplexu fovente, tandem reviviſcens conſvetam ad fagum pervenit, ſedenſque ſuper trunco, percontabatur, quomodo tam multos effugiſſet hoſtes. Illa cuncta illi ordine enarravit : videlicet, caprarum hederam : ovium ululatum : efflorefcentem in capite pinum : flammam in terra : ſtrepitum illum in mari : geminos tibiarum cantus, bellicum atque pacificum : noctem illam horribilem : quomodo ſibi itineris ignaræ viam

καθηγήσατο τῆς ὁδοῦ μουσική. Γνωρίσας οὖν ὁ Δάφνις τὰ τῶν νυμφῶν ὀνείρατα, καὶ τὰ τοῦ Πανὸς ἔργα, διηγεῖται καὶ αὐτὸς ὅσα εἶδεν· ὅσα ἤκουσεν· ὅτι μέλλων ἀποθνήσκειν διὰ τὰς νύμφας ἔζησε. Καὶ τὴν μὲν ἀποπέμπει κομίζουσαν τοὺς ἀμφὶ τὸν Δρύαντα καὶ Λάμωνα, καὶ ὅσα πρέποντα θυσίᾳ: αὐτὸς δὲ ἐν τούτῳ τῶν αἰγῶν τὴν ἀρίστην συλλαβὼν, καὶ κιττῷ στεφανώσας, ὥσπερ ὤφθησαν τοῖς πολεμίοις, καὶ γάλα τῶν κεράτων κατασπείσας, ἔθυσέ τε ταῖς νύμφαις, καὶ κρεμάσας ἀπέδειρε, καὶ τὸ δέρμα ἀνέθηκεν. Ἤδη δὲ παρόντων τῶν ἀμφὶ τὴν Χλόην, πῦρ ἀνακαύσας, καὶ τὰ μὲν ἑψήσας τῶν κρεῶν, τὰ δὲ ὀπτήσας, ἀπήρξατό τε ταῖς νύμφαις, καὶ κρατῆρα ἀπέσπεισε μεστὸν γλεύκους: καὶ ἐκ φυλλάδος στιβάδας ὑποσωρεύσας, ἐντεῦθεν ἐν τροφῇ ἦν καὶ ποτῷ καὶ παιδιᾷ: καὶ ἅμα τὰς ἀγέλας ἐπεσκόπει, μὴ λύκος ἐμπεσὼν ἔργα ποιήσει πολεμίων. ᾖσάν τινας καὶ ᾠδὰς εἰς τὰς νύμφας παλαιῶν ποιμένων ποιήματα. Νυκτὸς δὲ ἐπελθούσης, αὐτοὶ κοιμηθέντες ἐν τῷ ἀγρῷ, τῆς ἐπιούσης

monſtraſſet cantus ille. Agnitis igitur Daphnis in ſomniis ſibi viſis Nymphis, actiſque Panis, ipſemet etiam exponit, ſibi viſa, auditaque: nempe ſemet in mortis vicinia conſtitutum, Nympharum beneficio vitam ducere: & cum dicto ablegat hanc adductum Dryantem ac Lamonem, nec non allatum quæcunque ſacris faciendis opus forent. Ipſe interea optimam è capris correptam, hederaque coronatam, quales hoſtibus ante viſæ fuerant, lacte cornua perfuſo, Nymphis ſacrificavit, ſuſpenſam excoriavit, pellemque dicavit. Præſente Chloë, atque jam ejus comitatu, foco accenſo, carnibuſque quâ elixis, quâ aſſis, libamenta Nymphis fecit, ſumptoque cratere pleno muſto, libavit. Mox toris è fronde ſibi ſubſtratis, cibo, potui, luſibus jociſque vacabat, una gerens curam, ne quis lupus in greges irruens perpetret hoſtilia. Canebant & hymnos quoſdam, veterum paſtorum, in Nympharum honorem poëmata. Nocte appetente, ibidem in agro pernoctantes, die ſequenti Panis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

τοῦ Πανὸς ἐμνημόνευον· καὶ τὸν τράγον τὸν ἀγελάρχην στεφανώσαντες πίτυος, προσήγαγον τῇ πίτυϊ· καὶ ἐπισπείσαντες οἴνου, καὶ εὐφημοῦντες τὸν θεὸν, ἔθυσαν, ἐκρέμασαν, ἀπέδειραν· καὶ τὰ μὲν κρέα ὀπτήσαντες καὶ ἑψήσαντες πλησίον ἔθηκαν ἐν τῷ λειμῶνι, ἐν τοῖς φύλλοις. Τὸ δὲ δέρμα κέρασιν αὐτοῖς ἐνέπηξαν τῇ πίτυϊ πρὸς τῷ ἀγάλματι, ποιμενικὸν ἀνάθημα, ποιμενικῷ θεῷ. ἀπήρξαντο καὶ τῶν κρεῶν· ἀπέσπεισαν καὶ κρατῆρος μείζονος· ᾖσεν ἡ Χλόη, Δάφνις ἐσύρισεν· ἐπὶ τούτοις κατακλιθέντες, ἤσθιον· καὶ αὐτοῖς ἐφίσταται ὁ Φιλητᾶς βουκόλος κατὰ τύχην, στεφανίσκους τινὰς τῷ Πανὶ κομίζων, καὶ βότρυς ἔτι ἐν φύλλοις καὶ κλήμασι· καὶ τῶν παίδων ὁ νεώτατος εἵπετο Τίτυρος, πυῤῥὸν παιδίον, καὶ γλαυκὸν, λευκὸν παιδίον, καὶ ἀγέρωχον· καὶ ἥλλετο κοῦφα βαδίζων ὥσπερ ἔριφος. Ἀναπηδήσαντες οὖν συνεστεφάνουν τὸν πᾶνα, καὶ τὰ κλήματα τῆς κόμης τῆς πίτυος ἐξήρτων· καὶ κατακλίναντες πλησίον αὐτῶν, πότου ἐποιοῦντο.

nis meminerunt: Hircumque, illum gregis ducem, corona redimitum pinea, ad pinum illam adduxerunt, quem, vino libato, laudibuſque celebrato Deo, immolarunt, ſuſpenderunt, excoriarunt: carnes verò, tam aſſas, quam elixas frondibus impoſitas in prato appoſuerunt. Pellem unà cum cornibus Pinui juxta Panis ſtatuam affixerunt, donum paſtorale, paſtoritio dicatum Deo, offerentes carnium primitias, largiuſque libantes vinum. Voce cantavit Chloë, fiſtula cecinit Daphnis. Illis interea diſcumbentibus, atque veſcentibus, forte fortuna bubulcus Philetas ſupervenit, non nullas Pani afferens corollas, atque uvas unâ cum fronde palmitibuſque, quem natorum natu minimus ſequebatur Tityrus, puer crine ruber, cæſiis oculis, candidus colore, ſaltans leviter, incedenſque ut hædus. Illi ſaltantes coronabant unâ Pana, palmiteſque de fronde Pini ſuſpendebant, atque propè illos ſeſe reclinantes, compotabant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Καὶ οἷον δὴ γέροντες ὑποβεβρεγμένοι, πρὸς ἀλλήλους πολλὰ ἔλεγον. ὡς ἔνεμον ἡνίκα ἦσαν νέοι· ὡς πολλὰς λῃστῶν καταδρομὰς διέφυγον· ἐσεμνύνετό τις, ὡς λύκον ἀποκτείνας· ἄλλος, ὡς μόνου τοῦ Πανὸς δεύτερα συρίσας· τοῦτο τοῦ Φιλητᾶ τὸ σεμνολόγημα ἦν. Ὁ οὖν Δάφνις καὶ ἡ Χλόη πάσας δεήσεις προσέφερον μεταδοῦναι καὶ αὐτοῖς τῆς τέχνης, συρίσαι τε ἐν ἑορτῇ θεοῦ σύριγγι χαίροντος: ἐπαγγέλλεται Φιλητᾶς, καίτοι τὸ γῆρας ὡς ἄπνουν μεμψάμενος, καὶ ἔλαβε σύριγγα τὴν τοῦ Δάφνιδος. Ἡ δὲ ἦν μικρὰ πρὸς μεγάλην τέχνην, οἷα ἐν στόματι παιδὸς ἐμπνεομένη. πέμπει οὖν Τίτυρον ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ σύριγγα, τῆς ἐπαύλεως ἀπεχούσης σταδίους δέκα. Ὁ μὲν ῥίψας τὸ ἐγκόμβωμα, γυμνὸς ὥρμησε τρέχειν ὥσπερ νεβρός. Ὁ δὲ Λάμων ἐπηγγείλατο τὸν περὶ τῆς σύριγγος ἀφηγήσασθαι μῦθον, ὃν αὐτῷ Σικελὸς ᾖσεν ἐπὶ μισθῷ τράγῳ καὶ σύριγγι. Αὐτὴ ἡ σύριγξ τὸ ὄργανον οὐκ ἦν ὄργανον, ἀλλὰ παρθένος καλὴ, καὶ

Et, ut moris eſt ſenibus, leviter ſaltem rore Bacchi aſpetſis, inter ſe prolixè diſſerebant: videlicet quomodo circa juventutis ſuæ annos pecus paviſſent: quam multas prædonum invaſiones effugiſſent: Quidam ſe lupum interfeciſſe gloriabatur: Alius ſe canendo tibia Pani duntaxat eſſe ſecundum: Hoc ipſum jactabat Philetas. Daphnis itaque atque Chloë omnes adhibebant preces, ut & ipſi participes hujus reddantur artis, quo & ipſimet canant feſto ſacro Deo, fiſtulâ gaudenti. Philetas, tametſi ſenectâ incuſatâ veluti flatu deſtitutâ, promittit, & ſumpſit fiſtulam, quæ erat Daphnidis. Erat hæc puſilla, & minor quam pro artis tantæ modo, utpote quæ pueri ore inflari ſolet: mittit igitur ſuam allatum fiſtulam Tityrum, diſtante illinc caſâ decem ſtadia, qui ſua abjectâ penula nudus inſtar hinnuli, ferebatur curſu. Lamon pollicebatur, ſe recitaturum fabulam de Syringe, quam ipſi Siculus cecinerat, mercede, hirco atque fiſtula, propoſita. Ipſa illa Syrinx, quod inſtrumentum jam, inſtrumentũ ante non erat, ſed formoſa virgo, voceque modu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

τὴν φωνὴν μουσική. αἶγας ἔνεμεν. νύμφαις συνέπαιζεν· ᾖδεν οἷον νῦν. Πὰν, ταύτης νεμούσης, παιζούσης, ᾀδούσης, προσελθὼν, ἔπειθεν ἐς ὅ, τι ἔχρηζε· καὶ ἐπηγγέλλετο τὰς αἶγας πάσας θήσειν διδυμοτόκους. ἡ δὲ ἐγέλα τὸν ἔρωτα αὐτοῦ, οὐδὲ ἐραστὴν ἔφη δέξασθαι μήτε τράγον μήτε ἄνθρωπον ὁλόκληρον. Ὁρμᾷ διώκειν ὁ πὰν ἐς βίαν· ἡ Σύριγξ ἔφυγε καὶ τὸν πᾶνα καὶ τὴν βίαν· φυγοῦσα, κάμνουσα ἐς δόνακας κρύπτεται, εἰς ἕλος ἀφανίζεται· πὰν, τοὺς δόνακας ὀργῇ τεμὼν, τὴν κόρην οὐχ εὑρὼν, τὸ πάθος μαθὼν, τὸ ὄργανον νοεῖ, καὶ τοὺς καλάμους κηρῷ συνδήσας ἀνίσους, καθ᾽ ὅτι καὶ ὁ ἔρως ἄνισος αὐτοῖς· καὶ ἡ τότε παρθένος καλὴ, νῦν ἐστι σύριγξ μουσική. Ἄρτι πέπαυτο τοῦ μυθολογήματος ὁ Λάμων, καὶ ἐπῄνει Φιλητᾶς αὐτὸν, ὡς εἰπόντα μῦθον ᾠδῆς γλυκύτερον. καὶ ὁ Τίτυρος ἐφίσταται τὴν σύριγγα τῷ πατρὶ κομίζων, μέγα ὄργανον, καὶ αὐλῶν μεγάλων· καὶ ἵνα κεκήρωτο, τῷ χαλ-

dulandi perita: capras paſcebat: cum Nymphis colludebat: canebat haud aliter quam nunc; Pan ad illam paſcentem, ludentem, canentem accedens, perſuadere moliebatur, ad quod haberet opus, promittens ſe facturum, ut omnes capræ geminos partu ederent fœtus. Illa ludibrio illius habebat amores, negans ſe unquam admiſiſſe amatorem caprum, vel etiam hominem integrum; in animum inducit Pan, quo vim illi inferat, perſequi: Syrinx fugiebat, & Pana, & vim; Atque tandem fugiendo delaſſata arundinibus abſconditur, inque palude è conſpectu aufertur. Præ ira calamis præciſis Pan, puellâ non inventâ, ſuo verò intellecto malo, inſtrumentum animo ſuo concipit, diſpares cera conjungendo calamos, ad teſtandum illis diſparem fuiſſe amorem: & quæ tunc temporis formoſa fuit virgo, nunc eſt fiſtula canora. Commodum finierat fabuloſam illam narrationem, cum Philetas illum, tanquam cantu ſuaviori enarrata fabula, laudabat: Adeſt & Tityrus fiſtulam parenti apportans, ingens inſtrumentum, magniſque conſertam tibiis, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

κῷ πεποίκιλτο. Εἴκασεν ἄν τις εἶναι ταύτην ἐκείνην, ἣν ὁ Πὰν πρῶτον ἐπήξατο. Διεγερθεὶς οὖν ὁ Φιλητᾶς, καὶ καθίσας ἐν καθέδρα ὄρθιον, πρῶτον μὲν ἀπεπειράθη τῶν καλάμων εἰ εὔπνοοι, ἔπειτα μαθὼν, ὡς ἀκώλυτον διατρέχει τὸ πνεῦμα, ἐνέπνει τὸ ἐντεῦθεν πολὺ καὶ νεανικὸν, αὐλῶν ἄν τις ᾠήθη συναυλούντων ἀκούειν, τοσοῦτον ἤχει τὸ σύριγμα. Κατ' ὀλίγον δὲ τῆς βίας ἀφαιρῶν, εἰς τὸ τερπνότερον μετέβαλλε τὸ μέλος. Καὶ πᾶσαν τέχνην ἐπιδεικνύμενος εὐνομίας μουσικῆς, ἐσύριττεν ὅσον βοῶν ἀγέλῃ πρέπον· οἷον αἰπολίῳ πρόσφορον· οἷον ποίμναις φίλον. Τερπνὸν ἦν τὸ ποιμενικόν: μέγα τὸ βοῶν· ὀξὺ τὸ αἰγῶν· ὅλως πάσας σύριγγας μία σύριγξ ἐμιμήσατο. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι σιωπῇ κατέκειντο τερπόμενοι: Δρύας δὲ ἀναστὰς καὶ κελεύσας συρίζειν διονυσιακὸν μέλος, ἐπιλήνιον αὐτοῖς ὄρχησιν ὠρχήσατο: καὶ ἐῴκει ποτὲ μὲν τρυγῶντι· ποτὲ δὲ φέροντι ἀρρίχους· εἶτα πατοῦντι τοὺς βότρυς· εἶτα πλη-

& quâ cera vinciebatur, ære variegata erat. Tandem illam fiſtulam eſſe putaſſes, quam Pan primum compegerat. Philetas igitur erectus, eademque in ſedile arrectâ collocatâ, prius exploravit calamos, num eſſent perflatiles: deinde intellecto, ſpiritum ſine impedimento permeare, vehementer & ſtrenue deinceps inflabat: adeo ut quis putaſſet ſe tibiarum audire concentum, tantum edebat ſonum. At paulatim illam vehementiam imminuendo jucundiorem in concentum cantum illum commutavit, & totius artis legitimum in muſica ſpecimen edens, canebat quatenus armento quadraret boum: quatens caprarum gregi conveniret: quale gregibus eſſet gratum. Gratus erat cantus Paſtoritius: magnus boum: caparum acutus: in ſumma, una fiſtula omnes æmulabatur tibias. Cæteri igitur jacebant ſemet oblectantes audiendo: At Dryas ſurgens, canereque jubens cantilenam Dionyſiacam, ſaltavit illis tripudium epilenium, nunc referens vindemiantem, modo cophinos ferentem, deinde uvas calcantem, tum vaſa implentem, deni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ῥεῦντι τοὺς πίθους· εἶτα πίνοντι τοῦ γλεύκους. Ταῦτα πάντα οὕτως εὐσχημόνως ὠρχήσατο Δρύας καὶ ἐναργῶς, ὥστε ἐδόκουν βλέπειν καὶ τὰς ἀμπέλους, καὶ τὴν ληνὸν, καὶ τοὺς πίθους, καὶ ἀληθῶς Δρύαντα πίνοντα. Τρίτος δὴ γέρων οὗτος εὐδοκιμήσας ἐπ' ὀρχήσει, φιλεῖ Χλόην καὶ Δάφνιν· οἱ δὲ μάλα ταχέως ἀναστάντες, ὠρχήσαντο τὸν μῦθον τοῦ Λάμωνος· ὁ Δάφνις Πᾶνα ἐμιμεῖτο, τὴν Σύριγγα Χλόη· ὁ μὲν ἱκέτευε πείθων: ἡ δὲ ἀμελοῦσα ἐμειδία· ὁ μὲν ἐδίωκε, καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀνύχων ἔτρεχε τὰς χηλὰς μιμούμενος: ἡ δὲ ἐνέφαινε τὴν κάμνουσαν ἐν τῇ φυγῇ· ἔπειτα Χλόη μὲν εἰς τὴν ὕλην ὡς εἰς ἕλος κρύπτεται: Δάφνις δὲ λαβὼν τὴν Φιλητᾶ σύριγγα τὴν μεγάλην, ἐσύρισε γοερὸν ὡς ἐρῶν· ἐρωτικὸν ὡς πείθων· ἀνακλητικὸν ὡς ἐπιζητῶν: ὥστε Φιλητᾶς θαυμάσας, φιλεῖ τε ἀναπηδήσας, καὶ τὴν σύριγγα χαρίζεται φιλήσας: καὶ εὔχεται καὶ Δάφνιν καταλιπεῖν αὐτὴν ὁμοίῳ διαδόχῳ. Ὁ δὲ τὴν ἰδίαν ἀναθεὶς τῷ Πανὶ τὴν σμικρὰν,

denique bibentem muſtum. Quæ omnia ita decenter atque perſpicuè ſaltavit Dryas, ut ſibi videre viderentur & vites, & prælum, & dolia, & reapſe bibentem Dryantem. Ordine tertius hic ſenex magnam ſaltando aſſecutus laudem, Chloën atque Daphnidem oſculatur, qui nullâ interpoſitâ morâ, ſurgentes, fabulam Lamonis ſaltant. Daphnis agebat Pana, Chloë Syringem: ille ſuadendo, ſupplicabat: Hæcce contemnendo, ſubridebat. Ille biſulcas imitatus ungulas ſummis pedum unguibus currebat: Hæcce referebat illam fuga fatigatam: Deinde Chloë ſylva quadam non aliter quam palude abſconditur. Mox Daphnis, magnâ illâ Philetæ acceptâ fiſtulâ, flebilem, ut amans edebat cantum, amatorium, veluti ad amorem illiciens: revocatorium inſtar requirentis. Quamobrem Philetas illum admiratus, exultanſque oſculatur, oſculoque fixo dono dat fiſtulam, precatus, ut Daphnis eandem ſimili relinquat ſucceſſori. Ille vero, puſillâ ſuâ ipſius, conſecratâ Pani,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

καὶ φιλήσας ὡς ἐκ φυγῆς ἀληθινῆς εὑρεθεῖσαν τὴν Χλόην, ἀπήλαυνε τὴν ἀγέλην συρίζων. Νυκτὸς ἤδη γεγενημένης, ἀπήλαυνε καὶ ἡ Χλόη τὴν ποίμνην τῷ μέλει τῆς σύριγγος συνάγουσα· καὶ αἵ τε αἶγες πλησίον τῶν προβάτων ἤεσαν, ὅτε Δάφνις ἐβάδιζεν ἐγγὺς τῆς Χλόης· ὥστε ἐνέπλησαν ἕως νυκτὸς ἀλλήλους, καὶ συνέθεντο θᾶττον τὰς ἀγέλας τῆς ἐπιούσης καταλάσαι· καὶ οὕτως ἐποίησαν. Ἄρτι γοῦν ἀρχομένης ἡμέρας, ἦλθον εἰς τὴν νομήν· καὶ τὰς νύμφας προτέρας, εἶτα τὸν Πᾶνα προσαγορεύσαντες τὸ ἐντεῦθεν ὑπὸ τῇ δρυῒ καθεσθέντες, ἐσύριττον· εἶτα ἀλλήλους ἐφίλουν, περιέβαλλον, κατεκλίνοντο· καὶ οὐδὲν δράσαντες πλέον, ἀνίσταντο. Ἐμέλησεν αὐτοῖς καὶ τροφῆς· καὶ ἔπιον οἶνον μίξαντες γάλα. Καὶ τούτοις ἅπασι θερμότεροι γενόμενοι καὶ θρασύτεροι, πρὸς ἀλλήλους ἤριζον ἔριν ἐρωτικήν· καὶ κατ' ὀλίγον εἰς ὅρκων πίστιν προῆλθον. Ὁ μὲν δὴ Δάφνις τὸν Πᾶνα ὤμοσεν ἐλθὼν ἐπὶ τὴν πίτυν, μὴ ζήσεσθαι μόνος ἄνευ Χλόης μηδεμιᾶς χρό-

Pani, datoque oſculo Chloæ tanquam veram poſt fugam, poſtliminio receptæ, gregem fiſtula canendo abigebat. Oborta jam nocte, etiam Chloë ſuum agebat gregem, fiſtulæ modulatione congregando: & jam capræ appropinquaverant ovibus, cum Daphnis prope Chloën incedebat: quare ſemet in noctē uſque multis verbis ultrò citròque habitis, explevere, & conſtituerunt ſequenti die maturius educere greges: atque ita fecerunt. Illuceſcente enim die, in paſcua venerunt: ſed prius Nymphis, & deinde Pane ſalutatis. Hinc ſub pinu ſedentes, fiſtula modulabantur carmen; ſibique mutuo oſcula figentes, amplexanteſque decumbebant: at nihil ultra moliti ſurrexerunt. Fuit etiam curæ alimentum illis, dilutum lacte bibentibus vinum: quibus omnibus calidiores audacioreſque redditi, amantium more inter ſe contendebant, & ſenſim ad fidem juramento ſtabiliendam procedebant. Ad Pinum progreſſus Daphnis, Pana juravit ſibi deſtituto Chloë nequidem unius diei tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

νον ἡμέρας· ἡ δὲ Χλόη Δάφνιδι τὰς νύμφας, εἰσελθοῦσα εἰς τὸ ἄντρον, ἦ τὸν αὐτὸν ἕξειν θάνατον καὶ βίον. Τοσοῦτον δὲ ἄρα τῇ Χλόῃ τὸ ἀφελὲς ἦν ὡς κόρῃ, ὥστε ἐξιοῦσα τοῦ ἄντρου, καὶ δεύτερον ἠξίου λαβεῖν ὅρκον παρ᾽ αὐτοῦ, ὦ Δάφνι, λέγουσα, θεὸς ὁ πὰν ἐρωτικός ἐστι καὶ ἄπιστος· ἠράσθη μὲν πίτυος, ἠράσθη δὲ Σύριγγος. παύεται δὲ οὐδέποτε δρυάσιν ἐνοχλῶν, καὶ ἐπιμηλίσι νύμφαις πράγματα παρέχων. ὁ μὲν οὖν ἀμεληθεὶς ἐν τοῖς ὅρκοις ἀμελήσει σε κολάσαι, κἂν ἐπὶ πλείονας ἔλθῃς γυναῖκας τῶν ἐν τῇ σύριγγι καλάμων· σὺ δέ μοι τὸ αἰπόλιον τοῦτο ὄμοσον καὶ τὴν αἶγα ἐκείνην ἥ σε ἀνέθρεψε, μὴ καταλιπεῖν Χλόην, ἕως ἂν πιστή σοι μένῃ· ἀδικοῦσαν δὲ εἰς σὲ καὶ τὰς νύμφας γενομένην, καὶ φεῦγε καὶ μίσει, καὶ ἀπόκτεινον ὥσπερ λύκον. Ἥδετο ὁ Δάφνις ἀπιστούμενος· καὶ στὰς εἰς μέσον τὸ αἰπόλιον, καὶ τῇ μὲν τῶν χειρῶν αἰγὸς, τῇ δὲ τρά-

tempore vitam vitalem fore: Chloë verò antrum ingreſſa per Nymphas Daphnidi jurat, eâdem ſe morte, vitâque defuncturam. Tanta profecto tenebat ſimplicitas Chloën, utpote puellulam, ut antrum egreſſa, alterum jusjurandum ab illo exigere etiam vellet, Daphni, inquiens: Pan in amores propenſus, & perfidus Deus eſt: Amavit quippe Pinum, amavit & Syringem, nunquam deſinens moleſtus Dryadibus eſſe, & Epimelidibus faceſſere negotium Nymphis. Ipſemet itaque cum perjuria impunè tulerit, te plectere penſi nihil habebit, licet plures ad mulieres, quam ſint in fiſtula hac calami, acceſſeris. Tu autem mihi per caprarum hunc gregem, perque capram illam, quæ te educavit, jurato, te nullo unquam tempore deſerturum Chloën, uſque dum tibi fidem ſervaverit: In te autem, aut Nymphas impiam, fugito, odio inſectator, quin occidito tanquam lupum. Lætabatur ſibi derogata fide Daphnis; ſtanſque medio in caprarum grege, altera prehenſâ caprâ, alterâ manu hirco,

γου λαβόμενος, ὤμνυε Χλόην φιλῆσαι φιλοῦσαν· κἂν ἕτερον προκρίνῃ Δάφνιδος, ἀντ' ἐκείνης αὑτὸν ἀποκτενεῖν. Ἡ δὲ ἔχαιρε καὶ ἐπίστευεν ὡς κόρη καὶ νέμουσα, καὶ νομίζουσα τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα ποιμένων καὶ αἰπόλων ἰδίους θεούς.

τέλος τοῦ β.

jurabat ſe Chloën amantem amaturum, quod ſi alium Daphnidi prætulerit pro illa ipſum eſſe ſe occiſurum. Gaudebat, fidemque habebat utpote puella, oviumque magiſtra, rata capras & oves, Deos opilionum caprariorumque peculiares eſſe.

Finis libri ſecundi.

ΛΟΓ-

ΛΟΓΓΟΥ ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ, τῶν κατὰ ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ, ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Longi Paſtoralium, DE Daphnide & Chloë, *Liber Tertius.*

Μιτυληναῖοι δὲ ὡς ᾔσθοντο τὸν κατάπλουν τῶν δέκα νεῶν, καί τινες ἐμήνυσαν αὐτοῖς τὴν ἁρπαγὴν ἐλθόντες ἐκ τῶν ἀγρῶν, οὐκ ἀνασχετὸν νομίσαντες ταῦτα ἐκ Μηθυμναίων παθεῖν, ἔγνωσαν καὶ αὐτοὶ τὴν ταχίστην ἐπ' αὐτοὺς ὅπλα κινεῖν· καὶ καταλέξαντες ἀσπίδα τρι-

UT intellexerunt Mitylinæi, decem numero navium illam illuc appuliſſe claſſem, ejuſque populationis nonnulli advenientes rure indicium fecere, indignum rati hanc à Methymnæis illatam injuriam perpeti, quanta fieri poteſt celeritate maxima, adverſus illos arma movere decreverunt. Et conſcriptis tribus

χιλίων, καὶ ἵππων πεντακοσίων, ἐξέπεμψαν κατὰ γῆν τὸν στρατηγὸν Ἵππασον, ὀκνοῦντες ἐν ὥρᾳ χειμῶνος τὴν θάλασσαν. Ὁ δὲ ἐξορμηθεὶς, ἀγροὺς μὲν οὐκ ἐλεηλάτει τῶν Μηθυμναίων, οὐδὲ ἀγέλας καὶ κτήματα ἥρπαζε γεωργῶν καὶ ποιμένων, λῃστοῦ νομίζων ταῦτα ἔργα μᾶλλον, ἢ στρατηγοῦ: ταχὺ δὲ ἐπὶ τὴν πόλιν αὐτὴν ὡς ἐπιπεσούμενος ἀφρουρήτοις ταῖς πύλαις. Καὶ αὐτῷ σταδίους ὅσον ἑκατὸν ἀπέχοντι, κῆρυξ ἀπαντᾷ σπονδὰς κομίζων: οἱ γὰρ Μηθυμναῖοι μαθόντες παρὰ τῶν ἑαλωκότων, ὡς οὐδὲν ἴσασι Μιτυληναῖοι τῶν γεγενημένων, ἀλλὰ γεωργοὶ καὶ ποιμένες ὑβρίζοντες τοὺς νεανίσκους ἔδρασαν ταῦτα, μετεγίνωσκον μὲν ὀξύτερα τολμήσαντες εἰς γείτονα πόλιν, ἢ σωφρονέστερα: σπουδὴν δὲ εἶχον, ἀποδόντες πᾶσαν τὴν ἁρπαγὴν, ἀδεῶς ἐπιμίγνυσθαι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. Τὸν μὲν οὖν κήρυκα τοῖς Μιτυληναίοις ὁ Ἵππασος ἀποστέλλει, καίτοιγε αὐτοκράτωρ στρατηγὸς κεχειροτονημένος: αὐτὸς δὲ τῆς Μηθύμνης ὅσον ἀπὸ δέκα σταδίων στρα-

Clypeatorum millibus, equitibus quingentis, miſerunt terrâ ſuum imperatorem Hippaſum, mare tempore hiberno timentes. Hic expeditione ſuſcepta, non agros Methymnæorum depopulabatur, non greges aut bona diripiebat agricolarum & paſtorum, ratus latronis id potius, quam ducis eſſe exercitus: ad urbem feſtinat, veluti portas minus cuſtoditas invaſurus. Verum illi, cum centum circiter ſtadia abeſſet ab urbe, inducias offerens occurrit præco: Etenim Methymnæi, edocti à captivis, nihil quicquam horum, quæ perpetrata erant, conſtare Mitylinæis, ſed agricolas, paſtoreſque injurias juvenibus inferendo, illa comiſiſſe, animi ſententiam mutabant, utpote acriora quam prudentiora, hæc vicinam in civitatem auſi. Fœdus verò inibant, ut univerſa reſtitutâ rapinâ, tutò tam mari, quam terrâ commercia exercerentur. Præconē itaque ad Mitylenæos, quamvis imperator liberâ cū poteſtate creatus, ablegat. At ipſe decem circiter ſtadia urbe à Methymna caſtrametatus, man-

τὸ πεδον βαλλόμενος, τὰς ἐκ τῆς πόλεως ἐντολὰς ἀνέμενε. Καὶ δύο διαγενομένων ἡμερῶν, ἐλθὼν ὁ ἄγγελος, τήν τε ἁρπαγὴν ἐκέλευσε κομίσασθαι, καὶ μὴ ἀδικήσαντα ἀναχωρεῖν οἴκαδε: πολέμου γὰρ καὶ εἰρήνης ἐν αἱρέσει γενόμενοι, τὴν εἰρήνην εὕρισκον κερδαλεωτέραν. Ὁ μὲν δὴ Μηθυμναίων καὶ Μιτυληναίων πόλεμος ἀδόκητον λαβὼν ἀρχὴν καὶ τέλος, οὕτω διελύθη. Γίνεται δὲ χειμὼν Δάφνιδι καὶ Χλόῃ τοῦ πολέμου πικρότερος: ἐξαίφνης γὰρ πεσοῦσα χιὼν πολλὴ, πάσας μὲν ἀπέκλεισε τὰς ὁδοὺς: πάντας δὲ κατέκλεισε τοὺς γεωργούς. Λάβροι μὲν οἱ χείμαρροι κατέρρεον· ἐπεπήγει δὲ κρύσταλλος· τὰ δένδρα ἐώκει κατακλωμένοις· ἡ γῆ πᾶσα ἀφανὴς ἦν ὅτι μὴ περὶ πηγάς που καὶ ῥεύματα. οὔτ' οὖν ἀγέλην τις εἰς νομὴν ἦγε, οὔτε αὐτὸς προῄει τῶν θυρῶν: ἀλλὰ πῦρ καύσαντες μέγα περὶ ᾠδὰς ἀλεκτρυόνων, οἱ μὲν λίνον ἔστρεφον, οἱ δὲ αἰγῶν τρίχας ἔπλεκον, οἱ δὲ πάγας ὀρνίθων ἐσοφίζοντο. Τότε βοῶν ἐπὶ φάτναις φροντὶς ἦν

mandata ſuâ ab urbe expectabat. Biduo interjecto, nuncius adveniens, juſſit illum omnem recipere prædam, & ſine ullo maleficio domum reverti: Nam cum illorum eſſet arbitrii pacem eligere, aut bellum, pacem, utpote commodiorem obtinebant. Finem igitur hunc atque initium Methymnæorum, Mitylenæorumque præter opinionem bellum ſortitum, eo modo diſſolutum fuit. Verum hyems, Daphnidi atque Chloæ longè acerbior ipſo bello oritur: quippe nix denſa repente delapſa omnes interclusit vias, agricolaſque omnes incluſerat caſis. Rapidi ſiquidem defluebant torrentes: unda erat congelata: videbantur diſtortæ arbores: terra univerſa cooperta; quia neque juxta fontes uſpiam fluenta apparebant. Nemo itaque gregem pabulatum educebat, vel ipſe prodibat foras: ſed luculentis gallorum ad cantum accenſis focis, alii torquebant filum, alii caprinos texebant pilos, alii ingenioſè tendiculas conficiebant avium. Tunc boves curabant in præſepibus paleâ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ἄχυρον ἐθιόντων· αἰγῶν καὶ προβάτων ἐν τοῖς σηκοῖς φυλλάδας· ὑῶν ἐν τοῖς συφεοῖς ἄκυλον καὶ βαλάνους. Ἀναγκαίας οὖν οἰκουρίας ἐπεχούσης ἅπαντας, οἱ μὲν ἄλλοι γεωργοὶ καὶ νομεῖς ἔχαιρον, πόνων τε ἀπηλλαγμένοι πρὸς ὀλίγον, καὶ τροφὰς ἑωθινὰς ἐθίοντες, καὶ καθεύδοντες μακρὸν ὕπνον: ὥστε αὐτοῖς τὸν χειμῶνα δοκεῖν καὶ θέρους καὶ μετοπώρου καὶ ἦρος αὐτοῦ γλυκύτερον: Χλόη δὲ καὶ Δάφνις ἐν μνήμῃ γινόμενοι τῶν καταλειφθέντων τερπνῶν, ὡς ἐφίλουν· ὡς περιέβαλλον· ὡς ἅμα τὴν τροφὴν προσεφέροντο· νύκτας τε ἀγρύπνους διῆγον καὶ λυπηρὰς, καὶ τὴν εἰρήνης ὥραν ἀνέμενον ἐκ θανάτου παλιγγενεσίαν. Ἐλύπει δὲ αὐτοὺς ἡ πήρα τις ἐλθοῦσα εἰς χεῖρας; ἐξ ἧς ἤσθιον: ἢ γαυλὸς ὀφθεὶς, ἐξ οὗ συνέπιον: ἢ σῦριγξ ἀμελῶς ἐρριμμένη, δῶρον ἐρωτικὸν γεγενημένη. Εὔχοντο δὴ ταῖς νύμφαις καὶ τῷ πανὶ, καὶ τούτων αὐτοὺς ἐκλύσασθαι τῶν κακῶν, καὶ δεῖξαι ποτὲ αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀγέλαις ἥλιον: ἅμα τε εὐχό-

capras oveſque in caulis fronde, porcos in haris ilicis fructibuſque quercus veſcentes. Cum itaque rerum domeſticarum cura omnes domi detineret, reliquique agricolæ paſtoreſque hilares tranſigerent dies, & tempore laborum immunes exiguo, ſuum ſumerent jentaculum, dormirent longum ſomnum: adeò ut illis hyems illa, æſtate, autumno, & vere ipſo jucundior videretur: At Chloë Daphniſque in memoriam intermiſſarum voluptatum revocati, videlicet oſculorum amplexuumque, cibi menſæque communis, noctes inſomnes triſteſque, otiique hanc tempeſtatem tranſigebant, è morte rerum, expectantes renaſcentiam. Aut pera, ſi quæ in manus incidiſſet, ex quâ veſcebantur, aut gaulus conſpectus, ex quo una bibebant: aut fiſtula negligenter abjecta, amoris mutui teſſera, mœrore illos afficiebant. Nymphas Panaque precabantur, ut ipſos hiſce expedirent malis, ſibi gregibuſque ſolem tandem exhiberent, & una precando, quære-

μένοι τέχνην ἐζήτουν, δι' ἧς ἀλλήλους θεάσονται. Ἡ μὲν δὴ Χλόη δεινῶς ἄπορος ἦν καὶ ἀμήχανος, ἀεὶ γὰρ αὐτῇ συνῆν ἡ δοκοῦσα μήτηρ, ἔρια τε ξαίνειν διδάσκουσα, καὶ ἀτράκτους στρέφειν, καὶ γάμου μνημονεύουσα: ὁ δὲ Δάφνις οἷα σχολὴν ἄγων, καὶ συνετώτερος κόρης, τοιόνδε σόφισμα εὗρεν ἐς θέαν τῆς Χλόης. Πρὸ τῆς αὐλῆς τοῦ Δρύαντος ὑπ' αὐτῇ τῇ αὐλῇ, μυῤῥίναι μεγάλαι δύο, καὶ κιττὸς ἐπεφύκει· αἱ μυῤῥίναι πλησίον ἀλλήλων· ὁ κιττὸς δὲ ἀμφοτέρων μέσος: ὥστε ἐφ' ἑκατέραν διαθεὶς τοὺς ἀκρέμονας ὡς ἄμπελος, ἄντρου σχῆμα διὰ τῶν φύλλων ἐπαλλαττόντων ἐποίει: καὶ ὁ κόρυμβος πολὺς καὶ μέγας ὅσος βότρυς κλημάτων ἐξεκρέματο. Ἦν οὖν πολὺ πλῆθος περὶ αὐτὸν τῶν χειμερινῶν ὀρνίθων, ἀπορίᾳ τῆς ἔξω τροφῆς· πολὺς μὲν κόψυχος, πολλὴ δὲ κίχλη, καὶ φάτται, καὶ ψᾶρες, καὶ ὅσον ἄλλο κιττοφάγον πτερόν. Τούτων τῶν ὀρνίθων ἐπὶ προφάσει θήρας ἐξώρμησεν ὁ Δάφνις, ἐμπλήσας μὲν τὴν πήραν ὀψημάτων μεμελιτωμένων,

rebant ſibi viam, quâ ſe mutuo contemplarentur. Chloë admodum animi dubia, conſiliique planè erat inops: quippe illi ea, quæ mater habebatur, ſemper aderat, lanam carminare docens, & torquere fuſum, mentionem injiciendo jam aut olim conjugii ineundi. Daphnis verò utpote otium agens, & ſolertior puellâ, ejuſcemodi artem videndæ Chloæ invenit. Ante aream Dryantis in ipſa caula, duæ erant proceræ myrti, hederaque conſita. Myrti hæ ſtabant contiguæ: in medio utriuſque hedera erat, quæ ad utramque ſuos diffundens ramos, haud ſecus ac vitis, formam antri foliis alternantibus reddebat: Plurimus, magnitudineque racemo par, corymbus è palmitibus pendebat. Hinc hanc juxta ingens avium hybernarum, præ eſcæ alibi inopia, multitudo. Frequentes erant merulæ, frequentes turdi, palumbes, atque ſturni, & quæcunque aliæ hederam depaſcunt aves. Prætextu harum venationis avium, viam inierat Daphnis, impleta obſoniis melle conditis pera, conferens ad fidem faciendam, viſcum nec

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

κομίζων δὲ ἐς πίστιν ἰξὸν καὶ βρόχους. τὸ μὲν οὖν μεταξὺ σταδίων ἦν οὐ πλέον δέκα. Οὔπω δὲ ἡ χιὼν λελυμένη, πολὺν κάματον αὐτῷ παρέσχεν: ἔρωτι δὲ ἄρα πάντα βάσιμα, καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ σκυθικὴ χιών. Δρόμῳ οὖν πρὸς τὴν αὐλὴν ἔρχεται: καὶ ἀποσεισάμενος τῶν σκελῶν τὴν χιόνα, τοὺς τε βρόχους ἔστησε, καὶ τὸν ἰξὸν ῥάβδοις μακραῖς ἐπήλειψε: καὶ ἐκαθέζετο τὸ ἐντεῦθεν ὄρνιθας καὶ τὴν Χλόην μεριμνῶν· ἀλλ᾽ ὄρνιθες μὲν καὶ ἧκον πολλοὶ καὶ ἐλήφθησαν ἱκανοί: ὥστε πράγματα μυρία ἔχε συλλέγων αὐτοὺς καὶ ἀποκτιννὺς, καὶ ἀποδύων τὰ πτερά. Τῆς δὲ αὐλῆς προῆλθεν οὐδεὶς, οὐκ ἀνὴρ, οὐ γυναίκιον, οὐ κατοικίδιος ὄρνις: ἀλλὰ πάντες τῷ πυρὶ παραμένοντες ἔνδον κατέκλειντο: ὥστε πάνυ ἠπορεῖτο ὁ Δάφνις ὡς οὐκ αἰσίοις ὄρνισιν ἐλθών: καὶ ἐτόλμα πρόφασιν σκηψάμενος ὤσασθαι διὰ θυρῶν, καὶ ἐζήτει πρὸς αὐτὸν ὅ,τι λεχθῆναι πιθανώτερον. Πῦρ ἐναυσόμενος ἦλθον· μὴ γὰρ οὐκ, ἦσαν ἀπὸ σταδίου γείτονες. Ἄρτους αἰτησόμενος

non laqueos. Loci intercapedo non excedebat ſtadia decem. At verò nix nequedum reſoluta, plurimum illi negotii faceſſebat: Verum amori cuncta, ignis, aqua, imo nix ipſa ſcythica ſunt pervia. Curriculo igitur hancce ad caulam veniens, & excuſſa cruribus nive, laqueos ſuos tetendit, & virgis longioribus viſco illitis. Sedebatque deinde avium, obnixèque Chloës curam agens. Accedebant aves complures, captæque ſunt illi non paucæ: adeò ut totus diſtringeretur illas colligendo, jugulando, deplumando. Nemo interea extra prodibat villam, neque vir, neque mulier, imo nequidem gallina villaris: ſed omnes circa focum hærentes intus concluſi detinebantur: quamobrem animi pendens Daphnis, veluti inauſpicatis progreſſus avibus eſſet, per fores, prætexta aliqua cauſa, animo ſuſtinebat irruere: mente agitabat, quidnam dictu maximè foret commodum. Accenſurus ignem veni? Minimè vero: ſtadium emenſo mihi vicini erant. Panes petiturus acceſſi? ſed pera plena cibi. Vino opus habeo: atqui heri & nudiuſtertius

ἧκον· ἀλλ' ἡ πήρα μεστὴ τροφῆς. Οἴνου δέομαι· καὶ μὴν χθὲς καὶ πρώην ἐτρύγησας. Λύκος με ἐδίωκε· καὶ ποῦ τὰ ἴχνη τοῦ λύκου; θηράσων ἀφικόμην τοὺς ὄρνιθας· τί οὖν θηράσας οὐκ ἄπει; Χλόης θεάσασθαι βούλομαι· πατρὶ δὲ τίς καὶ μητρὶ παρθένου ὁμολογεῖ; παίδων δὴ πανταχοῦ σιωπή· ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἁπάντων ἀνύποπτον. Ἄμεινον ἄρα σιγᾶν: Χλόην δὲ ἦρος ὄψομαι ἐπεὶ μὴ εἵμαρτο, ὡς ἔοικε, χειμῶνός με ταύτην ἰδεῖν. Τοιαῦτα δή τινα διανοηθεὶς, καὶ τὰ θηραθέντα συλλαβὼν, ὥρμητο ἀπιέναι: καὶ ὥσπερ αὐτὸν οἰκτείραντος τοῦ ἔρωτος, τάδε γίνεται. Τράπεζαν εἶχον οἱ ἀμφὶ τὸν Δρύαντα· κρέα διῃρεῖτο· ἄρτοι παρετίθεντο· κρατὴρ ἐκιρνᾶτο· εἷς δὴ κύων τῶν προβατευτικῶν ἀμέλειαν φυλάξας, κρέας ἁρπάσας ἔφυγε διὰ τῶν θυρῶν· Ἀλγήσας ὁ Δρύας (καὶ γὰρ ἦν ἐκείνου μοῖρα) ξύλον ἁρπασάμενος ἐδίωκε κατ' ἴχνος ὥσπερ κύων: διώκων δὲ καὶ κατὰ τὸν κιττὸν γενόμενος, ὁρᾷ τὸν Δάφνιν ἀνατεθειμένον ἐπὶ

tius vindemiaſti. Me perſequebatur lupus: at ubinam lupi veſtigia? Huc me contuli aves venatum: quid igitur venatu confecto, non abis? Videre eſt animus Chloën: Quiſnam patri aut matri virginis hoc fatebitur? ubique ſe liberi intra ſilentium continent. Sed nihil horum omnium ſuſpicione caret. Tacere itaque præſtiterit: videbo quidem Chloën vere ineunte, quandoquidem, ut veriſimile eſt, non ſinunt fata, illam me hac cernere hyeme. His atque id genus aliis mente agitatis, ſuiſque, quas ceperat, avibus comprehenſis, abitum moliebatur: At, veluti cupidine illius miſerto, hæc contingunt. Dryas cum ſuis menſæ accumbebat: carnis fiebat diſtributio: panes apponebantur: miſcebatur crater. Interea canis unus ex pecuariis, obſervatâ dominorum negligentiâ, raptoque carnis fruſtulo, proripuit ſe foras ex ædibus. Ægre hoc ferens Dryas (quippe ipſius portio erat) arrepto baculo illum perſequebatur per veſtigia, veluti canis: & cum perſequendo jam ad hederam illam veniſſet, videt Daphnidem, qui, impoſita hu-

τοὺς ὤμους τὴν ἄγραν, καὶ ἀποσοβεῖν ἐγνωκότα. Κρέως μὲν καὶ κυνὸς αὐτίκα ἐπελάθετο· μέγα δὲ βοήσας, Χαῖρε ὦ παῖ, περιεπλέκετο καὶ κατεφίλει, καὶ παρῆγεν ἔσω λαβόμενος. Μικροῦ μὲν οὖν ἰδόντες ἀλλήλους εἰς τὴν γῆν κατερρύησαν· μεῖναι δὲ καρτερήσαντες ὀρθοὶ προσηγόρευσάν τε καὶ κατεφίλησαν· καὶ τοῦτο οἱονεὶ ἔρεισμα αὐτοῖς τοῦ μὴ πεσεῖν ἐγένετο. Τυχὼν δὲ ὁ Δάφνις παρ' ἐλπίδας καὶ φιλήματος καὶ Χλόης, τοῦ τε πυρὸς ἐκαθέσθη πλησίον, καὶ ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἀπὸ τῶν ὤμων τὰς φάττας ἀπεφορτίσατο καὶ τοὺς κοψύχους· καὶ διηγεῖτο πῶς ἀσχάλλων πρὸς τὴν οἰκουρίαν, ὥρμησε πρὸς τὴν ἄγραν· καὶ ὅπως τὰ μὲν βρόχοις αὐτῶν, τὰ δὲ ἰξῷ λάβοι, τῶν μύρτων καὶ τοῦ κιττοῦ γλιχόμενα. Οἱ δὲ ἐπῄνουν τὸ ἑκάεργον· καὶ ἐκέλευον ἐσθίειν ὧν ὁ κύων κατέλιπεν. Ἐκέλευον δὲ τῇ Χλόῃ πιεῖν ἐγχέαι· καὶ ἥδε χαίρουσα τοῖς τε ἄλλοις ὤρεξε, καὶ Δάφνιδι μετὰ τοὺς ἄλλους· ἐσκήπτετο γὰρ ὀργίζεσθαι διότι ἐλθὼν, ἔμελλεν ἀποτρέχειν οὐκ ἰδών.

meris capturâ, citato abire gradu decreverat. Illico illum carnis caniſque oblitus, magnaque clamans voce, ſalve fili, amplexabatur, & oſculabatur, manuque præhenſa introduxit. Parum igitur aberat, quin ſe invicem amantes contuiti in terram collapſi fuiſſent: attamen erecto ſtare corpore annixi, mutuoque gratulationis officio functi, invicem oſculo ſe exceperunt: Idque fulcri inſtar ipſis, quo minus in terram collaberentur, fuit. Daphnis præter ſpem, & oſculo & potitus Chloë, propèque focum collocatus, in menſam humeris palumbes, merulaſque depoſuit, referens, quo pacto pertæſus continuò deſidere domi, venatum proruperit: & quomodo nonnullas harum laqueis, alias viſco, myrtos atque hederam appetentes, ceperit. Illi factum laudabant, & ad edendum invitabant, quæ reliqua canis fecerat. Jubebant Chloën infundere potum, quem hilari vultu aliis porrexit, Daphnidique poſt alios: iraſci quippe ſimulabat, quod iſtuc veniens, nequidem inviſis illis, curriculo domum reverti voluiſſet.

Liba-

Ὅμως μέν τοι πρὶν προσενεγκεῖν, ἀπέπιεν· εἶθ' οὕτως ἔδωκεν. Ὁ δὲ καίτοι διψῶν βραδέως ἔπινε, παρέχων ἑαυτῷ διὰ τῆς βραδύτητος μακροτέραν ἡδονήν. Ἡ μὲν δὴ τράπεζα ταχέως ἐγένετο κενὴ ἄρτων καὶ κρεῶν· καθήμενοι δὲ περὶ τῆς Μυρτάλης καὶ τοῦ Λάμωνος ἐπυνθάνοντο, καὶ εὐδαιμόνιζον αὐτοὺς τοιούτου γηροτρόφου εὐτυχήσαντας· καὶ τοῖς ἐπαίνοις μὲν ἥδετο Χλόης ἀκροωμένης· ὅτε δὲ κατεῖχον αὐτὸν ὡς θύσοντες Διονύσῳ τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, μικροῦ δεῖν ὑφ' ἡδονῆς, ἐκείνους ἀντὶ τοῦ Διονύσου προσεκύνησεν. Αὐτίκα οὖν ἐκ τῆς πήρας προσεκόμιζε μελιτώματα πολλά· καὶ τοὺς θηραθέντας δὲ τῶν ὀρνίθων καὶ τούτους ἐς τράπεζαν νυκτερινὴν ηὐτρέπιζον. Δεύτερος κρατὴρ ἵστατο, καὶ δεύτερον πῦρ ἀνεκάετο· καὶ ταχὺ μάλα νυκτὸς γενομένης, δευτέρας τραπέζης ἐνεφοροῦντο· μεθ' ἣν τὰ μὲν μυθολογήσαντες, τὰ δὲ ᾄσαντες, εἰς ὕπνον ἐχώρουν, Χλόη μετὰ τῆς μητρός, Δρύας ἅμα Δάφνιδι. Χλόη μὲν οὖν οὐδὲν χρηστὸν ἦν, ὅτι μὴ τῆς ἐπιούσης

Libavit tamen ante ore ſuo poculum, quam illi offerret: deinde eo modo dedit. Ille, quantumvis ſitiens, tardè bibebat, qua morâ concilians ſibimet longiorem voluptatem. Menſâque ſubito panibus carnibuſque vacuâ redditâ, de Myrtala & Lamone ſedentes percontabantur, beatoſque prædicabant talem ſenectutis altorem nactos: quibus laudibus impenſe, audiente Chloë, delectabatur. Quando autem illum detinebant, ut pote ſequenti die Baccho facturi ſacra, parum aberat, quin præ gaudio, illos pro Dionyſio adoraſſet. Extemplo igitur è perâ melle conditas depromebat placentas non paucas: Atque quas venando ceperat aves, in cœnam, menſamque nocturnam apparaverunt. Secundus crater ſtatuebatur, alterque accendebatur focus. Jamque nocte quam celerrimè obortâ, ſecundis explebantur ferculis, à quibus partim enarrando fabulas, partim canendo, cubitum ſecedebant, Chloë cum matre, Dryas unà cum Daphnide. Atqui nihil inde utilitatis ad Chloën redibat, niſi quod craſtino die in conſpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ἡμέρας ἐφθησόμενος ὁ Δάφνις· Δάφνις δὲ κενὴν τέρψιν ἐτέρπετο· τερπνὸν γὰρ ἐνόμιζε καὶ πάλιν συγκοιμηθῆναι Χλόης· ὥστε καὶ περιέβαλλεν αὐτὸν καὶ κατεφίλει πολλάκις, ταῦτα πάντα ποιεῖν Χλόην ὀνειροπολούμενος. Ὡς δὲ ἐγένετο ἡμέρα, κρύος μὲν ἦν ἐξαίσιον, καὶ αὔρα Βόρειος ὑπέκαε πάντα. Οἱ δὲ ἀναστάντες θύουσι τῷ Διονύσῳ κριὸν ἐνιαύσιον· καὶ πῦρ ἀνακαύσαντες μέγα, παρεσκευάζοντο τροφήν. Τῆς οὖν Νάπης ἀρτοποιούσης, καὶ τοῦ Δρύαντος τὸν κριὸν ἕψοντος, σχολῆς ὁ Δάφνις καὶ ἡ Χλόη λαβόμενοι, προῆλθον τῆς αὐλῆς ἵνα ὁ κιττός· καὶ πάλιν βρόχους στήσαντες, καὶ ἰξὸν ἀπαλείψαντες, ἐθήρων πλῆθος οὐκ ὀλίγον ὀρνίθων. Ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ φιλημάτων ἀπόλαυσις συνεχὴς, καὶ λόγων ὁμιλία τερπνή. Διὰ σὲ ἦλθον Χλόη· οἶδα Δάφνι. Διὰ σὲ ἀπολλύω τοὺς ἀθλίους κοψίχους· τίς οὖν σοι γίνομαι, μέμνησό μου· μνημονεύω νὴ τὰς νύμφας, ἃς ὤμοσα ποτὲ εἰς ἐκεῖνο τὸ ἄντρον, εἰς ὃ ἥξομεν εὐθὺς ἂν ἡ χιὼν τακῇ· ἀλλὰ πολλή ἐστι χλόη καὶ δέδοικα μὴ ἐγὼ πρὸ ταύτης τακῶ

ſpectum prodiret Daphnis: inane gaudebat gaudium Daphnis: Nam pro oblectamento habebat, cum Chloës parente unà cubare: quare illum amplexabatur, ſæpèque oſculabatur, hæcce omnia ſe Chloæ facere ſomnians. Ut illuxit dies, ingens frigus erat, adurebatque cuncta boreas. Illi autem ſurgentes Baccho arietem mactant anniculum, nec non luculento accenſo igne, cibum apparant. Dum autem Napa panem conficit, & Dryas arietem coquit, otium Daphnis atque Chloë nacti, extra villam prodierunt, ubi erat hedera: ac iterum laqueis tenſis, viſcoque virgis illito, non exiguam multitudinem capiebant avium. Continuò interim fruebantur oſculis, jucundoſque ſermones ſociabant: Propter te veni Chloë: ſcio Daphni. Tuâ causâ miſellas interimo merulas. In quo igitur ſum pretio apud te? memento mei. Tui, ita me ament Nymphæ, memini, per quas aliquando antro in illo juravi, ad quod, ſimul ac nix reſoluta fuerit, veniemus. At cumulata jacet Chloë, & vereor ne ipſemet ante illam li-

θάῤῥει Δάφνι· θερμός ἐστιν ὁ ἥλιος. εἰ γὰρ οὕτως γένοιτο Χλόη θερμός, ὡς τὸ καῖον πῦρ τὴν καρδίαν τὴν ἐμήν. Παίζεις ἀπατῶν με· οὐ κατὰ τὰς αἶγας ἃς σύ με ἐκέλευες ὀμνύειν. Ταῦτα ἀντιφωνήσασα πρὸς τὸν Δάφνιν ἡ Χλόη καθάπερ ἡ ἠχὼ, καλούντων αὐτοὺς τῶν περὶ τὴν Νάπην, εἰσέδραμον, πολὺ περιττοτέραν τῆς χθιζῆς θήραν κομίζοντες· καὶ ἀπαρξάμενοι τῷ Διονύσῳ κρατῆρος, ἤσθιον κιττῷ τὰς κεφαλὰς ἐστεφανωμένοι· καὶ ἐπεὶ καιρὸς ἦν, ἰακχάσαντες καὶ εὐάσαντες, προὔπεμπον τὸν Δάφνιν, πλήσαντες αὐτοῦ τὴν πήραν κρεῶν καὶ ἄρτων. Ἔδωκαν δὲ καὶ τὰς φάττας καὶ τὰς κίχλας Λάμωνι καὶ Μυρτάλῃ κομίζειν, ὡς αὐτοὶ θηράσοντες ἄλλας ἔς τ' ἂν ὁ χειμὼν μένῃ, καὶ ὁ κιττὸς μὴ λείπῃ. Ὁ δὲ ἀπῄει, φιλήσας αὐτοὺς προτέρους Χλόης, ἵνα τὸ ἐκείνης φίλημα καθαρὸν μείνῃ· καὶ ἄλλας δὲ πολλὰς ἦλθεν ὁδοὺς ἐπ' ἄλλαις τέχναις· ὥστε μὴ παντάπασιν αὐτοῖς γενέσθαι τὸν χειμῶνα ἀνέραστον. Ἤδη δὲ ἦρος ἀρχομένου, καὶ τῆς μὲν χιόνος λυομένης, τῆς δὲ γῆς γυ-

liqueſcam. Eſto bono animo, Daphni, ſol fervet. Utinam ita, mi Chloë, ferveat, quemadmodum flamma illa, meum quæ adurit cor. Ludis me ſeducendo Non equidem per capras, quas tu me jurare jubebas. Hæcce contra Daphnidem, veluti Echo cum ſonuiſſet Chloë, illos vocante Napâ, curſim intrarunt domum, longe majorem heſternâ prædam afferentes: Tum verò Baccho primitiis de vino libatis, epulabantur capita redimiti hedera; Atque ſuo tempore decantato Baccho, orgiiſque celebratis, Daphnidem deducebant, perâ, carnibus, panibuſque impleta. Dederunt & illi palumbes ac turdos, Lamoni atque Myrtalæ transferendos, tanquam ipſi alios capturi, uſquedum hyems manſerit, neque hedera defecerit. Abibat Daphnis, illos ante Chloën prius oſculatus, quo ſuavium illius ſibi purum maneat. Sed alias multas, aliis uſus artibus, ivit ille vias, adeò ut non omnino hyems illa ſine venere illis abierit, Vere jam ineunte, & diſcuſsâ nive, apertâque ter-

μυουμένης, καὶ τῆς πόας ἀνθούσης, οἵτε ἄλλοι νομεῖς ἦγον τὰς ἀγέλας εἰς νομήν, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων Χλόη καὶ Δάφνις, οἷα μείζονι δουλεύοντες ποιμένι. Εὐθὺς οὖν δρόμος ἦν ἐπὶ τὰς νύμφας καὶ τὸ ἄντρον: ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν Πᾶνα, καὶ τὴν πίτυν: εἶτα ἐπὶ τὴν δρῦν, ὑφ᾽ ἣν καθίζοντες καὶ τὰς ἀγέλας ἔνεμον, καὶ ἀλλήλους κατεφίλουν: ἀνεζήτησάν τε καὶ ἄνθη στεφανῶσαι θέλοντες τοὺς θεούς· τὰ δὲ ἄρτι ὁ ζέφυρος τρέφων καὶ ὁ ἥλιος θερμαίνων ἐξῆγεν: ὅμως δὲ εὑρέθη καὶ ἴα, καὶ νάρκισσος, καὶ ἀναγαλλὶς, καὶ ὅσα ἦρος πρωτοφορήματα. Ἡ μὲν Χλόη καὶ ὁ Δάφνις ἀπὸ αἰγῶν, καὶ ἀπὸ οἰῶν τινῶν γάλα νέον καὶ τοῦτο στεφανοῦντες τὰ ἀγάλματα κατέσπεισαν. Ἀπήρξαντο καὶ σύριγγος, καθάπερ τὰς ἀηδόνας ἐς τὴν μουσικὴν ἐρεθίζοντες: αἱ δὲ ὑπεφθέγγοντο ἐν ταῖς λόχμαις: καὶ τὸν Ἴτυν κατ᾽ ὀλίγον ἠκρίβουν, ὥσπερ ἀναμιμνησκόμεναι τῆς ᾠδῆς ἐκ μακρᾶς σιωπῆς. Ἐβληχήσατό που καὶ ποίμνιον· ἐσκίρτησάν που καὶ ἄρνες· καὶ ταῖς μητράσιν ὑποκλάσαντες αὐτοὺς, τὴν θηλὴν ἔσπαζαν: τὰς δὲ

râ, ac herba pullulante, alii paſtores pabulatum ſuos educebant greges, & ante alios Chloë nec non Daphnis, utpote majori ſervientes paſtori. Ilicò igitur curſus ad Nymphas & antrum dirigitur: illinc ad Pana & Pinum: deinde ad quercum, ſub quâ ſedentes etiam greges paſcebant, & ſeſe invicem oſculabantur. Conquiſierant jam flores, coronis adornare Deos volentes, quos flores jam terra recens Zephyrus nutriendo, ſol ſuo calore fovendo, eduxerat: tamen inventæ ſunt illis violæ, Narciſſus & Anagallis, & quicunque ſunt alii primitivi veris fœtus. Chloë etiam & Daphnis caprarum oviumque lacte quarundam recenti, idque coronando ſimulacra, Diis fecêre. Quin & fiſtulæ primitias ſolverunt, tanquam lucinias ad cantum concitantes, quæ ex fruticetis & virgultis reſonabant, Itynque paulatim accuratè exprimebant, veluti à longo ſilentio cantum memoriâ repetentes. Alibi etiam grex balabat: alibi & ſaltu laſciviebant agni, & ſe ſub matribus abſcondentes, mammam pre-

μήπω τετοκυίας οἱ κριοὶ καταδιώκοντες, καὶ καμάτῳ στήσαντες, ἔβαινον ἄλλος ἄλλην. Ἐγίνοντο καὶ τράγων διώγματα, καὶ ἐς τὰς αἶγας ἐρωτικώτερα πηδήματα, καὶ ἐμάχοντο περὶ τῶν αἰγῶν: καὶ ἕκαστος εἶχεν ἰδίας, καὶ ἐφύλαττε μή τις αὐτὰς μοιχεύσῃ λαθών. Καὶ γέροντας ἐρῶντας ἐξώρμησεν εἰς ἀφροδίτην τὰ τοιαῦτα θεάματα: οἱ δὲ νέοι καὶ σφριγῶντες καὶ πολὺν ἤδη χρόνον ἔρωτα ζητοῦντες, ἐξεκάοντο πρὸς τὰ ἀκούσματα, καὶ ἐτήκοντο πρὸς τὰ θεάματα: καὶ ἐζήτουν καὶ αὐτοὶ περιττότερόν τι φιλήματος καὶ περιβολῆς, καὶ μάλιστα δὲ ὁ Δάφνις. Οἷα γοῦν ἐνηβήσας τῇ κατὰ τὸν χειμῶνα οἰκουρίᾳ καὶ ἀσχολίᾳ, πρός τε τὰ φιλήματα ὤργα, καὶ πρὸς τὰς περιβολὰς ἐσκυτάλιζε: καὶ ἦν ἐς πᾶν ἔργον περιεργότερος καὶ θρασύτερος. ᾔτει δὴ τὴν Χλόην χαρίσασθαί σοι πᾶν ὅσον βούλεται, καὶ γυμνὴν γυμνῷ συγκατακλιθῆναι μακρότερον ἢ πρόσθεν εἰώθεσαν: τοῦτο γὰρ δὴ λείπειν τοῖς Φιλητᾶ παιδεύμασιν, ἵνα δὴ γένηται τὸ μόνον ἔρωτι παῦον

premebant: arietes nequedum enixas perſequentes, atque delaſſatas ſiſtentes, alius aliam inibant. Hirci etiam ſectabantur capras, inque illas laſciviores faciebant ſaltus, deque capellis pugnabant, & ſinguli proprias habebant, caventes ne quis clam illas adulteraret. Ejuſcemodi ſpectamenta ſpectantes ſenes, in venerem concitantur: Juvenes verò ipſo in fervore ætatis conſtituti, jamque dudum ea quærentes, hiſce auditis inflammabantur, viſis carpebantur; quin jam amplius quid oſculo, amplexuque volebant, maximè autem Daphnis, utpote jam pubertatis annos nactus, dumque totâ hyeme rebus domeſticis intentus vehementer ad oſcula ſtimulabatur, valdeque in venerem pruriebat, jam in toto negotio curioſior & audacior erat. Petebat ſanè à Chloë, ut in omnibus quæ vellet, ſibi morem gereret, nudaque cum nudo longius quam ante conſueverant, concumberet: illud inquiens adhuc deſiderari juxta ea, quæ præceperat Philetas, tanquam unicum ſedando amori reme-

φάρμακον. Τῆς δὲ πυνθανομένης τί πλέον ἐστὶ φιλήματος καὶ περιβολῆς, καὶ αὐτῆς κατακλίσεως; καὶ τί ἔγνω δρᾶσαι γυμνὸς γυμνῇ ἐγκατακλινεὶς; Τοῦτο, εἶπεν, ὃ οἱ κριοὶ ποιοῦσι τὰς ὄϊς, καὶ οἱ τράγοι τὰς αἶγας. Ὁρᾷς ὡς μετὰ τοῦτο τὸ ἔργον, οὔτε ἐκεῖναι ἔτι φεύγουσιν αὐτοὺς, οὔτε ἐκεῖνοι κάμνουσι διώκοντες: ἀλλ᾽ ὥσπερ κοινῆς λοιπὸν ἀπολαύοντες ἡδονῆς συννέμονται: Γλυκύ τι, ὡς ἔοικέν ἐστι τὸ ἔργον, καὶ νικᾷ τὸ ἔρωτος πικρόν. Εἶτ᾽ οὐχ ὁρᾷς, ὦ Δάφνι, τὰς αἶγας καὶ τοὺς κριοὺς καὶ τοὺς τράγους, καὶ τὰς ὄϊς, ὡς ὀρθοὶ μὲν ἐκεῖνοι δρῶσιν, ὀρθαὶ δὲ ἐκεῖναι πάσχουσιν; οἱ μὲν πηδήσαντες, αἱ δὲ κατανωτισάμεναι; σὺ δέ με ἀξιοῖς συγκατακλιθῆναι καὶ ταῦτα γυμνήν; καίτοιγε ἐκεῖναι πόσον ἐνδεδυμένης ἐμοῦ λασιώτεραι; πείθεται Δάφνις, καὶ συγκατακλινεὶς αὐτῇ πολὺν χρόνον ἔκειτο, καὶ οὐδὲν ὧν ἕνεκα ὤργα ποιεῖν ἐπιστάμενος, ἀνίστησιν αὐτήν, καὶ κατόπιν περιεφύετο μιμούμενος τοὺς τράγους. Πολὺ δὲ μᾶλλον ἀπορηθεὶς, καθίσας ἔκλαυσεν, εἰ καὶ κριῶν ἀμαθέστερος εἰς τὰ ἔρωτος ἔργα. Ἦν δέ τις αὐτῷ

remedium. Huic ſciſcitanti, quid amplius eſſet oſculo, amplexu; & decubitu ipſo? atque quidnam una cubans nudus facere nudæ decreviſſet? Illud, inquit, quod arietes ovibus, quod hirci capris faciunt. Viden', quod opere hoc peracto, neque illæ amplius illos fugiant, neque illi perſequendo delaſſentur, ſed deinceps veluti communi fruentes voluptate una paſcantur? Dulce quid, ut veriſimile eſt, hoc opus habet, atque vincit amoris amaritudinem. Deinde illa, Daphni, nonne vides capras, arietes, hircos, oves, pedibus inſiſtendo, illos facere, & has pati? illos ſaliendo, has dorſo illos ferendo? Tune vis me recumbere una, idque nudam? verum illæ me veſtibus indutâ aliquantum hirſutiores ſunt. Paret Daphnis, atque cum illa concumbens diu jacuit, neſciuſque quicquam agere, quorum gratia tanto libidinis impetu concitabatur, erigit illam, & à tergo, hircos æmulans, illi adhæſit. At multo magis animi pendens, ploravit ſedens, quod arietibus rudior rerum amatoriarum eſſet. Erat illi vici-

γείτων, γεωργὸς γῆς ἰδίας, Χρῶμις τὸ ὄνομα, παρηβῶν ἤδη τὸ σῶμα. Τούτῳ γυναίκιον ἦν ἐπακτὸν ἐξ ἄστεος νέον καὶ ὡραῖον, καὶ ἀγροικίας ἀβρότερον· Τούτῳ Λυκαίνιον ὄνομα ἦν. Αὕτη ὁρῶσα τὸν Δάφνιν καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν παρελαύνοντα τὰς αἶγας ἕωθεν εἰς νομὴν, νύκτωρ ἐκ νομῆς, ἐπεθύμησεν, ἐραστὴν κτήσασθαι δώροις δελεάσασα: καὶ δή ποτε λοχήσασα μόνον, καὶ σύριγγα δῶρον ἔδωκε, καὶ μέλι ἐν κηρίῳ, καὶ πήραν ἐλάφου: εἰπεῖν δέ τι ὤκνει, τὸν Χλόης ἔρωτα καταμαντευομένη: πάνυ γὰρ ἑώρα προσκείμενον αὐτὸν τῇ κόρῃ. Πρότερον μὲν οὖν ἐκ νευμάτων καὶ γέλωτος συνεβάλετο τοῦτο: τότε δὲ ἐξ ἑωθινοῦ σκηψαμένη πρὸς Χρῶμιν ὡς παρὰ τίκτουσαν ἄπεισι γείτονα, κατόπιν αὐτοῖς κατηκολούθησε, καὶ εἴς τινα λόχμην ἐγκύψασα ἑαυτὴν, ὡς μὴ βλέποιτο, πάντα ἤκουσεν ὅσα εἶπον· πάντα εἶδεν, ὅσα ἔπραξαν· οὐκ ἔλαθεν αὐτὴν οὐδὲ κλαύσας ὁ Δάφνις· συναλγήσασα δὴ τοῖς ἀθλίοις, καὶ καιρὸν ἥκειν νομίσασα διττὸν,

vicinus, ſui ipſius agelli cultor, nomine Chromis, corporis vigore fermè exutus, qui uxorem ex oppido duxerat, juvenculam, nec non formoſam, atque fæminis ruſticis venuſtiorem. Huic nomen erat Lycænio. Hæc quotidiè Daphnidem conſpicata manè ad paſcua capras ſuas, noctu è paſcuo abigentem, donis illum ineſcando ſibi conciliare amatorem concupivit. Aliquando ſoli inſidiata, fiſtulam dono dedit, atque mel ſuo etiamnum favo contentum, peramque cervino è corio confectam: verebatur autem quicquam effari, utpote amoris, quo is deperibat Chloën, non ignara, quem & omninò huic puellæ addictum videbat. Prius quidem ejus conjecturam fecerat ex nutibus, & illorum riſu: Tunc autem ſimulans ſe mane ad Chromin vicinam ire puerperam, à tergo illos eſt inſecuta, cumque ſe ſub virgultis abſcondidiſſet, ne cerneretur, omnia audivit dicta, cuncta uſurpavit oculis facta. Non latuit illam, quàm familiariter fleverit Daphnis. Quare vicem miſerorum horum dolens, rataque geminam ſibi oblatam occa-

τὴν μὲν εἰς ἐκείνων σωτηρίαν, τὴν δὲ εἰς τὴν ἑαυτῆς ἐπιθυμίαν, ἐπιτεχνᾶταί τι τοιόνδε. Τῆς ἐπιούσης ὡς παρὰ τὴν γυναῖκα λαβὴν τὴν τίκτουσαν ἀπιοῦσα, φανερῶς ἐπὶ τὴν δρῦν, ἐν ᾗ ἐκαθέζετο Δάφνις καὶ Χλόη, παραγίνεται, καὶ ἀκριβῶς μιμησαμένη τὴν τεταραγμένην, σῶσόν με, εἶπε, Δάφνι, τὴν ἀθλίαν: ἐκ γάρ μοι τῶν χηνῶν τῶν εἴκοσιν ἕνα τὸν κάλλιστον ἀετὸς ἥρπασε: καὶ οἷα μέγα φορτίον ἀράμενος, οὐκ ἐδυνήθη μετέωρος ἐπὶ τὴν συνήθη τὴν ὑψηλὴν κομίσαι ἐκείνην πέτραν: ἀλλὰ εἰς τήνδε τὴν ὕλην τὴν ταπεινὴν ἔχων κατέπεσε. Σὺ τοίνυν πρὸς τῶν νυμφῶν καὶ τοῦ Πανὸς ἐκείνου, εἰσελθὼν εἰς τὴν ὕλην, σῶσόν μου τὸν χῆνα: μόνη γὰρ δέδοικα εἰσελθεῖν: μὴ δὲ περιίδῃς ἀτελῆ μου τὸν ἀριθμὸν γινόμενον. Τάχα δὲ καὶ αὐτὸν ἀετὸν ἀποκτενεῖς, καὶ οὐκ ἔτι πολλοὺς ὑμῶν ἄρνας καὶ ἐρίφους ἁρπάσει. Τὴν δὲ ἀγέλην τέως φρουρήσει Χλόη: πάντως αὐτὴν ἴσασιν αἱ αἶγες ἀεὶ σοὶ συνεμοῦσαν. Οὐδὲν τῶν μελλόντων ὑποπτεύσας ὁ Δάφνις,

ſionem, cum ſervandi illos, tum ſuam explendi libidinem, tale quid comminiſcitur. Poſtero die tanquam ad mulierem hanc, quæ ipſi occaſionem pepererat, abiens, ad quercum apertè, ſub quâ Chloë atque Daphnis ſedebant, accedit, accuratèque animi conſternationem præ ſe ferens: ſerva me, inquit, Daphni, miſeram; etenim ex anſeribus mihi, qui numero viginti erant, unum, eumque optimum, eripuit aquila: atque, onus hoc ſublatum, utpote grandius, in petram illam arduam ſibique conſvetam, deportare ſublimis minus valuit: verùm illum unguibus tenens in humilem hanc delapſa eſt ſylvam. Te itaque per Nymphas, Panaque rogo, hanc ingreſſus ſylvam, anſerem meum ſerva: ſola enim intrare non auſim: neque ſiveris hunc mihi reddi numerum mutilum. Fortaſſis & aquilam hanc ipſam interimes, neque amplius tam multos vobis agnos hædoſque rapiet. Ad cuſtodiam gregis interea relinquetur Chloë, omnino illam norunt capræ, utpote tecum ſemper paſcentem. Nihil futurorum ſuſpicatus Daphnis,

εὐθὺς ἀνίσταται, καὶ ἀράμενος τὴν καλαύροπα, κατόπιν ἠκολούθει τῇ Λυκαινίῳ· ἡ δὲ ἡγεῖτο ὡς μακροτάτω τῆς Χλόης· καὶ ἐπειδὴ κατὰ τὸ πυκνότατον ἐγένοντο, πηγῆς πλησίον καθίσαι κελεύσασα αὐτὸν, ἐρᾷς, εἶπε, Δάφνι, Χλόης, καὶ τοῦτο ἔμαθον ἐγὼ νύκτωρ παρὰ τῶν νυμφῶν· δι' ὀνείρατος ἐμοὶ τὰ χθιζά σου αἱ νύμφαι διηγήσαντο δάκρυα· καὶ ἐκέλευσάν σε σῶσαι διδαξαμένην τὰ ἔρωτος ἔργα. Τὰ δέ ἐστιν οὐ φιλήματα καὶ περιβολὴ, καὶ οἷα δρῶσι κριοὶ καὶ τράγοι, ἀλλὰ ταῦτα πηδήματα, καὶ τῶν ἐκεῖ γλυκύτερα· πρόσεστι γὰρ αὐτοῖς χρόνος μακροτέρας ἡδονῆς. Εἰ δή σοι φίλον ἀπηλλάχθαι κακῶν, καὶ ἐν πείρᾳ γενέσθαι ζητουμένων τερπνῶν, ἴθι παραδίδου μοι τερπνὸν σαυτὸν μαθητήν· ἐγὼ δὲ χαριζομένη ταῖς νύμφαις ἐκείναις διδάξω. Οὐκ ἐκαρτέρησεν ὁ Δάφνις ὑφ' ἡδονῆς, ἀλλ' ἅτε ἄγροικος καὶ αἰπόλος, ἐρῶν, καὶ νέος, πρὸ τῶν ποδῶν καταπεσὼν, τὴν Λυκαίνιον ἱκέτευεν ὅτι τάχιστα διδάξαι τὴν τέχνην, δι' ἧς ὃ βούλεται δράσει Χλόην·

nis, ſurgit è veſtigio, ſublatoque ſuo pedo Lycænium pone ſequitur, quem illa quam poſſet longiſſimè à Chloë deducebat. Cumque jam, qua ſylva erat denſiſſima, veniſſent, juſſo illo juxta ſedere fontem, amas, inquit, Daphni, Chloën, idque hac nocte per Nymphas reſcivi, quæ mihi in ſomnis heſternas tuas lacrymas expoſuere, atque juſſerunt, ut te docendo amoris officia, ſervem. Hæc ipſa non ſunt ſvavia, & amplexus, & cujuſmodi faciunt arietes, hircique, ſed ſaltus hi longè iis dulciores erunt: habent enim longioris temporis voluptatem. Quod ſi tibi collibitum fuerit hiſce liberari malis, & periculum facere in his, quæ quæris, oblectamentis, age temet mihi jucundum trade diſcipulum: ego te in gratiam harum Nympharum informabo. Præ voluptate amplius ſibi non temperavit Daphnis; ſed utpote ruſticus, caprariuſque amore irretitus, inſuper juvenis, ad genua provolutus, ſupplex oravit Lycænium, ut quam primum hanc ipſum doceret artem, cujus beneficio, quod vellet, faceret Chloæ: Atque veluti quid magni

καὶ ὥσπερ τι μέγα καὶ θεόπεμπτον ἀληθῶς μέλλων διδάσκεσθαι, καὶ ἔριφον αὐτῇ δώσειν ἐπηγγείλατο, καὶ τυροὺς ἁπαλοὺς πρωτορρύτου γάλακτος, καὶ τὴν αἶγα αὐτήν. Εὑροῦσα δὴ ἡ Λυκαίνιον αἰπολικὴν ἀφθονίαν, οἵαν οὐ προσεδόκησεν, ἤρχετο παιδεύειν τὸν Δάφνιν, οὕτω τὸν τρόπον. Ἐκέλευσεν αὐτὸν καθίσαι πλησίον αὐτῆς ὡς ἔχει: καὶ φιλήματα φιλεῖν οἷα εἰώθει καὶ ὅσα, φιλοῦντα ἅμα καὶ περιβάλλειν καὶ κατακλίνεσθαι χαμαί: ὡς δὲ ἐκαθέσθη, καὶ ἐφίλησε, καὶ κατεκλίθη, μαθοῦσα ἐνεργεῖν δυνάμενον καὶ σφριγῶντα, ἀπὸ μὲν τῆς ἐπὶ πλευρὰν κατακλίσεως ἀνίστησιν, αὐτὴν δὲ ὑποστορέσασα ἐντέχνως, ἐς τὴν τέως ζητουμένην ὁδὸν ἦγε: τὸ δὲ ἐντεῦθεν οὐδὲν περιηγάγετο ξένον: αὐτὴ γὰρ ἡ φύσις λοιπὸν ἐπαίδευε τὸ πρακτέον. Τελεσθείσης δὲ τῆς ἐρωτικῆς παιδαγωγίας, ὁ μὲν Δάφνις ἔτι ποιμενικὴν ἔχων γνώμην, ὥρμησε τρέχειν ἐπὶ τὴν Χλόην, καὶ ὅσα ἐπεπαίδευτο, δρᾶν αὐτίκα: καθάπερ δεδοικὼς μὴ βραδύνας ἐπιλάθοιτο· ἡ δὲ Λυκαίνιον

momenti, divinituſque verè miſſum addiſcendum ſoret, ſe daturum promiſit hædum, caſeoſque muſtos, integro puroque lacte confectos, inſuper ipſam capram. Lycænium apud caprarium, comperta majori rerum copia, quam ipſamet expectaverat, hunc in modum Daphnidem erudire cæpit. Iuſſit, ut ſe habebat, illum juxta ſe ſedere: nec non oſcula figere qualia & quot conſveverat, unâ & inter baſiandum ruere in amplexus, ſeſeque humi reclinare: Ut autem ſedit, oſcula dedit, ſeſeque reclinavit: illa jam edocta hunc parem fore rei, & libidine turgere, à laterali diſcubitu jacentem erexit, ſemet verò peritè ſubſternens, ad viam longè ante quæſitam deduxit. Deinde non circumduxit ultra peregrinum iſtum, ipſa naturâ, quod porrò agendum reſtabat, docente. Ita hacce ad finem informatione venereâ perductâ, Daphnis, nondum paſtorali exutus indole, ſuam ad Chloën feſtinat, & quæcunque didiciſſet ſtatim operi applicare parat, tanquam veritus, ne moras nectendo, illud ipſum oblivioni traderet. Cæterum Lycænium

κατασχοῦσα αὐτὸν, ἔλεξεν ὧδε. ,, Ἔτι καὶ ταῦτα δεῖ σε μαθεῖν, ὦ ,, Δάφνι. Ἐγὼ γυνὴ τυγχάνουσα ,, πέπονθα νῦν οὐδέν: πάλαι γάρ με ,, ταῦτα ἀνὴρ ἄλλος ἐπαίδευσε, ,, μισθὸν τὴν παρθενίαν λαβών· ,, Χλόη δὲ συμπαλαίουσά σοι ταύ- ,, την τὴν πάλην, οἰμώξει καὶ ,, κλαύσεται: καὶ αἵματι κείσεται ,, πολλῷ καθάπερ πεφονευμένη: ,, ἀλλὰ σὺ τὸ αἷμα μὴ φοβηθῇς, ,, ἀλλ' ἡνίκα ἂν πείσῃς αὐτὴν ,, σοι παρασχεῖν, ἄγαγε αὐτὴν εἰς ,, τοῦτο τὸ χωρίον, ἵνα κἂν βοήσῃ, ,, μηδεὶς ἀκούσῃ· κἂν δακρύσῃ, ,, μηδεὶς ἴδῃ· κἂν αἱμαχθῇ, λού- ,, σηται τῇ πηγῇ: καὶ μέμνησο ὅτι ,, σε ἄνδρα ἐγὼ πρὸ Χλόης πε- ,, ποίηκα. Ἡ μὲν οὖν Λυκαίνιον τοσαῦτα ὑποθεμένη, κατ' ἄλλο μέρος τῆς ὕλης ἀπῆλθεν, ὡς ἔτι ζητοῦσα τὸν χῆνα: ὁ δὲ Δάφνις εἰς λογισμὸν ἄγων τὰ εἰρημένα, τῆς μὲν προτέρας ὁρμῆς ἀπήλλακτο: διοχλεῖν δὲ τῇ Χλόῃ περιττότερον ὤκνει φιλήματος καὶ περιβολῆς, μήτε βοῆσαι θέλων αὐτὴν ὡς πρὸς πολέμιον, μήτε δακρῦσαι ὡς ἀλγοῦσαν, μήτε αἱμαχθῆναι

nium, ipſo retento, hunc in modum fata eſt. Præterea & hæc tibi, mi Daphni, diſcenda erunt. Mihi quidem, quæ ſum uxor, tale quid nihil jam evenit: olim enim vir alius hæcce me docuit, pro mercede virginitate potitus. Vbi Chloe tecum hac in palæſtra colluctata fuerit, plorabit, ejulabitque: imo jacebit, haud ſecus quam vulnerata, multo manans ſanguine: verùm non eſt, quod cruorem timeas: ubi autem tuâ ſuadelâ illam tibi morigeram reddideris, ad eundum hunc ipſum locum ducito, ut, ſi forte clamaverit, nemo audiat: ſi ejulaverit, nemo videat: ſi cruore contaminata fuerit, hoc ſe fonte abluat. Memineris etiam, me ante Chloën te virum feciſſe. Hiſce igitur Lycænium præceptis traditis ad alteram ſylvæ partem ſeceſſit, veluti quæſitum etiamnum ſuum anſerem. Daphnidi dicta illa mente agitanti, prior impetus ille deferbuerat, verebaturque ullam Chloæ creare moleſtiam ultra oſculum, amplexumque, cavens ne vel illa veluti ad hoſtis conſpectum clamaret, vel tanquam dolore affecta fleret, aut non aliter quam vulnerata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

καθάπερ πεφονευμένην: ἀπειρομαθὴς γὰρ ὢν ἐδεδοίκει τὸ αἷμα: καὶ ἐνόμιζεν ὅτι ἄρα ἐκ μόνου τραύματος αἷμα γίνεται. Γνοὺς δὲ τὰ συνήθη τέρπεσθαι μετ᾽ αὐτῆς, ἐξέβη τῆς ὕλης: καὶ ἐλθὼν ἵνα ἐκάθητο στεφανίσκον ἴων πλέκουσα, τόν τε χῆνα τῶν τοῦ ἀετοῦ ὀνύχων ἐψεύσατο ἐξαρπάσαι, καὶ περιθεὶς ἐφίλησεν, οἷον ἐν τῇ τέρψει Λυκαίνιον: τοῦτο γὰρ ἐξῆν ὡς ἀκίνδυνον. Ἡ δὲ τὸν στέφανον ἐφήρμοσεν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ, καὶ τὴν κόμην ἐφίλησεν, ὡς τῶν ἴων κρείττονα. Καὶ πήρας προσκομίσασα παλάθης μοῖραν, καὶ ἄρτους τινὰς ἔδωκε φαγεῖν: καὶ ἐσθίοντος ἀπὸ τοῦ στόματος ἥρπαζε, καὶ οὕτως ἤσθιεν, ὥσπερ νεοττὸς ὄρνιθος. Ἐσθιόντων αὐτῶν καὶ περιττότερον φιλούντων ὧν ἤσθιον, ναῦς ἁλιέων ὤφθη παραπλέουσα: ἄνεμος μὲν οὐκ ἦν, γαλήνη δὲ ἦν καὶ ἐρέσσειν ἐδόκει: καὶ ἤρεττον ἐῤῥωμένως: ἠπείγοντο γὰρ νεαλεῖς ἰχθῦς εἰς τὴν πόλιν

cruore fædaretur: Etenim non ita pridem expertus cruorem timebat, atque rebatur vulneribus ſanguinem effluere duntaxat. Non autem ignarus, ſeſe conſueto modo cum illâ oblectare, ſylvâ exceſſit: atque progreſſus ad locum ubi ſedebat, nectenti violis corollas, anſerem ſe unguibus eripuiſſe aquilæ mentitus fuit, ſimulque brachiis circundatis, pari voluptate, quâ ante Lycænium, baſiavit illam; illud quippe, veluti extra periculi aleam poſitum, licebat. Illa verò capiti ejus ſertum adaptavit, comæque utpote violis præſtantiori oſcula dedit: De hinc allatis peris, portionem maſſæ caricarum, nonulloſque panes comedendos præbuit: atque veſcentis ab ore illa rapiens, inſtar aviculæ pulli edebat. Illis eo modo epulantibus, pluraque oſcula dantibus, quam cibum ſumentibus, navis quædam piſcatoria, quæ oram legebat, viſa fuit: non enim ventus illis operam dabat, ſed malacia tranquillitaſque maris erat, remigare itaque viſum, remiſque validè incumbentes feſtinabant recens captos piſces ad oppidum in gratiam quorundam opulentorum

διασώσασθαι τ̃ τινῶν πλουσίων. Οἷον οὖν εἰώθασι ναῦται δρᾶν εἰς καμάτων ἀμέλειαν, οὕτω κἀκεῖνοι δρῶντες, τὰς κώπας ἀνέφερον: εἷς μὲν αὐτοῖς κελευστὴς ναυτικὰς ᾖδεν ᾠδάς: οἱ δὲ λοιποὶ καθάπερ χορὸς, ὁμοφώνως κατὰ καιρὸν τῆς ἐκείνου φωνῆς ἐβόων. Ἡνίκα μὲν οὖν ἀναπεπταμένῃ τῇ θαλάττῃ ταῦτα ἔπραττον, ἠφανίζετο ἡ βοὴ χεομένης τῆς φωνῆς εἰς πολὺν ἀέρα: ἐπεὶ δὲ ἄκρᾳ τινὶ ὑποδραμόντες εἰς κόλπον μηνοειδῆ καὶ κοῖλον εἰσήλαζαν, μείζων μὲν ἠκούετο βοὴ, σαφῆ δὲ ἐξέπιπτεν εἰς τὴν γῆν τὰ τῶν κελευσμάτων ᾄσματα: κοῖλος γὰρ τῷ πεδίῳ αὐλὼν ὑπερκείμενος, καὶ τὸν ἦχον εἰς αὐτὸν ὡς ὄργανον δεχόμενος, πάντων τῶν λεγομένων μιμητὴν φωνὴν ἀπεδίδου: ἰδία μὲν τῶν κωπῶν τὸν ἦχον, ἰδία δὲ τὴν φωνὴν τῶν ναυτῶν: καὶ ἐγίνετο ἄκουσμα τερπνόν. Φθανούσης τῆς ἀπὸ θαλάσσης φωνῆς, ἡ ἐκ τῆς γῆς φονὴ τοσοῦτον ἐπαύετο βράδιον, ὅσον ἤρξατο. Ὁ μὲν οὖν Δάφνις εἰδὼς τὸ πραττόμενον, μόνῃ τῇ θαλάσσῃ προσεῖχε: καὶ ἐ-

torum vivos transferre. Quod igitur ſolenne eſt nautis, adlevandam laboris moleſtiam, hoc idem illi egerunt, dum remos attollebant. Vnus quippe Celauſtes illis occinebat cantus nauticos: at reliqui quemadmodum chorus, vocibus inter ſe conſonantibus, ad illius opportunè reſonabant vocem. Hæc cum aperto facerent mari, vox evaneſcebat aëris per ingens ſpatium diffuſa. At ex quo curſu promontorium ſubiiſſent, invectique ſinum concavum, lunarique formâ ſpatioſum, longè major audiebatur clamor, manifeſtèque in terram celeuſmata, cantioneſque emanabant: cava quippe convallis campo imminens, vocemque non aliter in ſe quam organum excipiens, omnium quæ proferebantur, æmulam reddebat vocem: ſeparatim remorum ſtrepitum: ſeparatim etiam nauticæ pubis clamorem: & erat jucundum auditu. Vox hæc à terrâ reddita eo deſinebat tardius, quo lentius initium à voce è mari prævenienté, ſumpſiſſet. Daphnis igitur non ignarus quid ageretur, animum ad mare ſolum advertit,

de-

τέρπετο τῇ νηῒ παρατρεχούσῃ τὸ πεδίον θᾶττον πτεροῦ· καὶ ἐπειρᾶτό τινα διασώσασθαι τῶν ᾀσμάτων, ὡς γένοιτο τῆς σύριγγος μέλη. Ἡ δὲ Χλόη τότε πρῶτον πειρωμένη τῆς καλουμένης ἠχοῦς, ποτὲ μὲν εἰς τὴν θάλασσαν ἀπέβλεπε τῶν ναυτῶν κελευόντων, ποτὲ δὲ εἰς τὴν ὕλην ὑπέστρεφε ζητοῦσα τοὺς ἀντιφωνοῦντας. Καὶ ἐπεὶ παραπλευσάντων ἦν καὶ τῷ αὐλῶνι σιγὴ, ἐπυνθάνετο τοῦ Δάφνιδος, εἰ καὶ ὀπίσω τῆς ἄκρας ἐστὶ θάλασσα, καὶ ναῦς ἄλλη παραπλεῖ, καὶ ἄλλοι ναῦται τὰ αὐτὰ ᾖδον, καὶ ἅμα πάντες σιωπῶσι. Γελάσας οὖν ὁ Δάφνις ἡδὺ, καὶ φιλήσας ἥδιον φίλημα, καὶ τὸν τῶν ἴων στέφανον ἐκείνῃ περιθεὶς, ἤρξατο αὐτῇ μυθολογεῖν τὸν μῦθον τῆς ἠχοῦς, αἰτήσας, εἰ διδάξειε, μισθὸν παρ' αὐτῆς ἄλλα φιλή-
„ ματα δέκα· Νυμφῶν, ὦ κόρη,
„ πολὺ γένος, Μελίαι, Δρυάδες,
„ καὶ Ἕλειοι· πᾶσαι καλαὶ, πᾶ-
„ σαι μουσικαί: καὶ μιᾶς τούτων
„ θυγάτηρ Ἠχὼ γίνεται· θνητὴ
„ μὲν, ὡς ἐκ πατρὸς θνητοῦ· κα-
„ λὴ δὲ ὡς ἐκ μητρὸς καλῆς· τρέ-

delectatus navigio terram ocius volucre præterlabente: tentabatque conſervare ex his cantiunculis quaſdam, quas ſuâ deinde caneret fiſtulâ. Chloë verò tum primum Echo, quam vocant, experta, aliquando reſpiciebat mare, dum nautæ ſuum celeuſma canebant, nonnunquam ad ſylvam ſe convertebat, de iis qui reſonabant diligenter inquirens. Poſteaquam autem cum præternavigantium, etiam in convalle altum eſſet ſilentium, Daphnidem percontabatur, num à tergo ejus promontorii etiam eſſet mare, ſive alia prætervcheretur navis, aliive nautæ eadem canerent, cunctique ſimul tacerent? Suaviter igitur Daphnis ridens, & ſuaviori impreſſo oſculo, impoſitâque illi violaceâ corollâ, occepit narrare fabulam de Echo, ſtipulatus ab illa pro docendo, alia decem baſia operæ mercedem. Nympharum, mi puella, multiplex genus eſt. Sunt Melicæ, Dryades, & Heliæ, omnes formoſæ, cunctæ canendi peritæ: atque unius harum Echo filia eſt, mortalis quidem, ut patre prognata mortali, formoſa utpote ſcitâ nata matre: Edu-

„φεται μὲν ὑπὸ νυμφῶν· παιδεύεται δὲ ὑπὸ μουσῶν συρίζειν, αὐλεῖν τὰ πρὸς λύραν, τὰ πρὸς κιθάραν, πᾶσαν ᾠδήν· ὥστε καὶ παρθενίας εἰς ἄνθος ἀκμάσασα ταῖς νύμφαις συνεχόρευε· ταῖς μούσαις συνῇδεν· ἄῤῥενας δὲ ἔφευγε πάντας, καὶ ἀνθρώπους καὶ θεοὺς, φιλοῦσα τὴν παρθενίαν. Ὁ Πὰν ὀργίζεται τῇ κόρῃ, τῆς μουσικῆς φθονῶν· τοῦ κάλλους μὴ τυχών· καὶ μανίαν ἐμβάλλει τοῖς ποιμέσι, καὶ τοῖς αἰπόλοις: οἱ δὲ ὥσπερ κύνες ἢ λύκοι διασπῶσιν αὐτὴν, καὶ ῥίπτουσιν εἰς πᾶσαν γῆν ἔτι ᾄδουσαν τὰ μέλη: καὶ τὰ μέλη γῆ χαριζομένη νύμφαις, ἔκρυψε πάντα, καὶ ἐτήρησε τὴν μουσικὴν, καὶ γνώμῃ μουσῶν ἀφίησι φωνήν: καὶ μιμεῖται πάντα, καθάπερ τότε ἡ κόρη, θεοὺς, ἀνθρώπους, ὄργανα, θηρία: μιμεῖται καὶ αὐτὸν συρίττοντα τὸν Πᾶνα: ὁ δὲ ἀκούσας, ἀναπηδᾷ καὶ διώκει κατὰ τῶν ὀρῶν, οὐκ ἐρῶν τυχεῖν, ἀλλ' ἢ τοῦ μαθεῖν τίς ἐστιν ὁ λανθάνων μαθητής. Ταῦτα μυθολογήσαντα τὸν Δάφνιν, οὐ δέκα μόνον φιλήματα, ἀλλὰ πάνυ

Educatur à Nymphis, docetur à Muſis fiſtula canere quamlibet cantilenam, quâ ad lyram, quâ ad citharam Quamobrem jam virgo in flore ætatis conſtituta unâ cum Nymphis choros ducebat, cumque Muſis canebat: virginitatis amans, mares vitabat omnes, tam homines, quam Deos. Pan ſuccenſet illi, invidens hanc canendi peritiam. Et repulſam illius formæ paſſus, furorem opilionibus, caprariiſque immittit: Hi verò haud aliter quam canes aut lupi illam diſcerpunt, atque terram in omnem, etiamnum modulantem carmina, diſpergunt: ſed terra in gratiam Muſarum, cuncta membra occuluit, muſicamque ſervavit, atque Muſarum conſilio vocem emittit. Imitatur omnia, ſicuti cum puella erat, videlicet Deos, homines, muſica inſtrumenta, etiam feras, quin ipſum Pana fiſtula canentem, qui auditâ modulatione exultat, atque in montibus, non ut illius amore potiatur, perſequitur, ſed ut intelligat, quiſnam lateat diſcipulus. Hac enarratâ fabulâ Daphnidi non modo decem baſia, ſed quam plu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

πολλὰ κατεφίλησεν ἡ Χλόη: μικροῦ γὰρ καὶ τὰ αὐτὰ εἶπεν ἠχὼ, καθάπερ μαρτυροῦσα ὅτι μηδὲν ἐψεύσατο. Θερμοτέρου δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινομένου τοῦ ἡλίου, οἷα τοῦ μὲν ἦρος παυομένου, τοῦ δὲ θέρους ἀρχομένου, πάλιν αὐτοῖς ἐγίνοντο καιναὶ τέρψεις καὶ θέρειοι: ὁ μὲν γὰρ ἐνήχετο ἐν τοῖς ποταμοῖς, ἡ δὲ ἐν ταῖς πηγαῖς ἐλούετο· ὁ μὲν ἐσύριζεν ἁμιλλώμενος πρὸς τὰς πίτυς, ἡ δὲ ᾖδε ταῖς ἀηδόσιν ἐρίζουσα· ἐθήρων ἀκρίδας λάλους· ἐλάμβανον τέττιγας ἠχοῦντας· ἄνθη συνέλεγον· δένδρα ἔσειον· ὀπώρας ἤσθιον· ἤδη ποτὲ καὶ γυμνοὶ συγκατεκλίθησαν, καὶ ἓν δέρμα αἰγὸς ἐπεσύραντο· καὶ ἐγένετο ἂν γυνὴ Χλόη ῥᾳδίως, εἰ μὴ Δάφνιν ἐτάραξε τὸ αἷμα. Ἀμέλει καὶ δεδοικὼς μὴ νικηθῇ τὸν λογισμόν ποτε, πολλὰ γυμνοῦσθαι τὴν Χλόην οὐκ ἐπέτρεπεν: ὥστε ἐθαύμαζε μὲν ἡ Χλόη, τὴν δὲ αἰτίαν ᾐδεῖτο πυθέσθαι. Ἐν τῷ θέρει τῷδε, καὶ μνηστήρων πλῆθος ἦν περὶ τὴν Χλόην, καὶ πολλοὶ πολλαχύθεν ἐφοίτων παρὰ Δρύαντα πρὸς

plurima dedit Chloë: eadem fermè ſonuit Echo, ſuo ut teſtimonio confirmans, illum nihil mentitum fuiſſe. Jam indies Sole magis magiſque ferveſcente, utpote ſeneſcente vere, at æſtate ineunte, iterum illis oboriuntur novæ, æſtivæqne voluptates. Quippe natabat ille in fluviis, abluebat ſe illa fontibus: Canebat fiſtulâ ille cum Pinis certans, modulabatur illa cum luciniis contendens: venabantur locuſtas garrulas: cicadas capiebant canoras: flores legebant: fructus arboribus decutiebant, poma comedebant. Jam tandem nudi concubuere, atque una capræ pelle inſtrati jacuere: Imò mulier facile fuiſſet facta Chloë, ſi non ſanguis ille deterruiſſet Daphnidem. Certè veritus, ne ratio aliquando ſua dimoveretur ſede, crebra nudari Chloën non permittebat: mirabatur id igitur Chloë, ſed cauſam ejus ſciſcitari verecundatur. Eâdem hac æſtate complures Chloën ambiebant proci, & undique frequentes veniebant ad Dryantem, ip-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

γάμον αἰτοῦντες αὐτήν· καὶ οἱ μὲν τι δῶρον ἔφερον, οἱ δὲ ἐπηγγέλλοντο μεγάλα: ἡ μὲν οὖν Νάπη ταῖς ἐλπίσιν ἐπαιρομένη, συνεβούλευσεν ἐκδιδόναι τὴν Χλόην, μηδὲ κατέχειν οἴκοι, πρὸς πλέον τηλικαύτην κόρην, ἣ τάχα μικρὸν ὕστερον νέμουσα τὴν παρθενίαν ἀπολέσει, καὶ ἄνδρα ποιήσεταί τινα τῶν ποιμένων ἐπὶ μήλοις ἢ ῥόδοις: ἀλλ' ἐκείνην τε ποιῆσαι δέσποιναν οἰκίας; καὶ αὐτοὺς πολλὰ λαβόντας, ἰδίῳ φυλάττειν αὐτὰ καὶ γνησίῳ παιδίῳ. (ἐγεγόνει δὲ αὐτοῖς ἄρῥεν παιδίον οὐ πρὸ πολλοῦ τινος) ὁ δὲ Δρύας ποτὲ μὲν ἐθέλγετο τοῖς λεγομένοις, μείζονα γὰρ ἢ κατὰ ποιμαίνουσαν κόρην δῶρα ὠνομάζετο παρ' ἑκάστου: ποτὲ δὲ ὡς κρείττων ἐστὶν ἡ παρθένος μνηστήρων γεωργῶν, καὶ εἴ ποτε τοὺς ἀληθινοὺς γονέας εὕροι, μεγάλως αὐτοὺς εὐδαίμονας θήσει, ἀνεβάλλετο τὴν ἀπόκρισιν, καὶ εἷλκε χρόνον ἐκ χρόνου: καὶ ἐν τῷ τέως ἀπεκέρδαινεν οὐκ ὀλίγα δῶρα. Ἡ μὲν δὴ μαθοῦσα, λυπηρῶς πάνυ διῆγε, καὶ τὸν Δάφνιν ἐλάνθανεν ἐπιπολὺ λυπεῖν οὐ

ipſam ſibi uxorem petentes: quorum alii donum aliquod offerebant, alii magna promittebant. Napa igitur hac ſpe impulſa auctor elocandi Chloën fuit, rata non eſſe conſultum, tam grandem puellam diutius detinere domi, quæ forſan paulo poſt inter paſcendum virginitatem ſuam perditura ſiet, alicui paſtorum, acceptis roſis maliſque, nuptura: ſed facere potius illam matrem familias, & multa illa accepta dona, proprio genuinoque ſervare filiolo (nata enim non ita pridem fuerat iis maſcula proles) Dryas interdum quidem dictis demulcebatur, majora enim quam pro paſtoritia puella nominabantur munera: interdum verò illam præſtantiorem eſſe cenſet, quam quæ ruſticis illis ſit elocanda procis; & quæ veris ſuis inventis aliquando parentibus ipſos admodum beatos ſit redditura; itaque ſuum differebat reſponſum, nectendoque moras tempus de tempore ducebat, interea temporis non pauca inde lucratus munera. Illa verò hoc intellecto, magno in mærore degebat, idque Daphnidem celabat longo tempore, huic ægrè fa-

θέλουσα: ὡς δὲ ἐλιπάρει καὶ ἐνέκειτο πυνθανόμενος, καὶ ἐλυπεῖτο μᾶλλον μὴ μανθάνων, ἢ ἔμελλε μαθὼν, πάντα αὐτῷ διηγεῖται· τοὺς μνηστευομένους, ὡς πολλοὶ καὶ πλούσιοι: τοὺς λόγους, οὓς ἡ Νάπη σπεύδουσα πρὸς τὸν γάμον ἔλεγεν· ὡς οὐκ ἀπείπατο Δρύας, ἀλλ' ὡς εἰς τὸν τρυγητὸν ἀναβέβληται. Ἔκφρων ἐπὶ τούτοις ὁ Δάφνις γίνεται, καὶ ἐδάκρυσε καθήμενος, ἀποθανεῖσθαι μηκέτι μενούσης Χλόης λέγων: καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ τὰ πρόβατα μετὰ τοιοῦτον ποιμένα· Εἶτα ἀνενεγκὼν ἀνεθάῤῥει, καὶ πείσειν ἐνενόει τὸν πατέρα, καὶ ἕνα τῶν μνωμένων αὐτὸν ἠρίθμει, καὶ πολὺ κρατήσειν ἤλπιζε τῶν ἄλλων. Ἓν αὐτὸν ἐτάραττεν, οὐκ ἦν Λάμων πλούσιος: τοῦτο αὐτοῦ τὴν ἐλπίδα μόνον λεπτὴν εἰργάζετο. Ὅμως δὲ ἐδόκει μνᾶσθαι, καὶ τῇ Χλόῃ συνεδόκει: τῷ Λάμωνι μὲν οὐδὲν ἐτόλμησε εἰπεῖν, τῇ Μυρτάλῃ δὲ θαῤῥήσας καὶ τὸν ἔρωτα ἐμήνυσε, καὶ περὶ τοῦ γάμου λόγους προσή-

facere nolens. Cum autem tandem obſervaret, ſciſcitandoque inſtaret, atque majori mærore, re non intellectâ, quam perceptâ, afficeretur, cuncta illi patefacit: Videlicet, quam ſint multi & locupletes, qui nuptias ipſius ambiant, quæ verba Napa ad nuptias feſtinans dixerit: quomodo Dryas non abnuiſſet, ſed in vindemiam diſtuliſſet. Ad inſaniam his dictis adigitur Daphnis, ſedenſque lachrymarum torrentibus inundatur, dicens ſe remotâ Chloë, ilico rebus humanis ereptum iri: neque ipſum ſolum, verum etiam poſt talem paſtorem, ipſas oves. Deinde cum ad ſe rediiſſet, animum recipiebat, & in animum inducens hoc perſuadere parenti, inter reliquos procos ſuum quoque profitebatur nomen, ſperabatque fore, ut cæteros longè ſuperaret. Sed unum illius animum maximè terrebat: videlicet, Lamon non erat dives: Hoc ſolum ſpem ejus imminuebat. Nihilominus ambire decrevit, cenſuitque ita faciendũ Chloë: Lamoni nihil quidem revelare auſus, verum Myrtalæ obſirmato jam animo ſui indicium amoris fecit, deque nuptiis

νεγκεν: ἡ δὲ τῷ Λάμωνι νύκτωρ ἐκοινωνήσατο. σκληρῶς δὲ ἐκείνου τὴν ἔντευξιν ἐνεγκόντος, καὶ λοιδορήσαντος, εἰ παιδὶ θυγάτριον ποιμένων προξενεῖ, μεγάλην ἐν τοῖς γνωρίσμασιν ἐπαγγελλομένῳ τύχην, ὃς αὐτοὺς εὑρὼν τοὺς οἰκείους, καὶ ἐλευθέρους θήσει, καὶ δεσπότας ἀγρῶν μειζόνων. Ἡ Μυρτάλη διὰ ἔρωτα φοβουμένη, μὴ τελέως ἀπελπίσας ὁ Δάφνις τὸν γάμον, τολμήσει τι θανατῶδες, ἄλλας αὐτῷ τῆς ἀντιρρήσεως αἰτίας ἀπήγγελλε. Πένητες ἐσμὲν, ὦ παῖ, καὶ δεόμεθα νύμφης φερούσης τι μᾶλλον: οἱ δὲ πλούσιοι καὶ πλουσίων νυμφίων δεόμενοι. Ἴθι δὴ πεῖσον Χλόην, ἡ δὲ τὸν πατέρα, μηδὲν αἰτεῖν μέγα, καὶ γαμεῖν, πάντως: κἀκείνη φιλεῖ σε, καὶ βούλεται συγκαθεύδειν πένητι καλῷ μᾶλλον, ἢ πιθήκῳ πλουσίῳ. Μυρτάλη μὲν οὔποτε ἐλπίσασα Δρύαντα τούτοις συνθήσεσθαι, μνηστῆρας ἔχοντα πλουσιωτέρους, εὐπρεπῶς ᾤετο παρῃτῆσθαι τὸν γάμον: Δάφνις δὲ οὐκ εἶχε μέμφεσθαι τὰ λεγόμενα, λειπόμενος δὲ πολὺ τῶν αἰτου-

ptiis ſermonem injecit: Hæc Lamoni rem omnem communicavit, duriter colloquium hoc accipienti, acriterque illam objurganti, quod paſtorum filiolam ſuo filio conciliatrix copulatam vellet, ingentem fortunam ſuis monumentis pollicenti, qui ſuis inventis propinquis, ipſos in libertatem aſſertos, dominos majorum agorum facturus ſiet. Myrtale verita, ne Daphnis deſperatis omnino nuptiis, præ amore ſuos anticiparet manes, alias cauſas repulſæ illi refert: Pauperes ſumus, mi fili, quin potius opus habemus, quæ conferat aliquid, ſponſâ: & divites etiam opulentos ſibi petunt ſponſos; i nunc perſuade Chloæ, illa autem patri ſuo perſuadeat, te nihil magni petere, ſed ducere velle. Illa te afflictim amat, & mavult cum paupere formoſo, quam divite cum ſimio concumbere. Myrtala, nunquam ſperans fore, ut Dryas hiſce conſenſum adhiberet, longè divitiores habens procos, ſpecioſo hoc prætextu putabat nuptias eſſe recuſatas. Dicta hæc Daphnis minus valebat carpere. At cùm eſſet longè inferior reliquis,

μένων, τὸ σύνηθες ἐρασταῖς πενομένοις ἔπραττεν· ἐδάκρυε, καὶ τὰς νύμφας αὖθις ἐκάλει βοηθούς. αἱ δὲ αὐτῷ καθεύδοντι νύκτωρ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐφίστανται σχήμασιν, ἐν οἷς καὶ πρότερον· ἔλεγε δὲ ἡ πρεσβυτάτη πάλιν. Γάμου μὲν μέλει τῆς ἀλόης ἄλλῳ θεῷ, δῶρα δέ σοι δώσομεν ἡμεῖς, ἃ θέλξει Δρύαντα. Ἡ ναῦς ἡ τῶν Μηθυμναίων νεανίσκων, ἧς τὸν λύγον αἱ σαί ποτε αἶγες κατέφαγον, ἡμέρα μὲν ἐκείνῃ μακρὰν τῆς ἀπηνέχθη πνεύματι: νυκτὸς δὲ, πελαγίου ταράξαντος ἀνέμου τὴν θάλασσαν, εἰς τὴν γῆν εἰς τὰς ἄκρας πέτρας ἐξεβράσθη. Αὐτὴ μὲν οὖν διεφθάρη, καὶ πολλὰ τῶν ἐν αὐτῇ: βαλάντιον δὲ τρισχιλίων δραχμῶν ὑπὸ τοῦ κύματος ἀπεπλύσθη, καὶ κεῖται φυκίοις κεκαλυμμένον πλησίον δελφῖνος νεκροῦ, δι' ὃν οὐδεὶς οὐδὲ προσῆλθεν ὁδοιπόρος τὸ δυσῶδες τῆς σηπεδόνος παρατρέχων. Ἀλλὰ σὺ πρόσελθε, καὶ προσελθὼν ἄνελε, καὶ ἀνελόμενος δός. ἱκανόν σοι δόξαι νῦν μὴ πένητι: χρόνῳ δὲ ὕστερον ἔσῃ καὶ πλούσιος.

qui ambiebant, quod egenis amatoribus moris eſt, facit: plorabat, inque auxilium iterum vocabat Nymphas, quæ noctu eodem habitu, quo ante hac fuerant indutæ, huic dormienti ſuperveniunt: atque rurſum natu maxima verba faciebat. Alii Deo conjugii amaror curæ eſt, ſed nos munera, quæ Dryantem demulcebunt, tibi conferemus. Navis illa, quæ eſt Methymnæorum juvenum, cujus vimineum funem tuæ aliquando capræ morſu avulſerunt, eodem illo die longè à terrâ in altum provecta fuit; ſed nocte, vento ex alto ſpirante, mareque turbante, ad terram in arduas cautes eſt ejecta. Ipſamet igitur periit, multaque quæ in illâ erant: at marſupium ter mille drachmis plenum à fluctu excuſſum, jacet algâ coopertum propè Delphinum mortuum, nullus ob quem viator acceſſit: putredinis hujus fætorem præteriens. Cæterum tu accede, & ubi acceſſeris, tolle, & ſublatum trade. Sufficit, te non haberi nunc pro paupere: quodam poſtea tempore, eris etiam dives. Hiſce

Αἱ μὲν ταῦτα εἰποῦσαι τῇ νυκτὶ, συναπῆλθον: γενομένης δὲ ἡμέρας ἀναπηδήσας ὁ Δάφνις περιχαρὴς ἤλαυνε ῥοίζῳ πολλῷ τὰς αἶγας εἰς τὴν νομήν: καὶ τὴν Χλόην φιλήσας, καὶ τὰς νύμφας προσκυνήσας, κατῆλθεν ἐπὶ θάλασσαν, ὡς περιῤῥάνασθαι θέλων: καὶ ἐπὶ τῆς ψάμμου πλησίον τῆς κυματώδους γῆς ἐβάδιζε ζητῶν τὰς τρισχιλίας. ἔμελλε δὲ ἄρα οὐ πολὺν κάματον ἕξειν: ὁ γὰρ δελφὶς οὐκ ἀγαθὸν ὀδωδὼς αὐτῷ προσέπιπτεν ἐῤῥιμμένος καὶ μυδῶν, οὗ τῇ σηπεδόνι καθάπερ ἡγεμόνι χρώμενος ὁδοῦ, προσῆλθέ τε εὐθὺς, καὶ τὰ φυκία ἀφελὼν, εὑρίσκει τὸ βαλάντιον ἀργυρίου μεστόν: τοῦτο ἀνελόμενος, καὶ εἰς τὴν πήραν ἐνθέμενος, οὐ πρόσθεν ἀπῆλθε, πρὶν τὰς νύμφας εὐφημῆσαι καὶ αὐτὴν τὴν θάλασσαν: καίπερ γὰρ αἰπόλος ὢν, ἤδη καὶ τὴν θάλασσαν ἐνόμιζε τῆς γῆς γλυκυτέραν, ὡς εἰς τὸν γάμον αὐτῷ τὸν Χλόης συλλαμβάνουσαν. Εἰλημμένος δὲ τῶν τρισχιλίων, οὐκέτ᾽ ἔμελλεν: ἀλλ᾽ ὡς πάντων ἀνθρώπων πλουσιώτατος, οὐ

Hiſce dictis, illæ ſimul cum, nocte abierunt: orto autem die proſiliens è lecto Daphnis plenus gaudii, magno cum impetu paſtum agebat greges: atque oſculatus Chloën, adoratis Nymphis, ad mare deſcendit, ſe quaſi abluturus: deinde per arenam prope littoris crepidinem incedebat, quærens tria illa millia, quæ profectò ſine multo negotio habiturus erat: Quippe Delphin malè olens, projectus ibi & putreſcens naribus ejus incurrit, cujus putredine inſtar viæ ducis uſus, ſtatim adiit, & ſublatâ algâ, crumenam argenti plenam invenit: hac ſublatâ, inque peram reconditâ, non ante diſceſſit, quam Nymphas, ipſumque collaudaſſet mare: Tametſi enim caprarius eſſet, jam tamen mare jucundius terrâ judicabat, utpote in nuptiis Chloës conciliandis ſibi opem ferens. Hic autem acceptis tribus illis millibus, non amplius morabatur: At veluti non mo-

μόνον τῶν ἐκεῖ γεωργῶν, αὐτίκα ἐλθὼν παρὰ τὴν Χλόην διηγεῖται τὸ ὄναρ· δείκνυσι τὸ βαλάντιον· κελεύει τὰς ἀγέλας φυλάττειν, ἐς τ' ἂν ἐπανέλθη· καὶ συντείνας, σοβεῖ παρὰ τὸν Δρύαντα: καὶ εὑρὼν πυροὺς τινας ἀλωνοτριβοῦντα μετὰ τῆς Νάπης, πάνυ θρασὺν ἐμβάλλει λόγον περὶ γάμου. Εμοὶ δὸς Χλόην γυναῖκα: ,, ἐγὼ καὶ συρίζειν οἶδα καλῶς, ,, καὶ κλᾶν ἄμπελον, καὶ φυτὰ ,, κατορύσσειν· οἶδα καὶ γῆν ἀροῦν, ,, καὶ λικμῆσαι πρὸς ἄνεμον· ἀγέ- ,, λην δὲ ὅπως νέμω μάρτυς Χλόη· ,, πεντήκοντα αἶγας παραλαβὼν, ,, διπλασίονας πεποίηκα· ἔθρεψα ,, καὶ τράγους μεγάλους, καὶ καλοὺς, ,, πρότερον δὲ ἀλλοτρίοις τὰς αἶ- ,, γας ὑπεβαλλόμεθα: ἀλλὰ καὶ νέος ,, εἰμὶ, καὶ γείτων ὑμῖν ἄμεμπτος· ,, καί με ἔθρεψε αἲξ, ὡς Χλόην ,, ὄϊς· τοσοῦτον δὲ τῶν ἄλλων κρα- ,, τῶν, οὐδὲ δώροις ἡττηθήσομαι· ,, ἐκεῖνοι δώσουσιν αἶγας καὶ πρόβα- ,, τα, καὶ ζεῦγος ψωραλέων βοῶν, ,, καὶ σῖτον μηδὲ ἀλεκτορίδας θρέ- ,, ψαι δυνάμενον, παρ' ἐμοῦ δὲ

modo illic agricolarum, ſed omnium mortalium ditiſſimus, ſtatim ad Chloën venit, eique ſomnium enarrat: oſtendit loculos: jubet illam rationem habere gregis, donec reverſus fuerit: citatoque gradu ad Dryantem fertur animoſe, quem cum inveniſſet unâ cum Napâ granis in areâ excutiendis occupatum, magnâ cum fiduciâ de matrimonio infert ſermonem talem: Da mihi in uxorem Chloën. Ego novi canere egregiè tibiâ, putare vitem, & ſtirpem infodere in terram. Novi etiam arare terram, frumentique retrimenta ad ventulum vanno excutere. Quomodo gregem paſcam, teſtis eſt Chloë: quinquaginta acceptas capras, duplicavi: educavi etiam ingentes atque formoſos hircos, cum antea alienis noſtras ſubmitteremus capras. Juvenis ſum etiam, vicinuſque veſter, vitæ inculpatæ: quin me capra educavit ſicuti Chloën ovis. Qui tantum alios ſuperans, neqnaquam conferendis donis ſuccumbam. Dabunt illi capras oveſque, item par ſcabioſorum boum, nec non frumentum, ne gallinis quidem cibandis idoneum. A me offeruntur vobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

αἵδε ὑμῖν τρισχίλιαι, μόνον ἴστω οὗτο μηδεὶς, μὴ Λάμων αὐτὸς ὁ ἐμὸς πατήρ. Ἅμα τε ἐδίδου, καὶ περιβαλὼν, κατεφίλει. Οἱ δὲ παρ' ἐλπίδα ἰδόντες τοσοῦτον ἀργύριον, αὐτίκα τε δώσειν ὑπηγγέλλοντο τὴν Χλόην, καὶ πείσειν ὑπισχνοῦντο Λάμωνα. Ἡ μὲν οὖν Νάπη μετὰ τοῦ Δάφνιδος αὐτοῦ μένουσα, περιήλαυνε τοὺς βοῦς, καὶ τοῖς τριβόλοις κατειργάσατο τὸν στάχυν: ὁ δὲ Δρύας θησαυρίσας τὸ βαλάντιον ἔνθα ἀπέκειτο τὰ γνωρίσματα, ταχὺς παρὰ τὸν Λάμωνα καὶ τὴν Μυρτάλην ἐφέρετο, μέλλων παρ' αὐτῶν, τὸ καινότατον, μνᾶσθαι νυμφίον. Εὑρὼν δὲ κἀκείνους κριθία μετροῦντας οὐ πρὸ πολλοῦ λελικμημένα, ἀθύμως τε ἔχοντας ὅτι μικροῦ δεῖν ὀλιγώτερα ἦν τῶν καταβληθέντων σπερμάτων, ἐπ' ἐκείνοις μὲν παρεμυθήσατο, κοινὴν ὁμολογήσας αἰτίαν πανταχοῦ γεγονέναι: τὸν δὲ Δάφνιν ᾐτεῖτο Χλόῃ, καὶ ἔλεγεν ὅτι πολλὰ ἄλλων διδόντων, οὐδὲν παρ' αὐτῶν λήψεται: μᾶλλον δέ τοι οἴκοθεν αὐτοῖς ἐπιδώσει: συντέθραπται γὰρ ἀλλήλοις, κἂν

tria hæcce drachmarum millia, ſed cautio eſt, ne quis id reſciſcat, ne quidem ipſe Lamon meus parens. Et cum dicto dabat, amplexuſque oſculabatur. Hi tanta argenti conſpecta vi, omnem præter ſpem, è veſtigio Chloën huic uxorem ſpondebant, idemque ſe Lamoni perſuaſuros pollicebantur. Napa igitur cum Daphnide ibidem manens, boves circumagebat, atque tribulis trituram conficiebat. Dryas recondito marſupio, ubi monumenta repoſita habebat, citato gradu ad Lamonem Myrtalamque ferebatur, ab iis tanquam pararius, quod maximè mireris, ſponſum petiturus: Quos cum offendiſſet grana metientes, non ita pridem vanno repurgata, animoſque deſpondentes, quod fermè pauciora eſſent, quam quæ terræ mandaſſent ſemina, propterea conſolatus eſt illos, ubique locorum communem hanc eſſe quærimoniam profeſſus: Et petebat Chloæ Daphnidem, dicens ſe ab aliis nihil quicquam, licet multa offerentibus, eſſe accepturum: quin potius illis de bonis ſuis quidpiam largiturum; paſcendoque con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

μηδὲν φοβηθῇς· ἀδελφός εἰμί σου, καὶ γονεῖς οἱ μέχρι νῦν δεσπόται· νῦν ἡμῖν Λάμων τὴν αἶγα εἶπε, καὶ τὰ γνωρίσματα ἔδειξεν· ὅρα δὲ ἐπιστραφεὶς, πῶς ἴασι φαιδροὶ καὶ γελῶντες· ἀλλ' ἐμὲ πρῶτον φίλησον· ὄμνυμι δὲ τὰς νύμφας, ὡς οὐ ψεύδομαι. Μόλις μετὰ τὸν ὅρκον ἔστη· καὶ τὸν Ἄστυλον τρέχοντα περιέμεινε, καὶ προσελθόντα κατεφίλησεν· ἐν ᾧ δὲ ἐκεῖνον ἐφίλει, πλῆθος τὸ λοιπὸν ἐπιρρεῖ θεραπόντων, θεραπαινῶν, αὐτὸς ὁ πατὴρ, ἡ μήτηρ μετ' αὐτοῦ: οὗτοι πάντες περιέβαλλον, κατεφίλουν χαίροντες, κλαίοντες· ὁ δὲ τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα πρὸ τῶν ἄλλων ἐφιλοφρονεῖτο: καὶ ὡς πάλαι εἰδὼς προσεστερνίζετο, καὶ ἐξελθεῖν τῶν περιβολῶν οὐκ ἤθελεν: οὕτω φύσις ταχέως πιστεύεται. ἐξελάθετο καὶ Χλόης παρ' ὀλίγον: καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν ἔπαυλιν, ἐσθῆτά τε ἔλαβε πολυτελῆ, καὶ παρὰ τὸν πατέρα τὸν ἴδιον καθεσθεὶς, ἤκουεν αὐτοῦ λέγοντος οὕτως. Ἔγημα,

nihil eſt quod verearis. Sum tuus frater, & ſunt parentes tui, qui tui ad hocuſque tempus erant heri. Nunc nobis Lamon indicavit capram, atque crepundia exhibuit. Vide converſus quam læti incedant, quantopere gaudeant. Sed me primum oſculo imperti. Juro per Nymphas me nihil alienum à veritate loqui. Vix à præſtito juramento greſſum ſtitit, Aſtylumque currentem expectavit, atque accendentem oſculo excepit. Interea dum illum oſculo impertiebat, reliqua ſervorum ancillarumque turba, affluebat, quin & pater una cum matre: Hi omnes illum amplexabantur, deoſculabantur cum gaudio atque fletu. Ante omnes vero genitorem atque genitricem comiter & humane excipiebat: & acſi jam pridem noviſſet, toto pectore accipiebat exireque amplexibus recuſabat. Tam citò ſibi invenit fidem natura. Et parum aberat, quin Chloës fuiſſet oblitus: Cumque jam veniſſet ad villam, pretioſam accepit veſtem, juxtaque genuinum parentem cum ſe collocaſſet, hunc in modum verba facientem audivit: Duxi, filii, admodum juvenis uxorem, atque exi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

,, ὦ παῖδες, κομιδῇ νέος, καὶ χρό-
,, νου διελθόντος ὀλίγου, πατὴρ ὡς
,, ᾤμην εὐτυχὴς ἐγεγόνειν: ἐγέ-
,, νετο γάρ μοι πρῶτος υἱὸς, καὶ
,, δευτέρα θυγάτηρ, καὶ τρίτος Ἄστυ-
,, λος· ᾤμην ἱκανὸν εἶναι τὸ γέ-
,, νος: καὶ γενόμενον ἐπὶ πᾶσι τοῦτο
,, παιδίον, ἐξέθηκα: οὐ γνωρίσματα
,, ταῦτα συνεκθεὶς, ἀλλὰ ἐντά-
,, φια. Τὰ δὲ τῆς τύχης, ἄλλα
,, βουλεύματα: ὁ μὲν γὰρ πρεσβύτε-
,, ρος παῖς καὶ ἡ θυγάτηρ ὁμοίᾳ
,, νόσῳ μιᾶς ἡμέρας ἀπώλοντο: σὺ
,, δέ μοι προνοίᾳ θεῶν ἐσώθης, ἵνα
,, πλείους ἔχωμεν χειραγωγούς·
,, μήτε οὖν σύ μοι μνησικακήσῃς ποτὲ
,, τῆς ἐκθέσεως, ἑκὼν γὰρ οὐκ ἐβου-
,, λευσάμην: μήτε σὺ λυπηθῇς
,, Ἄστυλε μέρος ληψόμενος ἀντὶ
,, πάσης τῆς οὐσίας, κρεῖττον γὰρ τοῖς
,, εὖφρονοῦσιν ἀδελφοῦ, κτῆμα οὐδέν:
,, ἀλλὰ φιλεῖτε ἀλλήλους, καὶ χρη-
,, μάτων ἕνεκα καὶ βασιλεῦσιν ἐρί-
,, ζετε: πολλὴν μὲν ὑμῖν καταλεί-
,, ψω γῆν, πολλοὺς δὲ οἰκέτας δε-
,, ξιοὺς· χρυσὸν· ἄργυρον· ὅσα ἄλ-
,, λα εὐδαιμόνων κτήματα· μόνον
,, ἐξαίρετον τοῦτο Δάφνιδι τὸ χω-

exiguo exacto temporis ſpatio, genitor, ut ego arbitrabar, fortunatus eram: primus enim partus filius erat, alter filia, tertius Aſtylus. Ratus itaque hoſce ſufficere generi noſtro, hunc etiamnum infantulum, poſt omnes natum, expoſui, expoſitis his una, non veluti monumentis, verum potius funebribus ornamentis. At aliter viſum fuit fortunæ. Natu quippe major filius & ipſa filia eodem morbo uno die perierunt: At tu Deorum providentia mihi es ſervatus, quo plures, qui manu ducant, habeamus. Cave unquam in me ſis animo malevolo expoſitionis hujus nomine, etenim non temerè hoc conſilium inivi. Neque eſt, Aſtyle, quod tu mœreas, licet pro aſſe ſemiſſem totius ſubſtantiæ accepturus: Hominibus enim ſapientibus nulla fratre præſtantior eſt poſſeſſio: ſed mutuo vos proſequimini amore, & quod divitias attinet, cum Regibus contendere poteſtis: Magnam vobis relinquam regionem, multos ſervos induſtrios, aurum, argentum, & id genus alia, quæ homines beati poſſident: hunc ſolum agrum Daphni-

phni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ῥεῖον δίδωμι, καὶ Λάμωνα καὶ Μυρτάλην, καὶ τὰς αἶγας, ἃς αὐτὸς ἔνεμεν. Ἔτι αὐτοῦ λέγοντος, Δάφνις ἀναπηδήσας, καλῶς με, εἶπε, ταῦτα, πάτερ, ἀνέμνησας, ἄπειμι τὰς αἶγας ἀπάξων ἐπὶ τὸν ποτὸν: αἵ που νῦν διψῶσαι περιμένουσι τὴν σύριγγα τὴν ἐμὴν, ἐγὼ δὲ ἐνταυθοῖ καθέζομαι. Ἡδὺ πάντες ἐγέλασαν, ὅτι δεσπότης γεγενημένος, ἔτι ἦν αἰπόλος: κἀκείνας μὲν θεραπεύσων ἐπέμφθη τις ἄλλος. Οἱ δὲ θύσαντες Διὶ σωτῆρι, συμπόσιον συνεκρότουν. Εἰς τοῦτο τὸ συμπόσιον οὐχ ἧκε Γνάθων: ἀλλὰ φοβούμενος, ἐν τῷ νεῷ τοῦ Διονύσου, καὶ τὴν ἡμέραν ἔμεινε, καὶ τὴν νύκτα ὥσπερ ἱκέτης. Ταχείας δὲ φήμης εἰς πάντας ἐλθούσης, ὅτι Διονυσοφάνης εὗρεν υἱὸν, καὶ ὅτι Δάφνις ὁ αἰπόλος, δεσπότης τῶν ἀγρῶν εὑρέθη, ἅμα ἕῳ συνέτρεχον ἄλλος ἀλλαχόθεν, τῷ μὲν μειρακίῳ συνηδόμενοι, τῷ δὲ πατρὶ αὐτοῦ δῶρα κομίζοντες: ἐν οἷς καὶ ὁ Δρύας πρῶτος, ὁ τρέφων τὴν Χλόην: ὁ δὲ Διονυσοφάνης κατεῖχε πάντας, κοινωνοὺς μετὰ τὴν εὐφροσύ-

phnidi præcipuum do, nec non Lamonem atque Myrtalam, ipſaſque, quas ipſemet, pavit, capras. Illo etiamnum loquente, Daphnis à ſede proſiliens, rectè illa, inquit, parens, mihi in memoriam revocaſti: exeo capras educturus ad potum: quæ alicubi ſitientes meam expectant fiſtulam, ego verò hic ſedeo. Riſerunt ſuaviter omnes, quod Dominus factus, etiamnum caprarius eſſe vellet: At alius miſſus fuerat, illarum geſturus curam. Hi autem ſacris Jovi Servatori factis, convivium celebrabant, ad quod ſolus non acceſſit gnatho, qui ſibi timens, æde in Bacchi, tanquam ſupplex, diem atque noctem manſit. Cum jam fama ad omnium perveniſſet aures, Dionyſophanem ſuum inveniſſe filium, atque Daphnidem caprarium illum, dominium agrorum eſſe adeptum, prima luce alii aliunde concurrebant, adoleſcenti gratulantes, patri autem munera conferentes: inter quos Dryas, altor Chloës, primus erat. Omnes detinebat Dionyſophanes, poſt delectationem hanc etiam feſti par-

νην καὶ τῆς ἑορτῆς ἐσομένης· παρεσκεύαστο δὲ πολὺς μὲν οἶνος. πολλὰ δὲ ἄλευρα· ὄρνιθες ἕλειοι· χοῖροι γαλαθηνοί· μελιτώματα ποικίλα· καὶ ἱερεῖα δὲ πολλὰ τοῖς ἐπιχωρίοις θεοῖς ἐθύετο· ἐνταῦθα ὁ Δάφνις συναθροίσας πάντα τὰ ποιμενικὰ κτήματα, διένειμεν ἀναθήματα τοῖς θεοῖς· τῷ Διονύσῳ μὲν, ἀνέθηκε τὴν πήραν, καὶ τὸ δέρμα· τῷ Πανὶ τὴν σύριγγα, καὶ τὸν πλάγιον αὐλόν· τὴν καλαύροπα ταῖς νύμφαις, καὶ τοὺς γαυλοὺς, οὓς αὐτὸς ἐπεκτήνατο· οὕτω δὲ ἄρα τὸ σύνηθες, ξενιζούσης εὐδαιμονίας τερπνότερόν ἐστιν, ὥστε ἐδάκρυσεν ἐφ᾽ ἑκάστῳ τούτων ἀπαλλασσόμενος: καὶ οὔτε τοὺς γαυλοὺς ἀνέθηκε, πρὶν ἀμέλξαι, οὔτε τὸ δέρμα πρὶν ἐνδύσασθαι, οὔτε τὴν σύριγγα πρὶν συρίσαι: ἀλλὰ καὶ ἐφίλησεν αὐτὰ πάντα, καὶ τὰς αἶγας προσεῖπε, καὶ τοὺς τράγους ἐκάλεσεν ὀνόμασι: τῆς μὲν γὰρ πηγῆς καὶ ἔπιεν, ὅτι πολλάκις καὶ μετὰ Χλόης. Οὔπω δὲ ὡμολόγει τὸν ἔρωτα, καιρὸν παραφυλάττων: ἐν ᾧ δὲ Δάφνις ἐν θυσίαις ἦν, τάδε γίνεται

participes futuros. Ingens vini apparatus erat: multum farinæ: aves paluſtres: porculi ſubrumi: varia piſtorum opera melle condita: multæque hoſtiæ Diis patriis immolabantur. Tum Daphnis, collectis reculis omnibus paſtoralibus, dona Diis diſtribuit: Baccho peram, atque pellem conſecravit: Pani fiſtulam, nec non tibiam obliquam: Nymphis pedum, & mulctralia, quæ ipſemet fabricaverat. Adeò ſanè id, cui aſſuevimus, quavis adventitia fælicitate potius delectat: quare digrediens ſingula horum lacrymis proſecutus fuit: Nec ante mulctralia illa dicavit, quam in illis mulxiſſet: Neque ante rhenonem ſuum, quam induiſſet: Neque fiſtulam, antequam illâ ceciniſſet: Quin etiam iis omnibus oſculis fixis, allocutus & eſt capras, hircoſque ſuis compellavit nominibus: Bibit & è fonte, quia inde cum Chloë ſæpè aquam hauſerat. Nequedum confitebatur amorem, tantum occaſioni imminens. Quo tempore autem Daphnis ſacris faciendis vacabat, ita ſe habebant res Chloës. Sedebat plorans, paſcebatque oves, dicens, ut veriſimile eſt: me

Da-

περὶ τὴν Χλόην· ἐκάθητο κλαίουσα, τὰ πρόβατα νέμουσα, λέγουσα οἷα εἰκὸς ἦν· ἐξελάθετό μου Δάφνις· ὀνειροπολεῖ γάμους πλουσίους· τί γὰρ αὐτὸν ὀμνύειν ἀντὶ τῶν νυμφῶν τὰς αἶγας ἐκέλευον; κατέλιπε καὶ ταύτας ὡς καὶ Χλόην· οὐδὲ θύων ταῖς νύμφαις, καὶ τῷ Πανὶ, ἐπεθύμησεν ἰδεῖν Χλόην· εὗρεν ἴσως παρὰ τῇ μητρὶ θεραπαίνας ἐμοῦ κρείττονας· χαιρέτω· ἐγὼ δὲ οὐ ζήσομαι. Καὶ τοιαῦτα λέγουσαν, τοιαῦτα ἐννοοῦσαν, ὁ Λάμπις ὁ βουκόλος μετὰ χειρὸς γεωργικῆς ἐπιστὰς, ἥρπασεν αὐτήν: ὡς οὔτε Δάφνιδος ἔτι γαμήσοντος, καὶ Δρύαντος ἐκεῖνον ἀγαπήσοντος· ἡ μὲν οὖν ἐκομίζετο βοῶσα ἐλεεινόν; τῶν δέ τις ἰδόντων ἐμήνυσε τῇ Νάπῃ, κἀκείνη τῷ Δρύαντι, καὶ ὁ Δρύας τῷ Δάφνιδι: ὁ δὲ ἔξω τῶν φρενῶν γενόμενος, οὔτε εἰπεῖν πρὸς τὸν πατέρα ἐτόλμα, καὶ καρτερεῖν μὴ δυνάμενος, εἰς τὸν περίκηπον εἰσελθὼν ὠδύρετο, ὢ πικρᾶς ἀνευρέσεως, λέγων, πόσον ἦν μοι κρεῖττον νέμειν· πόσον ἤμην μακαριώτερος δοῦλος ὤν· τότε ἔβλεπον Χλόην,

Daphnis oblivioni tradidit. Somniat opulentas nuptias: Quorſum illum pro Nymphis capras jurare jubebam? illas ſiquidem æquè ac Chloën pro derelicto habuit. Ne quidem quum ſacra Nymphis & Pani faceret, eum vel videndæ Chloës deſiderium cepit. Forſan apud matrem invenit me pręſtantiores ancillas. Valeat: ego vitam non vivam amplius. Talia dicentem, talia animo volutantem, Lampis armentarius, ex inſidiis repente progreſſus, manuque ſtipatus ruſticorum, eam rapit: quaſi non Daphnis illam in poſterum ducturus, atque illum duntaxat Dryas eximium habiturus foret. Illa itaque auferebatur, miſerandum clamans. Cæterum quidam ex illis hoc qui viderat, facti indicium hujus facit Nadæ, illa Dryanti, Dryas Daphnidi, qui mente conſternatus, patrique revelare quicquã non auſus, neque ferendis hiſce par malis, horti ambitum ingreſſus lamentabatur, dicens: O mihi acerbam inventionem! quanto ſatius foret rem pecuariã facere? Quanto beatius ſervire ſervitutem? Tunc temporis meis Chloën oculis,

νῦν δὲ τὴν μὲν Λάμπις ἁρπάσας οἴχεται, νυκτὸς δὲ γενομένης, κοιμήσεται· ἐγὼ δὲ πίνω, καὶ τρυφῶ, καὶ μάτην τὸν Πᾶνα, καὶ τὰς αἶγας, καὶ τὰς νύμφας ὤμοσα. Ταῦτα τοῦ Δάφνιδος λέγοντος, ἤκουσεν ὁ Γνάθων ἐν τῷ παραδείσῳ λανθάνων: καὶ καιρὸν ἥκειν διαλλαγῶν πρὸς αὐτὸν νομίζων, τινὰς τῶν τοῦ Ἀστύλου νεανίσκων προσλαβὼν μεταδιώκει τὸν Δρύαντα. καὶ ἡγεῖσθαι κελεύσας ἐπὶ τὴν τοῦ Λάμπιδος ἔπαυλιν, συνέτεινε δρόμον: καὶ καταλαβὼν ἄρτι εἰσάγοντα τὴν Χλόην, ἐκείνην τε ἀφαιρεῖται, καὶ ἀνθρώπους γεωργοὺς συνηλόησε πληγαῖς: ἐσπούδαζε δὲ καὶ τὸν Λάμπιν δήσας, ἄγειν ὡς αἰχμάλωτον ἐκ πολέμου τινὸς, εἰ μὴ φθάσας ἀπέδρα· κατορθώσας δὲ τηλικοῦτον ἔργον, νυκτὸς ἀρχομένης ἐπανέρχεται: καὶ τὸν μὲν Διονυσοφάνην εὑρίσκει καθεύδοντα, τὸν δὲ Δάφνιν ἀγρυπνοῦντα, καὶ ἔτι ἐν τῷ περικήπῳ δακρύοντα, προσάγει δὴ τὴν Χλόην αὐτῷ, καὶ διδοὺς διηγεῖται πάντα: καὶ δεῖται μηδὲν ἔτι μνησικακοῦντα, δοῦλον οὐκ ἄχρηστον ἔχειν: μηδὲ ἀφε-

culis, nunc vero Lampis illâ raptâ abit, cæptaque nocte cum illa cubabit. Aſt ego poculis, genioque indulgeo meo, vanèque Pana, capras, Nymphas juravi. Hæc dicentem Daphnidem in horto deliteſcens Gnatho audivit, ratuſque jam conciliandæ apparuiſſe amicitiæ occaſionem, adhibitis nonnullis ex Aſtyli pueris, Dryantem perſequitur, hortatuſque, ut ſe Duces præſtarent viæ, ad caſam Lampidis curſu feſtinabat. Jamque introducentem illum Chloën aſſecutus, iſtam, verberibus mulſtatis agricolis, illi eripuit: verum navabat ſtrenuam operam, quô vinctum Lampidem, haud ſecus quam ex bello aliquo captivum duceret, quin duxiſſet, niſi is ſua id fuga prævertiſſet. Re tam præclarè geſta, inclinatoque in occaſum die, reverſus offendit Dionyſophanem in ſomnum effuſum, verùm Daphnidem inſomnem ducentem noctem, inque ambulacro illo etiamnum plorantem; cui adducta jam, traditaque Chloë, omnia commemorat, oratque, ne amplius injuriæ memor, ſe ſervũ inutilem cenſeat, menſaque privet,

λέσθαι τραπέζης, μεθ' ἣν τεθνήξεται λιμῷ. Ὁ δὲ ἰδὼν Χλόην, καὶ ἔχων ἐν χερσὶ, τῷ μὲν ὡς εὐεργέτῃ διηλλάττετο, τῇ δὲ ὑπὲρ τῆς ἀμελείας ἀπελογεῖτο. βουλευομένοις καὶ αὐτοῖς ἐδόκει τὸν γάμον κρύπτειν, ἔχειν δὲ κρύφα τὴν Χλόην, πρὸς μόνην ὁμολογήσαντα τὸν ἔρωτα τὴν μητέρα: ἀλλ' οὐ συνεχώρει Δρύας, ἠξίου δὲ τῷ πατρὶ λέγειν, καὶ πείσειν αὐτὸς ἐπηγγέλλετο: καὶ γενομένης ἡμέρας, ἔχων ἐν τῇ πήρᾳ τὰ γνωρίσματα, πρόσεισι τῷ Διονυσοφάνει καὶ τῇ Κλεαρίστῃ, καθημένοις ἐν τῷ παραδείσῳ: παρῆν δὲ καὶ ὁ Ἄστυλος, καὶ αὐτὸς ὁ Δάφνις: καὶ σιωπῆς γενομένης, ἤρξατο λέγειν. Ὁμοία με ἀνάγκη Λάμωνι τὰ μέχρι νῦν ἄρρητα ἐκέλευσε λέγειν. Χλόην ταύτην, οὔτε ἐγέννησα, οὔτε ἀνέθρεψα. ἀλλὰ ἐγέννησαν μὲν ἄλλοι, κειμένην δὲ ἐν ἄντρῳ νυμφῶν ἀνέτρεφεν ὄϊς, εἶδον τοῦτο αὐτός· καὶ ἰδὼν ἐθαύμασα· θαυμάσας, ἔθρεψα· μαρτυρεῖ μὲν καὶ τὸ κάλλος: ἔοικε γὰρ

vet, qua interdicta, ilico moriatur fame. At ille conſpectaChloë manuque tenens, cum iſto, utpote de ſe tam benè merito, redibat in gratiam, ſuam verbis Chloæ incuriam incuſans. Cæterum illis deliberatum & conſtitutum erat, clandeſtinas nuptias celebrare, Chloënque clam habere, matri duntaxat amore revelato. Verum enimvero non permittebat id Dryas, id indicatum volens patri, recepto in ſe, illum ſeſe oratione eſſe flexurum: Atque orto die, habens in perâ monumenta, ad Dionyſophanem, Clearistamque in horto ſedentes, accedit. Aderant illis Aſtylus, & ipſemet Daphnis: ſilentioque facto, ita dicere eſt exorſus. Par me neceſſitas, quæ Lamonem, nunc ea, quæ ad hoc uſque tempus occulta fuerunt, dicere juſſit. Hanc ego Chloën neque genui, neque primis alimentis ſuſtentavi: verum alii genuere, jacentemque Nympharum in antro ovis nutrivit. Hoc ipſemet meis vidi oculis, & ut vidi ſum admiratus; miratus illam eduxi. Id ipſum forma ejus teſtatum facit: quippe nullis o

οὐδὲν ἡμῖν· μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ γνωρίσματα: πλουσιώτερα γὰρ ἢ κατὰ ποιμένα· ἴδετε ταῦτα, καὶ τοὺς προσήκοντας τῇ κόρῃ ζητήσατε, ἂν ἀξία ποτὲ Δάφνιδος φανῇ. Τοῦτο οὔτε Δρύας ἀσκόπως ἔρριψεν, οὔτε Διονυσοφάνης ἀμελῶς ἤκουσεν, ἀλλὰ ἰδὼν εἰς τὸν Δάφνιν, καὶ ὁρῶν αὐτὸν χλωριῶντα, καὶ κρύφα δακρύοντα, ταχέως ἐφώρασε τὸν ἔρωτα: καὶ ὡς ὑπὲρ παιδὸς ἰδίου μᾶλλον ἢ κόρης ἀλλοτρίας δεδοικὼς, διὰ πάσης ἀκριβείας ἤλεγχε τοὺς λόγους τοῦ Δρύαντος· ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ γνωρίσματα εἶδε κομισθέντα, ὑποδήματα κατάχρυσα. τὰς περισκελίδας· τὴν μίτραν· προσκαλεσάμενος τὴν Χλόην παρεκελεύετο θαρρεῖν, ὡς ἄνδρα μὲν ἔχουσαν ἤδη, ταχέως δὲ εὑρήσουσαν καὶ τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα: καὶ τὴν μὲν ἡ Κλεαρίστη παραλαβοῦσα, ἐκόσμει λοιπὸν ὡς υἱοῦ γυναῖκα. Τὸν δὲ Δάφνιν ὁ Διονυσοφάνης ἀναστήσας μόνον, ἀνέκρινεν εἰ παρθένος ἐστὶ: τοῦ δὲ ὀμόσαντος μηδὲν γεγονέναι φιλήματος, καὶ ὅρκων

ris lineamentis nos refert. Teſtantur & crepundia, quæ magnificentiora ſunt, quam pro paſtoris ſorte. Hæc contemplamini, quæriteque puellæ propinquitate conjunctos, ſi aliquando Daphnidis connubio digna videatur. Non temerè id effutivit Dryas, neque oſcitanter audivit Dionyſophanes; ſed oculis conjectis in Daphnidem animadverſoq; illum expalleſcere, ſecreto que lacrymas fundere, amorem continuò deprehendit: atque veluti magis ſuo timens filio, quam puellæ alienæ, exquiſitiſſima diligentia verba Dryantis refellebat. Ubi verò & allata videt ſpecimina: videlicet calceos auratos, periſcelides, mitram, accitam ad ſe Chloën bono jubet eſſe animo, ut pote jam virum habentem, propediemque etiam patrem matremque habituram. Deinde illam ſibi adjunctã Clearıſta, veluti jam tum filii uxorem ornabat. Daphnidem autem Dionyſophanes, remotis arbitris percontabatur, nũ etiamnum virgo ſit? Illo verò jurato, nihil ultra oſcula, juramentumque interveniſſe. Itaque con-

πλεῖον, ἡσθεὶς ἐπὶ τῷ συνωμοσίῳ κατέκλινεν αὐτοὺς. Ἦν οὖν μαθεῖν οἷόν ἐστι τὸ κάλλος, ὅταν κόσμον προσλάβηται: ἐνδυθεῖσα γὰρ ἡ Χλόη, καὶ ἀναπλεξαμένη τὴν κόμην, καὶ ἀπολούσασα τὸ πρόσωπον, εὐμορφοτέρα τοσοῦτον ἐφάνη πᾶσιν, ὥστε καὶ Δάφνις αὐτὴν μόλις ἐγνώρισεν. Ὤμοσεν ἄν τις καὶ ἄνευ τῶν γνωρισμάτων, ὅτι τοιαύτης κόρης οὐκ ἦν Δρύας πατήρ: ὅμως μέντοι παρῆν καὶ αὐτὸς· καὶ συνειστιᾶτο μετὰ τῆς Νάπης, συμπότας ἔχων ἐπὶ κλίνης ἰδίας τὸν Λάμωνα καὶ τὴν Μυρτάλην. πάλιν οὖν ταῖς ἑξῆς ἡμέραις ἐθύετο ἱερεῖα, καὶ κρατῆρες ἵσταντο, καὶ ἀνετίθει καὶ Χλόη τὰ ἑαυτῆς· τὴν σύριγγα· τὴν πήραν· τὸ δέρμα· τοὺς γαυλοὺς· ἐκέρασε δὲ καὶ τὴν πηγὴν οἴνῳ, τὴν ἐν τῷ ἄντρῳ, ὅτι καὶ ἐτράφη παρ᾽ αὐτῇ, καὶ ἐλούσατο πολλάκις ἐν αὐτῇ· ἐστεφάνωσε καὶ τὸν τάφον τῆς οἰός, δείξαντος Δρύαντος· καὶ ἐσύριξέ τι καὶ αὐτὴ τῇ ποίμνῃ, καὶ ταῖς θεαῖς συρίσασα, ηὔξατο τοὺς ἐκθέντας εὑρεῖν, ἀξίους τῶν Δάφνιδος γάμων. Ἐπεὶ δὲ ἅλις

conjugali iſtoc delectatus fœdere illos accumbere juſſit. Hic ſcire dabatur, quale ſit formæ decus, ubi ornatum admiſerit: Quippe veſtibus ita induta Chloë cæſarieque reticulo collectâ, nec non facie ablutâ, longè formoſior omnibus apparuit in tantum, ut vix ipſam agnoverit Daphnis. Juraſſes, vel non exhibitis hiſce argumentis, non eſſe genitorem hujus puellæ Dryantem. Verùm & ipſe aderat, & excipiebatur una cum Napa convivio, ſeorſim in lecto Lamonem ac Myrtalam compotores habens. Iterum itaq; ſequenti die victimæ immolabãtur, crareresq; ſtatuebantur, nec non reculas ſuas etiam dicabat Chloë, nempe fiſtulam, peram, rhenonem, mulctras. Fontem etiam, qui in antro erat, vino temperavit, quod enutrita juxta illum eſſet, & in eo ſæpius laviſſet. Corollis inſuper decoravit & ovis ſepulchrum, commonſtrante ſib Dryante. Et ipſi gregi ſua non nihil eſt modulata fiſtula: Etiam Deabus hymnum cum fiſtula ceciniſſet, eas precata eſt, ut qui ſe expoſuiſſent, digni Daphnidis nuptiis invenirentur. Poſtquam verò ſatis ac ſuper feſtos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ἦν τῶν κατ' ἀγρῶν ἑορτῶν, ἔδοξε βαδίζειν εἰς τὴν πόλιν: καὶ τοὺς τε τῆς Χλόης πατέρας ἀναζητεῖν, καὶ περὶ τῶν γάμων αὐτῶν μηκέτι βραδύνειν. Ἕωθεν οὖν ἐνσκευασάμενοι, τῷ Δρύαντι μὲν ἔδωκαν ἄλλας τρισχιλίας: τῷ Λάμωνι δὲ τὴν ἡμίσειαν μοῖραν τῶν ἀγρῶν θερίζειν, καὶ τρυγᾶν, καὶ τὰς αἶγας ἅμα τοῖς αἰπόλοις, καὶ ζεύγη βοῶν τέτταρα, καὶ ἐσθῆτας χειμερινάς, καὶ ἐλευθέραν τὴν γυναῖκα. Καὶ μετὰ τοῦτο ἤλαυνον ἐπὶ Μιτυλήνην ἵπποις καὶ ζεύγεσι καὶ τρυφῇ πολλῇ. Τότε μὲν οὖν ἔλαθον τοὺς πολίτας νυκτὸς κατελθόντες: τῆς δὲ ἐπιούσης, ὄχλος ἠθροίσθη περὶ τὰς θύρας, ἀνδρῶν, γυναικῶν. Οἱ μὲν τῷ Διονυσοφάνει συνήδοντο παῖδα εὑρόντι, καὶ μᾶλλον ὁρῶντες τὸ κάλλος τοῦ Δάφνιδος: αἱ δὲ, τῇ Κλεαρίστῃ συνέχαιρον ἅμα κομιζούσῃ, καὶ παῖδα καὶ νύμφην: ἐξέπληξε γὰρ κἀκείνας ἡ Χλόη, κάλλος ἐκφέρουσα παρευδοκιμηθῆναι οὐ δυνάμενον: ὅλη γὰρ ἐκινεῖτο ἡ πόλις ἐπὶ τῷ μειρακίῳ, καὶ τῇ παρθένῳ, καὶ εὐδαιμόνιζον μὲν ἤδη τὸν γάμον: εὔ-

ruri jam agitaſſent dies, in urbem tendere decretum fuit, omnibuſque veſtigiis inibi Chloës indagare parentes, neque ultra nuptiis moras nectere. Primo igitur diluculo itineri accincti, alias ter millenas Dryanti drachmas, Lamoni verò dimidiam agrorum partem vindemiæ, meſſique faciendæ, capraſque unà cum caprariis, & quatuor boum paria veſteſque hybernas, uxoremque in libertatem aſſertam, dono dederunt. Deinde Mitylenam verſus equis & curribus magno luxu iter conficiebant. Tunc quidem quaſi poſtliminio reverſi, cives ſuos, nox enim erat, latuerunt. Sed ſequenti die turba tam virorum, quam mulierum ad fores congregata erat. Illi Dionyſophani de filio reperto gratulabantur, idque eo magis, conſpecto Daphnidis iſto oris decore. Hæ autem una cum Cleariſta gaudebant, quæ filium, ſimul & ſponſam advexiſſet: Quippe illas in ſtuporem dederat Chloë, eam formę pulchritudinem oſtentans, quę nemini claritate vinci poſſet. Tota enim civitas movebatur eo adoleſcentulo, atque virguncula, beataſque haſce prædicabant nuptias, exoptantes etiam, ut in-

χοντο δὲ καὶ τὸ γένος ἄξιον τῆς μορφῆς εὑρεθῆναι τῆς κόρης· καὶ γυναῖκες πολλαὶ τῶν πλουσίων ἠράσαντο θεοῖς αὐτὰς πιστευθῆναι μητέρας θυγατρὸς οὕτω καλῆς. Ὄναρ δὲ Διονυσοφάνει μετὰ φροντίδα πολλὴν εἰς βαθὺν ὕπνον κατενεχθέντι τοιόνδε γίνεται. Ἐδόκει τὰς νύμφας δεῖσθαι τοῦ Ἔρωτος, εἰ δήποτε αὐτοῖς κατανεῦσαι τὸν γάμον· τὸν δὲ ἐκλύσαντα τὸ τοξάριον, καὶ ἀποθέμενον παρὰ τὴν φαρέτραν, κελεῦσαι τῷ Διονυσοφάνει, πάντας τοὺς ἀρίστους τῶν Μιτυληναίων θέμενον συμπότας, ἡνίκα ἂν τὸν ὕστατον πλήσῃ κρατῆρα, τότε δεικνύειν ἑκάστῳ τὰ γνωρίσματα· τὸ δὲ ἐντεῦθεν ᾄδειν τὸν ὑμέναιον. Ταῦτα ἰδὼν καὶ ἀκούσας, ἕωθεν ἀνίσταται, καὶ κελεύσας λαμπρὰν ἑστίασιν παρασκευασθῆναι τῶν ἀπὸ γῆς, τῶν ἀπὸ θαλάσσης, καὶ εἴτι ἐν λίμναις, καὶ εἴτι ἐν ποταμοῖς, πάντας τοὺς ἀρίστους Μιτυληναίων ποιεῖται συμπότας· ὡς δὲ ἤδη νὺξ ἦν, καὶ ἐπεπλήρωτο κρατὴρ ἐξ οὗ σπένδουσιν Ἑρμῇ, εἰσκομίζει τις ἐπὶ σκεύους ἀργυροῦ θεράπων τὰ γνωρίσματα· καὶ περιφέρων

inveniatur familia tali forma puellæ digna: multæque ex opulentioribus matronæ Numina ſunt precatæ, ut & ipſæ matres tam pulchræ filiæ crederentur. Dionyſophani autem à multa cura, ac ſolicitudine profundum in ſoporem prolapſo, tale quid accidit. Putabat à Cupidine petere Nymphas, ut ſuo tandem nutu illis conficiat confirmetque nuptias. Hunc vero arculo remiſſo, juxtaque pharetram depoſito, juſſiſſe Dionyſophanem, omnibus Mitilenæorum ad convivium vocatis optimatibus, ubi jam poſtremũ impleverit craterem, tunc exhibere unicuiq; crepundia: deinde autem hymenæum canere. His viſis ac auditis, manè ſurgit, juſſoque menſas exquiſitiſſimis extrui epulis, terreſtribus, maritimis, paluſtribus, fluviatilibuſque, omnes Mitylenæorum primores convivio excipit. Cum jam nox erat, impletuſque crater, quo Mercurio libare moris eſt, & tum famulus quidam argenteo in vaſculo monumenta illa infert, dexterâque circumferens omnibus oſtendit. Cæterorum itaque nemo

mo

ἐν δεξιᾷ πᾶσιν ἐδείκνυε. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἐγνώρισεν οὐδείς· Μεγακλῆς δέ τις διὰ γῆρας ὕστατος κατακείμενος, ὡς εἶδε, γνωρίσας, πάνυ μέγα, καὶ νεανικὸν ἐβόα, τίνα ὁρῶ ταῦτα; τί γέγονάς μοι θυγάτριον; ἆρα καὶ σὺ ζῇς; ἢ ταῦτά τις ἐβάστασε μόνα ποιμὴν ἐντυχών; δέομαι Διονυσόφανες, εἰπέ μοι· πόθεν ἔχεις ἐμοῦ παιδίου γνωρίσματα; μὴ φθονήσῃς μετὰ Δάφνιν εὑρεῖν τι κἀμέ. Κελεύσαντος δὲ τοῦ Διονυσοφάνους πρότερον ἐκεῖνον λέγειν τὴν ἔκθεσιν, ὁ Μεγακλῆς οὐδὲν ὑφελὼν τοῦ τόνου τῆς φωνῆς, ἔφη. Ἦν ὀλίγος μοι βίος τὸν πρότερον χρόνον· ὃν γὰρ εἶχον, εἰς χορηγίαν, καὶ τριηραρχίαν ἐξεδαπάνησα. Ὅτε ταῦτα ἦν, γίνεταί μοι θυγάτριον· τοῦτο τρέφειν ὀκνήσας ἐν πενίᾳ, τούτοις γνωρίσμασι κοσμήσας ἐξέθηκα, εἰδὼς ὅτι πολλοὶ καὶ οὕτω σπουδάζουσι πατέρες γενέσθαι· καὶ τὸ μὲν, ἐξέκειτο ἐν ἄντρῳ νυμφῶν, πιστευθὲν ταῖς θεαῖς· ἐμοὶ δὲ πλοῦτος ἐπέρρει καθ' ἑκάστην ἡμέραν κληρονόμον οὐκ ἔχοντι· οὐκέτι γοῦν οὔτε θυγα-

mo agnovit. Verum Megacles quidam poſtremus, ſenecta retardatus ſua accumbens, ut vidit, agnovit illa, & magna juvenilique exclamabat voce: Quænam hæc, quæ video? Quid de te mihi factum eſt filiola? tune etiamnum vivis? An paſtor aliquis forte fortuna illa ſuſtulit? Obſecro Dionyſophanes, dic mihi; unde filiolæ meæ hoſce characteres habes? Nulla ſit invidia, me poſt Daphnidem quoque invenire quid. Cum autem juſſiſſet Dionyſophanes illum prius enarrare infantis expoſitionem: Megacles nihil de voce intenta remittens, inſit: Priori tempore res anguſta mihi domi erat: quicquid enim habebam in ludos Trierarchiasque impenderam. Quando in eo res meæ erant ſtatu, naſcitur mihi filiola, quam mea in ægeſtate educare gravatus, hiſce adornatam crepundiis, expoſui, non ignarus, multos etiam id dare operam, eo modo ut patres fiant. Et iſta expoſita fuit Nympharũ in antro, Dearum fidei commiſſa. Jam hærede deſtituto quotidie mihi divitiæ in ædes influebant: neque poſtea tam fælix fui, ut pater

τελεῖ γενέσθαι πατὴρ εὐτύχησα: ἀλλ' ὥσπερ οἱ θεοὶ γέλωτά με ποιούμενοι, νύκτωρ ὀνείρους μοι ἐπιπέμπουσι, δηλοῦντες ὅτι με πατέρα ποιήσει ποίμνιον. Ἀνεβόησεν ὁ Διονυσοφάνης μεῖζον τοῦ Μεγακλέους, καὶ ἀναπηδήσας, εἰσάγει Χλόην πάνυ καλῶς κεκοσμημένην, καὶ λέγει. Τοῦτο τὸ παιδίον ἐξέθηκας· Ταύτην σοι παρθένον ὄις προνοίᾳ θεῶν ἐξέθρεψεν, ὡς αἴξ Δάφνιν ἐμοί: λαβὲ τὰ γνωρίσματα καὶ τὴν θυγατέρα· λαβὼν δὲ, ἀπόδος Δάφνιδι νύμφην· ἀμφοτέρους ἐξεθήκαμεν· ἀμφοτέρους εὑρήκαμεν· ἀμφοτέρων ἐμέλησε Πανὶ καὶ νύμφαις, καὶ ἔρωτι. Ἐπήνει τὰ λεγόμενα ὁ Μεγακλῆς, καὶ τὴν γυναῖκα Ῥόδην μετεπέμπετο, καὶ τὴν Χλόην ἐν τοῖς κόλποις εἶχε: καὶ ὕπνον αὐτοῦ μένοντες εἵλοντο: Δάφνις γὰρ οὐδενὶ διώμνυτο προήσεσθαι τὴν Χλόην, οὐδὲ αὐτῷ πατρί. Ἡμέρας δὲ γενομένης, συνθέμενοι πάλιν εἰς τὸν ἀγρὸν ἤλαυνον: ἐδεήθησαν γὰρ τοῦτο Δάφνις καὶ Χλόη, μὴ φέροντες τὴν ἐν ἄστει διατριβήν· ἐδόκει δὲ κἀκείνοις,

pater filiolæ factus fuerim. Verum Dii me veluti deridendum propinantes, noctu mihi ſomnia immittunt, ſignificantia, quod me ovis factura ſit patrem. Ad hæc clamavit altius Dionyſophanes ipſo Megacle, & à ſede proſiliens, Chloën admodum ornatam introducit, & inquit: Hancce filiolam expoſuiſti: hanc ipſam tibi virginem ovis Deorum providentia enutrivit, quemadmodum Daphnin mihi capra. Cape crepundia hæc, ipſamque filiolam; receptam autem Daphnidi da ſponſam. Ambos expoſuimus, ambos iterum ſumus nacti: ambo Pani, Nymphis, Cupidini curæ fuerunt. Laudabat dicta Megacles, mandabatque accerſendam ſuam uxorem Rhodam, Chloënque in ſinu habebat: ibidemque manentes ſomnum ceperunt. Daphnis enim ſe nemini, ne quidem ipſi parenti, Chloën eſſe conceſſurum, dejerabat. Exorto jam die, rus remetiri iter inter illos convenit. Quippe Daphnis & Chloë urbanam pertæſi vitam id precibus obtinuerunt. Con-

ποιμνικοὺς τινας αὐτοῖς ποιῆσαι τοὺς γάμους· ἐλθόντες οὖν παρὰ τὸν Λάμωνα, τόν τε Δρύαντα τῷ Μεγακλεῖ προσήγαγον, καὶ τῇ Ῥόδῃ τὴν Νάπην συνέστησαν· καὶ τὰ πρὸς τὴν ἑορτὴν παρεσκευάζοντο λαμπρῶς. Παρέδωκε μὲν οὖν ἔτι ταῖς νύμφαις τὴν Χλόην ὁ πατὴρ, καὶ μετ' ἄλλων πολλῶν ἐποίησεν ἀναθήματα γνωρίσματα, καὶ Δρύαντι τὰς λειπούσας εἰς τὰς μυρίας ἐπλήρωσεν· ὁ δὲ Διονυσοφάνης, εὐημερίας οὔσης, αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ ἄντρου στιβάδας ὑπεστόρεσεν ἐκ χλωρᾶς φυλλάδος, καὶ πάντας τοὺς κωμήτας κατακλίνας, εἱστία πολυτελῶς. Παρῆσαν δὲ Λάμων καὶ Μυρτάλη· Δρύας καὶ Νάπη· οἱ Δόρκωνι προσήκοντες· οἱ Φιλητᾶ παῖδες· Χρῶμις καὶ Λυκαίνιον· οὐκ ἀπῆν οὐδὲ Λάμπις συγγνώμης ἀξιωθείς. Ἦν οὖν ὡς ἐν τοιοῖς δὲ συμπόταις, πάντα γεωργικὰ, καὶ ἄγροικα: ὁ μὲν ᾖδεν οἷα ᾄδουσι θερίζοντες· ὁ δὲ ἔσκωπτε τὰ ἐπὶ ληνοῖς σκώμματα· Φιλητᾶς ἐσύριξε· Λάμπις ηὔλησε· Δρύας καὶ Λάμων

ſultum & illis viſum, aliquas & illis paſtorales facere nuptias. Ad Lamonē igitur cū veniſſent, Megacli adduxerunt Dryantem, atque Napam Rhodæ adjunxerunt: ſplendidè que quæcunque ad feſtum faciebant, apparabantur. Tradidit juxta Nymphas illi pater Chloën, multiſque una cum aliis rebus monumenta illa conſecrârunt, Dryantique reliqua drachmarum ad dena millia uſque ſuppleverunt. Cæterùm Dionyſophanes die ſereno, ibidem ſub antro viridi è fronde toros ſternendos curavit, vicanosque omnes diſcumbere juſſos, magnifico convivio excepit. Aderant præſentes Lamon & Myrtala: Dryas atque Napa; Et qui neceſſitudine conjuncti erant Dorconi; etiam liberi Philetæ: Chromis & Lycænium. Nequidem Lampis, jam impetrata venia, aberat. Cuncta igitur tum, ut inter ejuſcemodi compotores fieri amat, ruſtico agreſtique more agebantur. Alius canebat, qualiter modulantur meſſores: Alter cavillabatur, cujuſmodi cavilla, dum uvas prælis premunt, jaculari conſvevere. Philetas fiſtula, Lampis canebat tibia. Dryas & Lamon tri-

ὠρχήσαντο· Χλόη καὶ Δάφνις ἀλλήλους κατεφίλουν· ἐνέμοντο δὲ καὶ αἱ αἶγες πλησίον, ὥσπερ καὶ αὐταὶ κοινωνοῦσαι τῆς ἑορτῆς. τοῦτο τοῖς μὲν ἀστικοῖς οὐ πάνυ τερπνὸν ἦν: ὁ δὲ Δάφνις καὶ ἐκάλεσέ τινας αὐτῶν ὀνομαστὶ, καὶ φυλλάδα χλωρὰν ἔδωκε, καὶ κρατήσας ἐκ τῶν κεράτων κατεφίλησε: καὶ ταῦτα οὐ τότε μόνον, ἀλλ᾽ ἔς τε ἔζων, τὸν πλεῖστον χρόνον ποιμενικὸν εἶχον· θεοὺς σέβοντες, νύμφας, καὶ Πᾶνα, καὶ ἔρωτα· ἀγέλας δὲ προβάτων, καὶ αἰγῶν πλείστας κτησάμενοι· ἡδίστην δὲ τροφὴν νομίζοντες ὀπώρας καὶ γάλα. Αἰγὶ καὶ ἄρρεν μὲν παιδίον ὑπέθηκαν, καὶ θυγάτριον γενόμενον δεύτερον, ὄϊος ἑλκύσαι θηλὴν ἐποίησαν: καὶ ἐκάλεσαν τὸν μὲν, Φιλοποίμενα, τὴν δὲ, Ἀγέλην: οὕτως αὐτοῖς καὶ ταῦτα συνεγήρασεν· οὗτοι καὶ τὸ ἄντρον ἐκόσμησαν, καὶ εἰκόνας ἀνέθεσαν, καὶ βωμὸν ἐποιήσαντο ποιμένος Ἔρωτος, καὶ τῷ Πανὶ δὲ ἔδοσαν ἀντὶ τῆς πίτυος οἰκεῖν νεὼν, Πᾶνα στρατιώτην ὀνομάσαντες. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ὠνόμασαν καὶ ἔπραξαν: τότε δὲ νυκ

tripudiabant Chloë & Daphnis mutua ſibi impertiebant ſvavia. Propè etiam paſcebantur capellæ, veluti in feſti hujus communionem venientes. Non æquè gratum id oppidanis erat. Sed Daphnis vocatis aliquibus nominatim, viridem ſuppeditavit frondem, præhenſiſque cornibus oſcula fixit. Neque tunc temporis duntaxat, ſed uſque dum illis vita ſuppetebat, potiſſimam vitæ ſuæ partem greges paſcendo, Deos, Nymphas, Pana, atque Cupidinem colendo, tranſigebant, plurimos ovium caprarunque greges adepti: nullum tandē cibum ſibi dulciorem, quam poma atque lac rati. Quin & prolem maſculam capræ ſuppoſuerunt, & filiolam altero partu editam, ovis educere lac mammis aſſuefecerunt: Et nomen impoſuerunt alteri Philopæmenis, alteri Agelæ. Hoc modo cum illis & illa conſenuerunt. Hi etiam antrum exornârunt, ſigna conſecrârunt, aram Cupidini paſtori ſtatuerunt, Panique Stratiotæ decorato nomine, delubrum pro pinu habitandum dederunt. Sed hæc poſterioribus temporibus nominârunt & fecerunt. Tunc verò tempo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

τῆς γενομένης, πάντες αὐτοὺς παρέπεμπον εἰς τὸν θάλαμον, οἱ μὲν συρίττοντες, οἱ δὲ αὐλοῦντες, οἱ δὲ δᾷδας μεγάλας ἀνίσχοντες: καὶ ἐπεὶ πλησίον ἦσαν τῶν θυρῶν, ᾖδον σκληρᾷ, καὶ ἀπηνεῖ τῇ φωνῇ, καθάπερ τριαίναις γῆν ἀναῤῥηγνύντες, οὐχ ὑμέναιον ᾄδοντες. Δάφνις δὲ καὶ Χλόη γυμνοὶ συγκατακλιθέντες, περιέβαλλον ἀλλήλους, καὶ κατεφίλουν, ἀγρυπνήσαντες τῆς νυκτὸς ὅσον οὐδὲ γλαῦκες: καὶ ἔδρασέ τι Δάφνις ὧν αὐτὸν ἐπαίδευσε Λυκαίνιον: καὶ τότε Χλόη πρῶτον ἔμαθεν, ὅτι τὰ ἐπὶ τῆς ὕλης γινόμενα, ἦν ποιμένων παίγνια.

ΤΕΛΟΣ.

ris, cum jam dies in noctem abiiſſet, cuncti eos ad lectum deduxere genialem, fiſtulam alii inflantes, alii tibia canentes, nonnulli ingentes ſuſtollentes tædas. Cumque propè ad fores acceſſiſſent, durâ, aſperâque canebant voce, non hymenæum perſonantes, ſed veluti tridentibus terram radentes. Cæterùm Daphnis & Chloë nudi una cubantes, ſe invicẽ amplexabantur, atque deoſculabantur, noctuarum ad inſtar inſomnem illam ducentes noctem: & patravit Daphnis, quæ illum docuerat Lycænium. Atque tunc primum Chloë didicit, ea quæ in ſylva acta fuerant, paſtorum ludum jocumque fuiſſe.

FINIS.

Errata.

pag. 3. l. 27. leg. περιβεβηκυῖαν. p. 5. l. 8. leg. Riſus. p. 6. l. 29. leg. δεδοικυῖα. p. 8. l. 27. leg. ἤλλοντο. p. 11. l. 29. leg. μετῆλθε. p. 17. l. 13. leg. βαθὺν. p. 18. l. 6. pro præ leg. his. & l. 22. leg. jam. p. 20. l. 6. leg. nullus. & l. 15. leg. θηράσαι. p. 21. l. 14. leg. mea. & l. 22. leg. Pana. p. 23. l. 22. leg. mea. p. 24. l. 17. leg. eâdem. & l. 24. leg. πηδῶσιν. & l. 30. leg. ὁμοίαν. p. 27. l. 30. leg. αὐτὸ. p. 33. l. 2. leg. συνηχεῖ. p. 34. l. 23. leg. oſculari. p. 35. l. 3. leg. καὶ. p. 37. l. 28. leg. reverſique. p. 39. l. 12. leg. inſomniam. & l. 15. leg. κατακλιθῆναι. p. 40. l. 24. leg. ratique. p. 51. l. 20. leg. ὤφθη τι. p. 52. l. 9. Pro panemq; leg. illumq; p. 55. l. 26. leg. proripuit ſe. p. 59. l. 29. leg. propè ſeſe illum. p. 66. l. 6. leg. νομίζουσα. p. 81. l. 22. leg. apud Chromin ad. p. 83. l. 18. leg. μακροτέρας. p. 87. l. 5. leg. Celeuſtes. p. 88. l. 24. leg. mea puella. p. 90. l. 29. leg. πολλαχόθεν. p. 93. l. 2. leg. nocturem. p. 101. l. 21. leg. mea virgo. p. 104. l. 19. leg. περκάζουσα. p. 107. l. 21. leg. εἰς. p. 108. l. 20. pro Ne leg. Tantum. p. 109. l. 30. οἷον. leg. οἷον σὸν. p. 110. l. 4. leg. omiſſis. & l. 8. leg. luctu. item l. 24. leg. Hyacinthos. p. 111. l. 16. leg. βλέπουσα. p. 127. l. 11. leg. συγκατακλιθῆναι. p. 128. leg. Γανυμήδης. p. 134. l. 21. leg. Napæ. p. 138. l. 1. leg. oculis videbam. p. 141. l. 24. leg. ſibi. p. 144. l. 17. leg. voce.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

PETRI MOLL,
SNECANI,
J.U.D. & Græc. Ling. Profeſſ. Ordin.

NOTÆ
&
ANIMADVERSIONES,
IN
Longi Paſtoralia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Titulus noſtri codicis, editi ab *eruditiſſimo Viro* RAPHAELE COLUMBANIO, cujus emendationibus, variiſque lectionibus me plurimum hocce in Græco emaculando contextu uſum fuiſſe ingenuè fateor, accepti ex bibliotheca Aloiſii Alamannii, excuſi *Florentiæ apud* PHILIPPUM JUNCTAM MDLXXXXVIII, *hoc modo conceptus erat.*

ΛΟΓΓΟΥ ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ, &c.

Verum Titulus codicis HANOVIÆ impreſſi apud CLAUDIUM MARNIUM MDCV ex recenſione *Clariſſimi Viri* GOTHOFREDI JUNGERMANI, habebat.

ΛΟΓΓΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ.

NOTÆ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

NOTAE & ANIMADVERSIONES IN Longi Paſtoralia *LIBRI PRIMI.*

ΛΟΓΓΟΣ, Lógus. Dubio procul nomen hoc latinum eſt: quippe quibus longior corporis ſtatura erat, Romanis Longuriones, teſte Varrone, etiam Longi dicti fuerunt. Anno V. con. 794. Rom. conſulem nomine Longum fuiſſe legimus: Ioan. Funccius in chronologia. Quatuor monachi fratres à temporibus Arcadii & Honorii Imper. fuerunt in partibus Ægypri, in Scethi, qui ob corporis proceritatem Longi dicti fuerunt: videlicet Ammonius, Dioſcorus, Euſebius, & Euthumus, vita & doctrina celebres. Nicephorus lib. 13. cap. 10. De noſtro verò nihil comperti habemus, τὶς δ᾽ οἱ πόλις ἠδὲ τοκῆες. Hujus nuſquam Athenæus, veterum alioquin nomenclator autorum ſedulus, mentionem facit: Non Suidas, non Volaterranus ejus meminere: quamobrem quiſnam is fuerit, aut quando vixerit, ab aliis expectabimus.

ϖλι-

ποιμενικά, latinè paſtoralia, intellige πράγματα; ea ſiquidem quæ paſtorum ſunt, vel quæ ad paſtores pertinent, hac appellatione veniunt: à Marone carmina paſtoralia βουκολικὰ inſcripta fuerunt, tanquam bubula pro Paſtoralibus diceret. Tria ſunt paſtorum genera, αἰπόλοι, ποιμένες, βουκόλοι, caprarii, opiliones, bubulci, ait Donatus: imo etiam plura, ut ſunt porcorum, equorum & animantium reliquorum cuſtodes: itaque per ſynecdochen ex ſpecie genus appellatur ποιμενικὸν, ſicut βουκολικὸν.

Libri hujus facit mentionem Conradus Lycoſthenes in ſuo Elencho ſcriptorum, edito Ann. 1551. Longus quidam ſcripſit ποιμενικὰ, id eſt Paſtoralia, quæ adhuc græcè extant in Italia. Quæ ſua ætate extare in Bibliotheca Strozæ ſcripſit Geſnerus.

Pag. 1. lin. 1. Ἐν λέσβῳ) λέσβος, Leſbos inſula in Ægæo, dicta à λαιὸς βίος, h.e. ſiniſtra, vel prava vita: vel à λεῖος βίος: ſolet quippe frequenter larga τροφὴ in μάργην τρυφὴν, h.e. libidinoſum luxum vertere. Nam Leſbus inter Græcos æquè malè audiit, ac Sodoma olim inter Chananæos. Hinc λεσβίζειν & λεσβιάζειν, eſt Leſbios obſcænis, atque execrandis imitari moribus. Alii dictam volunt à nomine urbis ejus regionis principis, potentiſſimæque. Sunt qui appellatam tradunt à Leſbo Japeti filio, qui in inſulam eam navigavit. P. Mela: Leſbos eſt in Troade, haud procul à Tenedo. Ambitus ejus eſt ſtadiorum centum ſupra mille, quemadmodum Strabo libr. 13. teſtatur. h. e. 24. ferè miliar. Germanicorum. A Borea protenditur in Auſtrum, quingenta & ſexaginta habens ſtadia feraci agro; & multa materia claſſibus conficiendis idonea: unde non nullis μακαρία i. e. beata dici meruit. Urbes in ea memoratu dignæ fuere Mitylena, cujus paulo poſt mentio fiet, à qua poſteriori ſeculo tota inſula denominata fuit. Vulgo Metellinum & Metelin, Pyrrha, Ereſſos, Antiſſa, Methymna, de qua libr. 4. in prin. Ex inſula hac prodiere Pittacus, unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus, Alcæus, Sappho, Mulier poëtices peritiſſima, quam Strabo θαυμαστόν τι χρῆμα, fæminam admirandam appellat: Hæc patria Theophraſti Philoſophi, quem Ariſtoteles ſucceſſorem ſibi habuit.

Pag 1. l. 2. ἐν ἄλσει) ἄλσος, lucus, ſaltus, ubi ſtirpes ἅλλονται h. e. ſaliunt. Poteſt etiam verti viridarium: Suet. in Tib. militem prætorianum ob ſurreptum è viridario pavonem capite punivit. Luci antiquis ſacri erant, quapropter nefas eos cædere. Ea propter Heſiodus ἱερὸν ἄλσος dixit. Tacit. Annal. lib. 14. Præſidium poſt hac impoſitum vicis, cæſique luci, ſævis ſuperſtitionibus ſacri. Plinius libr. 12. c. 1. lucos dicit fuiſſe, Numinum templa, priſcoque ritu ſimplicia rura etiamnum Deo præcellentem arborem dicare. Inde factum ut rami ſylvarum ſertis coronarentur, non aliter ac Dii. Ovid. 8. Metamor.

Verba Lelegis.
—— Equidem pendentia vidi
Serta ſuper ramos, ponenſque recentia dixi,
Cura Deum Di ſint, & qui coluere, colantur.

Pag. 1. l. 2. Νυμφῶν) Νύμφη, ſponſa, nova nupta, Græcis dicta quaſi νέα φαίνουσα. Antiquitas Nymphas fontium, montium, ſylvarum præſides appellavit. Scholiaſtes in Theocritum, Nymphas eſſe dicit, τὰ ἐν γυναικείῳ σχήματι ἐν τοῖς ὄρεσι φαινόμενα h. e. ſpectra muliebri forma in montibus apparentia, quæ propriè Græcis ὀρεστιάδες dicuntur.

Hom

Νύμφαι ὀρεστιάδες, κοῦραι διὸς αἰγιόχοιο.

Nymphæ monticolæ, filiæ Jovis ægidem quatientis.

Neque duntaxat montium, ſed & ſylvarum, ac lucorum credebantur eſſe Hom. Il.

οὔτ' ἄρα Νυμφάων, ταί τ' ἄλσεα καλὰ νέμονται,

Neque ſanè Nympharum, quæ nemora pulchra habitant. Hæ à Græcis vocantur ἁμαδρυάδες, item δρυάδες; ita procul dubio dictæ, quod cum quercubus naſci, & una cum iiſdem interire crederentur: dictæ & ἀλσείδες, ab ἄλσος, i.e. lucus, cui præſidebant, cujuſmodi videntur fuiſſe illæ ipſæ, quarum hoc loco fit mentio. Quæ floribus & paſcuis præſidebant, Napeæ & ἐπιμελίδες dicebantur. Præerant & fluviis. Hom.

——— νέμονται

Καὶ πηγὰς ποταμῶν, habitant & fontes fluviorum. odyſſ

Νύμφαι κρηναῖαι, Nymphæ fontanæ,

Aquarum

Nymphæ, dicebantur, Ναΐδες, Νηρεΐδες, ὑδριάδες, κρηνίδες, ἐπιποταμίδες, h.e. Naiades, Nereides &c. Quæ numina cumprimis colebant paſtores.

Pag. 1. lin. 4. εἰκόνος γραφήν. Utrum hic legas εἰκόνος, an εἰκόνα per appoſitionem, ut Gramm. loquuntur, ſive participio ſubintellecto aliquo, ut περιέχουσαν, aut ſimili, manum non verterim. Nam genitivus poterit ſubſiſtere, cum eadem loquendi forma uſus ſit Achilles Tatius libr. 8. quando loquitur de tabula, quæ continebat fabulam Europæ atque Jovis: περιιὼν γὰρ τὴν ἄλλην πόλιν, καὶ περισκοπῶν τὰ ἀναθήματα, ὁρῶ γραφὴν ἀνακειμένην, γῆς ἅμα καὶ θαλάσσης. Εὐρώπης ἡ γραφὴ &c. Deinceps cum alia civitatis loca perluſtrarem, ac in Deorum templis munera tholis ſuſpenſa contemplarer, video tabulam, terram ac mare, nec non Europæ fabulam continentem.

Pag. 1. lin. 7. Μία πηγή: Diodor. Sicul. lib. 1. εἶχε δὲ πηγὴν μεγάλην, ἐξ ἧς ἀρδεύεσθαι συνέβαινε τὸ φυτούργιον.

Pag 2. lin. 6. Σπαργάνοις κοσμοῦσαι. Non dicit ſimpliciter, ἐσπαργάνωσαν, faſciis involverunt; ſed ἐκόσμησαν. Ideò quod nobili & ſplendidiore familiâ nati infantes σπαργάνοις diſtingui ſoleant à plebéis. Hinc Commodus apud Herodianum gloriatur, μὴ πειραθῆναι ἰδιωτικῶν σπαργάνων, h.e. ſeſe intactum fuiſſe plebeis faſciis. Atque alibi homini ignobili objiciuntur, τὰ εὐτελῆ τῆς γενέσεως σπάργανα, h.e. viles & plebejæ faſciæ, quibus in pueritia faſciatus fuerat.

Pag. 2. lin. 8. Ποίμνια τρέφοντα, per ποίμνια videtur intelligere capram atque ovem, à quibus Daphnis ac Chloë ſunt enutriti. Niſi quis malit legere ποίμνια τρεφόμενα, greges qui paſcebantur.

Pag. 2. lin. 8. Ποιμένες ἀναιρούμενοι, verti, paſtores tollentes, nimirum infantes; quippe interfectos paſtores interpretari, rerum geſtarum veritas minus permittit, cum legamus unicum tantum bubulcum, nomine Dorconem, à prædonibus periiſſe. Imo dicit & poſteà, ἀναιρεῖται μὲν τὸ βρέφος, tollit infantem.

Pag. 2. lin. 16. ἐξεπονησάμην, propriè elaboravi, labore meo confeci.

Pag. 2. lin. 26. Ἡμῖν ὁ θεὸς παράσχοι. Voto tandem concludit τῆς πραγματείας ὑπόθεσιν. Admodum id familiare eſt Poëtis, ut initio operis ſui Muſarum opem implorent. Idem nonnunquam faciunt oratores & philoſophi Socrates ille φιλοποιητὴς apud Platonem; ἄγετε ὦ μοῦσαι ξύν μοι λάβεσθε τοῦ μύθου, agite, Muſæ, exordimini una dicere.

Pag. 2. l. 26. Σωφρονοῦσι. Sententia eſt ambigua. Nam ſi referatur ad antece-

T dens

dens ὑμῖν, hic ſenſus eſt, ut nos ſanâ ſive caſtâ mente ſcribamus: ſin referatur ad lectores, ut hæc caſtis ſcribamus.

Pag. 2. lin. 27. Τὰ τῶν ἄλλων, verti cætera, reliqua: quia Græci dicunt τὰ δὲ τῶν ἐλπίδων, pro ἡ ἐλπὶς ſpes; Τὰ τῆς ἐγκρατείας, pro ἡ ἐγκράτεια, ipſa expeditio; τὰ τῶν γραμμάτων, pro γράμματα. Τὰ τῶν βαρβάρων, pro βάρβαροι. Niſi quis malit τὰ τῶν ἄλλων, πράγματα, vel ὄντα exponere, aliorum fortunas, caſus, &c.

Pag. 2. lin. 28. Πόλις ἐστὶ, Talis deſcriptio Alexandriæ, atque ejuſdem laus extat apud Achill. Tat. libr. 5. initio: Τριῶν δὲ πλεύσαντες ἡμερῶν, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἤλθομεν &c.

Pag. 2. lin. 28. Μιτυλήνη, urbis nomen, dicta, ut Diodor. Siculus libr. 4. refert à Μιτυλήνη, filia Machari. Erat hæc urbs ſita in Lesbo, à cujus nomine poſtea tota inſula Mitylene nomen ſortita fuit, inter Methymnam & Maleam, à Malea diſtans ſeptuaginta ſtadiis. Urbs hæc rebus omnibus inſtructa fuit, duos habens portus, quorum auſtralis quinquaginta triremium ac navium capax erat: borealis verò magnus ac profundus aggere protectus. Vitruvius hanc urbem teſtatur magnificenter & eleganter ædificatam fuiſſe, ſed non prudenter poſitam: in qua auſter cum flat, homines ægrotant: quum corus, tuſſiunt: quando ſeptentrio, ſanitati priſtinæ reſtituuntur. Hujus urbis facit & mentionem D. Lucas Act. 20. v. 14. ἀναλαβόντες αὐτὸν ἤλθομεν εἰς Μιτυλήνην, recepto eo venimus Mitylenen. Cicero contra Rullum, Mitylenas vocat urbem & natura, ſitu, & deſcriptione ædificiorum, & pulchritudine inprimis nobilem, agros jucundos & fertiles.

Pag. 3. lin. 1. Εὐρίποις: Εὔριπος ab εὖ & ῥίπτω, quia facilè projicitur, ſeu rejicitur. Propriè pars maris, quæ eſt inter Aulidem Bœotiæ portum, & Eubæam inſulam, quæ ſepties, aut ſæpius potius, ut inciderint paſſim venti, quemadmodum Livius exiſtimavit, die ac nocte reciprocatur, quod Seneca his teſtatus eſt verſib⁹, in Hercule Oetæo.

Euripus undas flectit inſtabilis vagas,
Septemque curſus flectit, & totidem refert,
Dum laſſum Titan mergit Oceano jubar.

Suidas: Εὔριπος, πέλαγος στενόν, ἢ τόπος ὑδατώδης μεταξὺ δύο γαιῶν. Τουτέστι Βοιωτίας καὶ Ἀττικῆς. ἑπτάκις δὲ τῆς ἡμέρας τὸ ἐκεῖσε ὕδωρ τρέπεται, h.e. Euripus, anguſtum mare, vel aquoſus locus inter duas terras, hoc eſt inter Bœotiam & Atticam. Septies autem quotidie ejus aqua mutatur. Hinc rivuli quoque è mari, aut alio flumine, per locum aliquem deducti, Euripi nomen adepti fuere, ab illorum euriporum ſimilitudine, qui in mari ſunt, terra utrinque ſepti. Et eo modo hoc loco ſumitur. Heſych. certè εὐρίπους interpretatur, τόπους περὶ ὑποδοχὴν τῶν ὑδάτων, ut ſunt, quos Latini lacus, lacunas, ſtagna, ciſternas. Tales rivuli noſtratia oppida in Friſia pulcherrimè diſtinguunt, ae diſſecant. Olim Romæ in profanas ædes aquæ, circum theatra, per fiſtulas aut tubos immiſſæ, euripi dicebantur. Cic. libr. 5. de legib. Ductus aquarum, quos iſti Nilos euriposque vocant, quis quum viderit, non irriſerit. Suet. Circenſibus ſpatio circi ab utraque parte producto, & in gyrum euripo addito. Æl. Spart. in Heleogab. Euripis vino plenis navales circenſes exhibuit. Joſeph. in antiq. Jud. περιήγαγεν εὔριπον μέγαν καὶ βαθύν, circumduxit euripum magnum ac profundum.

Pag.

Pag. 3. lin. 3. Pro νομίσεις leg. νομίσαις.

Pag. 3. lin. 6. Pro εἴκοσιν leg. διακοσίων.

Pag. 3. lin. 11. Pro ἐν ἠϊόνι ἐκτεταμένης leg. ἐπ' ἠϊόνι ἐκτεταμένη.

Pag. 3. lin. 12. Pro ψυχαγωγίας μαλθακῆς, leg. ψάμμῳ μαλθακῇ.

Pag. 3. lin. 15. Παιδίον ὑπ' αἰγὸς τρεφόμενον. Lucian. de ſacrific. idem de Jove: ἐς τὴν κρήτην ἐκτεθεὶς, ὑπ' αἰγὸς ἀνετράφη, καὶ ὁ πέρσης κῦρος ὁ πρότερον, ὑπὸ τοῦ κυνὸς, Jupiter in Cretam expoſitus à capra fuit educatus, primuſque Cyrus Perſa à cane.

Pag. 3. lin. 16. Pro λόχμην κάτω βάτων, leg. λόχμην βάτων.

Pag. 3. lin. 30. ἐπιῤῥοὴν εἷλκον τοῦ γάλακτος; Theodoretus ſimili phraſi uſus loquitur noſtro de Salvatore, oratione 10. οὕτω τοιγαροῦν γεννηθεὶς ὁ δεσπότης χριστὸς, εἷλκε μὲν μητρῴαν θηλὴν παραπλησίως ἡμῖν. Alibi dicit τὴν θηλὴν ἔσπαζεν.

Pag. 4. lin. 5. Χλαμύδιον, diminitivum à χλαμὺς, chlamys, paludamentum, à χλαίνω, calefacio, quia corpus munit adverſus frigus. Numa, Rex ſecundus Romanorum, cum Iſaurorum, vel ut alii, Albanorum legationem accepiſſet, atque illorum geſtaminis figuram & formam animadvertiſſet, ab illis acceptam invenit chlamydis geſtationem & veſtem, conjuncta regia veſte cum ſenatoria: non extrinſecus addens: at intrinſecus adjiciens purpuræ tincturam, ut horum utroque corpore unum conficeretur. Vide ſis Suidam in voce Χλαμὺς. Virgilius dat chlamydem Didoni libr. 4. Æneid.

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Convenit deliciis etiã hoc geſtamen, ut patet ex Polluce: πρώτη δὲ, φασὶ, χλαμύδα ὠνόμασε Σαπφὼ ἐπὶ τοῦ ἔρωτος, εἰποῦσα, ἐλθόν' ἐξ οὐρανοῦ πορφυρᾶν ἔχοντα περιέμενον χλαμύδα.

Pag. 4. lin. 6. Ἀλουργές. Dicitur & ἀλουργὴς & ἀλουργὸς, purpureus, purpuriſſens; dictum hoc nomen, quaſi ἁλὸς ἔργον, i. e. maris opus: quippe πορφύρα, purpura, eſt concha nobiliſſima, cujus ſucco, quem mediis in faucibus habet, veſtes tinguntur. Purpura apud omnes fermè gentes in pretio extitit, quam Romani fecere tanti, ut ejus tinctura, ejuſque commercio privatis interdixerint. l. 1. Cod. quæ res venire non poſſunt.

Pag. 4. lin. 6. πόρπη χρυσῆ. πόρπη fibula, à πείρω figo, quia infigitur, ut affigat. Pollux ait, veſtes connecti ſolitas ſignatè circa humeros, περόναις κατὰ τοὺς ὤμους διῃρῶ. Nonnus libr. 1. Don. intellexit fibulam illam, canens, Νεβρίδα σφίγξατέ μοι στέρνοισι, cervinam mihi aſtringite pectori. Quando venatum Didonem proficiſcentem depingit Maro libr. 4. Æneid. ita fatur.

Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtẽ.

Ex more venantium fæminarum, quibus veſtis ſubſtricta fibula, ne impediantur. Philoſtratus Junior, dat fibulam Atalantæ venatrici, τοῦ ἐσθῆτος εἰς περόνας συνεχομένης, veſte ad fibulas contracta, addita ratione, διὰ τὸ ἐνεργὸν εἶναι, ut prompta ſit ad agendum.

Pag. 4. lin. 7. ξιφίδιον ἐλεφαντόκωπον. ἐλεφαντόκωπος, comp. ex ἐλέφας, ebur, & κώπη, manubrium, capulus. Hinc ἐλεφαντόκωπον ξίφος, gladius eburneum capulum habens. Hujuſmodi gladius ſolet eſſe decus, & tutamen in armis. Unde Reges & magnates legimus ſibi curare ſolitos è dentibus elephantorum conficiendos enſes: Heliodor. libr. 2. Æthiopic. ſcribit, gladium Thyamidos habuiſſe cælatam aquilam in ebore: ἐλέφας εἰς αἰετὸν ἐκτετόρνευται, aquila ebore cælata eſt. Tangit hunc morem Plin.

libr. 33. c. 12. Et quid attinet hæc colligere, cum capuli militum, ebore etiam faſtidito, cælentur argento, vaginæ batillis, baltea laminis crepitent? Ovid. 7. Metamor. id ipſum ad morem vetuſtiſſimum referre videtur. Narrat enim, ſuæ uxori uterum ferenti, adductæque ad ſaxum ſoli, Ægea Athenarum Regem, gladium, cui eburneus erat capulus, calceoſque ſubjeciſſe, mandato addito, ut, ſi prolem maſculam eniteretur, hunc enſem cum calceis tolleret, filioque, ubi ad adultiorem perveniſſet ætatem, traderet.

Cū pater in capulo gladii cognovit eburno.

Pag. 4. lin. 9. Τὰ γνωρίσματα βαστάζας. Eſt autem γνώρισμα à γνωρίζω, notum facio, & γνωρίζομαι, fio notus, innoteſco. Dicuntur etiam σπάργανα, faſciæ, quibus infans involvitur. Συνθήματα, ſigna, quæ ex compoſito dantur. Donatus, enarrans verba illa Comici, ciſtellam Pythia domo effer: monumenta eſſe inquit, quæ Græci γνωρίσματα & σπάργανα appellant: ſed accipiendo monumenta in certa & peculiari ſignificatione, ut ſumitur apud prædictum Comicum in Eunuch. Act. 4. ſcen. 6. Abitu, ciſtellam, Pythia, domo effer cum monumentis; cujus ſignificationis aptiſſimum videtur exemplum habere iſte Pauſaniæ locus in Atticis. libr. 1. κρηπῖδας Αἰγέα ὑπὸ πέτρᾳ, καὶ ξίφος θεῖναι, γνωρίσματα εἶναι τῷ παιδὶ, crepidas Ægeum ſub ſaxo, & enſem depoſuiſſe, quo ea ſibi ſigna in filio agnoſcendo forent. Locus ille Terentii ut hoc obiter addam, optimè convenire videtur cum loco illo Plauti in Ruden. Ubi Dæmones ſenex ita ait: omnia inſunt ſalva: una ciſtella excepta eſt modo cum crepundiis, quibuſcum hodiè filiam inveni meam. Hinc Latinis ea, quibus ignoti noteſcunt, dicuntur ſigna, argumenta, notacula, notationes, characteres, ſpecimina, monumenta, crepundia. Quippe moris erat partus exponentibus ſuos, præſertim quos caſus & neceſſitas eò adigebant, una monumenta, ſive crepundia quædam exponere, tanquam fortunæ viatica, ut, qui hos in infantulos incidiſſent, haberent, unde alerent: vel ſi deſiiſſet novercari fortuna, paternis laribus jam aut olim redderentur. Hinc illa apud Heliodorum, ὥστε ὥρα σοι πάντως ἐπιδεικνύναι μοι τὴν ταινίαν, ἣν τῇ παιδὶ συνεκτεθεῖσαν ὑποδέδεχθαι μετὰ τῶν ἄλλων γνωρισμάτων ἔλεγες, Quamobrem tempus eſt, ut mihi faſciam oſtendas, quam cum filia expoſitam, te cum cæteris indiciis recepiſſe dicebas. Quam varia fuerint hæc γνωρίσματα, vide clariſſimum eruditiſſimumque virum Joann. Bourdelotium in animadverſionibus ſuis ad libr. 4. Heliodor.

Pag. 4. l. 10. ἔπειτα αἰδεσθεὶς, εἰ μηδὲ ἀργὸς φιλανθρωπίαν. Alia ratio movit Ægyptium apud Heliodor. libr. 2. infantem tollentem expoſitum, cum inquit: οὐ γὰρ ἦν μοι θεμιτὸν ἐν κινδύνῳ ψυχὴν ἅπαξ ἐνανθρωπήσασαν παριδεῖν, ἓν γὰρ τοῦτο παράγγελμα τῶν γυμνῶν παρ' ἡμῖν σοφῶν, Neque enim fas erat in periculo verſantem animam, ſemel ingreſſam humanum corpus, deſpicere & negligere; eſt enim hoc etiam unum ex præceptis Gymnoſophiſtarum, qui ſunt apud nos.

Pag. 4. l. 13. πρὸς τὴν γυναῖκα. Ad eundem modum apud Dion. Halicarn. lib. 1. antiqu. Fauſtulus regii pecoris magiſter Romulum & Remum expoſitos, domum ad uxorem ſuam Laurentiam perducit.

Pag. 4 l. 11. εἰ μηδὲ. Notandum hic Grammatices Studioſis, εἰ aliquando politioribus Græcis pro ὅτι uſurpari, præſertim, ſi ſequatur verbum, affectum aliquem animi ſignificans; ut ſunt ἐκ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ἐκπλήττομαι, attonitus ſum, αἰδέομαι, timeo, verecundor, θαυμάζω, miror, χαίρω, gaudeo, ἄχθομαι, doleo, δακρύω lugeo, κλαίω fleo, & ſimilia. Demoſth. de legatione falſa. καὶ τοὺς Ἀρκάδας ὑμῖν ἀπήγγειλεν ὡς ἔχαιρον εἰ προσέχει τοῖς πράγμασιν ἤδη ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις, Arcades etiam eo vobis lætari nuntiavit, quod jam Athenienſium civitas rerum ſatageret. Syn. ἔκλαιον οὐκ εἰ τεθνηξοίμην, flebam non quod paulò poſt moriturus eſſem. Iſocrat. θαυμάζω τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυναστευόντων εἰ προσήκειν αὐτοῖς ἡγοῦνται μέγα φρονεῖν, miror equidem civitatum principes, quod efferri ſuum eſſe putent. Pauſan. ἦν δὲ ἄρα καὶ δήμου δίκαιον βούλευμα, εἰ δὴ καὶ Ἀθηναῖοι μετέδοσαν δούλοις δημοσίᾳ ταφῆναι, Æquitatis autem pleniſſimum illud plebiſcitum fuit, quia publicæ ſepulturæ honorem ſervis communicarunt. Vide de hac particula D. Bez. ad §.15.cap.7. ad Corint. vid.pag. 7.lin.22.infra.

Pag. 4. lin. 21. Δόξαν δὴ κἀκείνῃ. Locutio Atticis non infrequens, apud quos participia verborum imperſonalium pro genitivo ponuntur. Lucian. δόξαν οὖν μοι διὰ πολλοῦ προσειπεῖν Νιγρῖνον τὸν πλατωνικὸν φιλόσοφον, cum igitur viſum mihi eſſet, Nigrinum Platonicum illum philoſophum multis compellare. Thucyd. καὶ δόξαν αὐτοῖς ἐχώρουν ἐς τὸ τεῖχος. Dicitur & δόξαν δὲ ταῦτα à Platone & Xenophonte: ſic ἐξὸν pro ἐξόντος. Lucian. in Timone ἐξὸν δὲ ἀπολαύειν, cum liceret frui. Demoſth. χηρεύουσα ἠνείχετο, ἐξὸν ἄλλῳ συνοικεῖν, vidua eſſe ſuſtinebat, quum ei liceret alii nubere. In apophthegmatibus Alcibiad. ἐξὸν φυγεῖν, μὴ ζήτει δίκην, cum licet fugere, ne quæras judicium. Talia ſunt παρὸν, δέον, δέησαν, ἐνδεχόμενον, ἀκουσθὲν, γεγραμμένον, & ſimilia, quæ paſſim occurrunt.

Pag. 4. lin. 27. Δάφνιν αὐτὸν ἔγνωσαν καλεῖν. Apud Judæos ſtatim poſt circumciſionem, quæ octavo fiebat die, nomen infanti imponebatur. Vide Lucam cap. 1. §. 59. ἐκάλουν αὐτὸ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, & eum patris ejus nomine appellabant. Vid. Gen. 21. §. 3.4. Apud Romanos dies infantium luſtricus & nominalis dicebatur, eratque octavus, ut apud Judæos, puellarum, at nonus puellorum. Apud Athenienſes decimo die ſacra fiebant, nomenque imponebatur infanti. Suidas: Ἀμφιδρομία, ἣν πέμπτην ἄγουσιν ἐπὶ τοῖς βρέφεσιν: ἐν ᾗ ἀποκαθαίρονται τὰς χεῖρας αἱ συναψάμεναι τῆς μαιώσεως, τὸ βρέφος περιφέρουσιν τὴν ἑστίαν τρέχοντες, καὶ δῶρα πέμπουσιν οἱ προσήκοντες ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πολύποδας, καὶ σηπίας. Τῇ δεκάτῃ δὲ τοὔνομα τίθενται. Hoc eſt, Ἀμφιδρομία, quintus à natis infantibus dicebatur dies, quem ſcil. Græci ſolenniter celebrant. Hoc die manus purgant illæ, quæ obſtetricis munere ſunt perfunctæ. Infantem autem circum focum ferunt currentes, & propinqui dona puerperæ mittunt, plerumque polipodes & ſepias. Decimo verò die infanti nomen imponunt. Vide Scholiaſt. Ariſtoph. in Lyſiſtrat. fol. mihi 886. Dabantur autem, aut avorum nomina, aut parentum, ut ipſa nominis recordatione ad imitandas eorum virtutes accenderentur: Hinc apud Græcos à Pyrrho plures Pyrrhi: à Philippo Philippi; à Ptolomæo Ptolomæi. Legimus & apud Pœnos Annibalem avi nomen tuliſſe. Verùm hi ignari parentum & majorum nominum, expoſito infanti nomen paſtoris indiderunt, appellantes eum Daphnidem. Daphnis quippe paſtoris nomen eſt apud Maronem: ut & apud Theocr. Idyll. 6. n. 1.

Δαμοίτας, καὶ Δάφνις ὁ βουκόλος.

Damætes, & Daphnis bubulcus, & alio loco

'Αὐλει Δαμοίτας, σύρισσε δὲ Δάφνις
ὁ βώτας,

Tibia canebat Damœtas, fiſtula verò ludebat Daphnis bubulcus.

Ego nullus dubito, quin hoc nomen dimanaverit à paſtore Daphnide filio Mercurii, admodum formoſo, qui etiam bucolici carminis inventor perhibetur: niſi malimus hunc puerum fuiſſe dictum à δαφνὶς, ἴδος, laurus, vel lanrea bacca.

Pag. 4. lin. 30. Δρύας, nomen paſtoris, qui inventor fuit, & pater habitus Chloës, à δρῦς, Quercus.

Pag. 5. lin. 2. Νυμφῶν ἄντρον ἱερὸν. ἄντρον dictum ab ἀνὰ, & τράω perforo. Vide elegantiſſimam deſcriptionem apud Plutarch. in vita Craſſi, in quo delituit ille octo menſes in Hiſpania. Nymphæ in antris plurimum habitare credebantur antiquis. Hinc Orpheo in Nympharum hymno dicuntur κρυψίδομοι, non ut vulgò ſcribitur κρυψίδρομοι.

Κρυψίδομοι, Βάκχοιο τροφοὶ, χθόνιαι, πολυηθεῖς. Ante dixerat: γαίης ὑπὸ κεύθεσιν οἰκί' ἔχουσαι, & poſtea ἀντροχαρεῖς Vide ſis Caſaub. libr. 1. de ſatyrica poëſi. Virg. lib. 1. Æneid. *Fronte ſub adverſa ſcopulis pendentibus antrum: Intus aquæ dulces, vivoque ſedilia ſaxo, Nympharum domus.* Hom. odyſſ. μ. verſ. 317.

Νῆα μὲν ὡρμίσαμεν, κοῖλον σπέος εἰσερύσαντες, ἔνθα δ' ἔσαν νυμφέων καλοὶ χοροὶ ἠδὲ θόωκοι,

Navem quidem ſubduximus in cavam ſpeluncam attractam:

Hic autem erant Nympharum pulchri loci, atque ſedilia. Ea de cauſa crediderim, antra antiquis religioſa fuiſſe. Sen. epiſt. 41. Si quis ſpecus, ſaxis penitus exeſis montem ſuſpenderit, non manu factus, ſed naturalibus cauſis in tantam laxitatem excavatus, animum tuum quadam religionis ſuſpicione percutiet. Athen. libr. 5. in pompa Ptolomæi: ἄντρα κατεσκεύαστο, κατὰ μέσον δὲ τῶν ἄντρων νύμφαι ἐλείφθησαν, conſtructa erant antra, in quorum medio Nymphæ erant poſitæ; & libr. 12. Deipnoſoph: εἰς τὰ Νυμφῶν ἄντρα ἀποδημοῦντες διετέλουν μετὰ πάσης τρυφῆς, abeuntes ad Nympharum antra vivebant cum omni voluptate. Pauſanias ſcribit, ad caput amnis Melis fuiſſe antrum, in quo tradatur Homerus feciſſe ſua carmina. Quo enim ille confugeret commodius, quam ad loca Muſis ſacra? Nymphæ hæ, quæ in antris degebant dicebantur etiam Napeæ, Eccl. 2.

Quæ colitis ſylvas Dryades, quæque antra Napeæ.

Pag. 5. lin. 6. Πόδες ἀνυπόδετοι. Rectè: Nymphæ quippe venatui addictæ erant. Apud Callimachum in hymno venatrix Diana à Jove petit, ut det ſibi, ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα, tunicam tantum uſque ad genu, addita ratione, ἵνα ἄγρια θηρία καίνω, ut agreſtes feras interficiam.

Pag. 5. lin. 7. Χεῖρας εἰς ὤμους γυμναὶ, manus aduſque humeros nudæ. Hoc habitu Atalanta inducitur à Philoſtrato Juniore, venatui indulgens ἐς ὦμον etiam uſque nuda. Ratio διὰ τὸ ἔνεργον εἶναι, ut ſit prompta ad agendum.

Pag. 5. lin. 8. κόμη μέχρι τῶν αὐχένων λελυμένη, coma uſque ad humeros ſoluta. Deabus fermè nunquam diſtinctæ comæ, aut compoſitæ: Nam quod de Fotide ſua Apuleius lib. 2. ait, capillorum non operoſus, ſed inordinatus ornatus eſt. Idem hic de Nymphis, quod vid. I. Metamor. de Daphne.

——— *poſitos ſine lege capillos,*

Horat. od. 2. libr. 3. ſparſum humeris capillum dixit. Heliod. libr. 1. dat Chariclíæ capillum, bacchico more ſub corona jactatum, & occupantem partes tergi. Valer. 5. Argonaut. de Nymphis venantibus.

——— *Tenuis levis innatat umbra*

Crinis

Crinis ad obſcuræ decurrens cingula mammæ.

Inde Dianæ à Claudiano dicuntur,

——Indociles errare comæ.

Pag 5. lin. 9. ζῶμα περὶ τὴν ἰξὺν, lege ζώνη περὶ τὴν ἰξὺν. Ζώνη, latinè, Zona, à Iᶜto inter muliebria veſtimenta numeratur, qua ſe mulieres cingebant, ſic dicta à verbo ζωννύω, vel ζώννυμι, quod eſt cingo. Hæc alio nomine latino dicitur cingulum. Feſtus: cingulo nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto ſolvebat, de quo Catullus.

Ne quærendum aliud quicquam nervoſius illo,

Quod zonam poſſet ſolvere virgineam & Ovid.

Cui mea virginitas avibus libata ſiniſtris,

Caſtaque fallaci Zona revincta manu.

At de ea zona hic ſermo non eſt: ſed pro mundo muliebri hic ſumitur; de quo Hom. cum ei dicitur Calypſo zonam circumpoſuiſſe Nympharum lumbis auream Odyſſ. ε. verſ. 231.

—— περὶ δὲ ζώνην βάλετ' ἰξύϊ,

καλὴν, χρυσείην. Hinc mulier benè ornata, εὔζωνος Homero dicitur: ut Il. a. v. 529.

ἐϋζώνοιο γυναικός. Hic ſcholiaſtes, καλῶς, καὶ εὐστόλου. Euſtat. Il. β. ad verſum 479. ἔοικε φθάσας καὶ γυναῖκα εὔζωνον εἰπεῖν, τὴν εὐκόσμητον, ἀπὸ μέρους τῆς ζώνης τὸ ὅλον ἐμφήνας καλλωπισμόν· ἐοίκασι δὲ φιλοτίμως αἱ πάλαι γυναῖκες ἔχειν τὰς ζώνας.

Pag. 5. lin. 10. μείδημα περὶ τὴν ὄφρυν. μείδημα, ſuavis ac mollis riſus eſt, qui maximè fæmineum ſexum decet. Eſtque à μειδιάω, idem quod μειδάω, leniter & molliter rideo. Videtur ortum à μεῖον, minus: quoniam ὁ μειδιῶν, ſubridens, μείονι κέχρηται γέλωτι, minori utitur riſu. Cujuſmodi riſus noſtratibus patrio ſermone dicitur *een Glimlach*. Lucian. in judic. Deor. γλαφυρόν τι καὶ προσαγωγὸν ἐμειδίασε, blandumque & illecebroſum etiam arriſit. Heliodor. libr. 4. ἡ δὲ πυκνὰ τὴν κεφαλὴν ἐπέσειε, καὶ σεσηρὸς ὑπεμειδία, Illa autem identidem caput commovebat, & ſubridebat.

Pag. 5. lin. 12. ἡ ὢα τοῦ ἄντρου, lege ἡ ὦα τοῦ ἄντρου; ὦα cum circumflexu, faſtigium forſan ab ovali figura quam faſtigium habebat. Varinus; ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ δὲ γράφεται, ὅτι ὦαι αἱ ἔσχαται ἄκραι. Si legas τὰ ὦα vertendum fuerit cænaculum, conclave hujus antri. Euſtath. Τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων, ὦα καλοῦσιν οἱ λακεδαιμόνιοι, ὅθεν ὑπερῷον, τὸ οἷον εἰπεῖν ὑπερύψηλον. Act. I. v. 13. ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον, aſcenderunt in cænaculum, ſive conclave.

Pag. 5. lin. 20. Αὖλοι πλάγιοι, tibiæ obliquæ, Nos *Dwers-pypen* dicimus: Bion in Bucolicis compoſita dictione πλαγίαυλος dixit, cujus inventor Pan eſt: εὗρε, inquit, πλαγίαυλον ὁ πὰν: ὡς αὐλὸν Ἀθάνα, Fiſtulam obliquam invenit Pan, ut tibiam Pallas. Erat autem αὐλὸς πλάγιος, genus tibiæ, quæ fiebat ex loto, unde πλάγιος, καὶ λώτινος συνωνύμως Polluci dicitur, ſed obliquo ductu. Pollux dicit eſſe Libyorum inventum lib. 4. in ipſo ſtatim initio Cap. περὶ τῶν ὀργάνων. Atque ibi pro πλαγίαλον lege πλαγίαυλον, hinc ajunt gallicum nomen flagiolet, quaſi plagiaulet. Hujus meminit Theocrit⁹ Idyll. 20. v. 29.

Κὴν αὐλῷ λαλέω, κὴν δώνακι, κὴν πλαγιαύλῳ,

Etſi, vel quum tibia loquor, & quum calamo, & quum obliqua tibia. Obliqua hæc tibia Græcorum erat, & cum primis paſtorum, Heliodor. libr. 5. Æthiopic. παιδάριόν τι μὲν πέτρᾳ πρὸς προβάτων ἐφεστὼς, τὴν δὲ νομὴν τῇ ἀγέλῃ πλαγίοις αὐλήμασι διαπράττων, puer paſcebat oves, non admodum editæ

rupi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

rupi circumſpiciendi cauſa tanquam ſpeculæ inſiſtens, paſcua gregi obliquis tibiis diſtribuens. Vide de obliquis tibiis Bourdelotium libr. 1. Florid. ad Apulei. Scaliger. libr. 1. c. 20. Poët. Qui aliter quam Pollux: quando ita ſcribit: Hæ omnes tibiæ ab ſummo inflabantur directo flatu; Afri primò invenerunt eam, cui Plagion & plagiaulon fecere nomen; non quod eſſet curva, ut quidam ſunt arbitrati, ſed quia ab latere inflabatur, quemadmodum & Germanica.

Pag. 5. lin. 27. εἰς τὴν προτέραν εὐνομίαν καταστῆσαι, ad priorem vivendi ſtatum reducere. Eſt propriè εὐνομία, recta juris legumque conſtitutio, rectaque juri conſtituto obtemperatio, quod non niſi metaphoricè ovi convenire poteſt. Niſi velis mecum exponere reducere ad prius paſcuum, quippe Herodoto εὐνομιδέσταται κτήνεσι νομαὶ, dicuntur paſcua pecoribus accommodatiſſima.

Pag. 6. l. 10. Μίτρα, mitra, à μίτος, licium, filum, voluntque dictam, quaſi μιτηρὰν: alii quod ſit περὶ τὰ ἦτρα. aliquando pro zona capitur, qua venter cingitur apud Hom. Sæpius pro capitis tegmine fæminis proprio, atque ita hic capitur: quippe mitra mundo muliebri accenſeri ſolet. Iſidorus Hiſpalenſis in gloſſis: Calyptra, genus mitræ. Achill. Tat. libr. 13. ὡς μὴ ῥᾳδίως τὰ σπλάγχνα διαπίπτοι, καὶ ἐν σκευάσαντες τῇ κόρῃ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ στολὴν ἔξωθεν περιβαλόντες, μίτραις τε καὶ ζώσμασι ἐνδεδυμένη, ταύτην τὴν σκευὴν ἐπικρύψομεν, Ne viſcera facilè elabantur, hunc in modum, ventrem illum fictitium ex pelle ovilla concinnatum puellæ adaptantes, ſtolaque ſuperimpoſita, mitris deinde ac vittis additis, apparatum iſtum occultabimus. Rectè Servius ad libr. 9. Æneid. dicit, pilea eſſe virorum, fæminarum mitras, quas calanticas vocant, quæ, teſte Nonio, capiti innectebantur. Cælius Rhodigin. libr. 6. antiquarum lection. cap. 10. ex Euripide & Herodot. docet, mitram eſſe, genus faſciæ, ſive teniæ, quo caput obligatur. Scholiaſt. ad Ariſtoph. μίτρα διάδημα, ἢ ζώνη, ταῦτα δὲ εἴδη ἐσθήτων ἐστὶν, ἁρμόττοντα ταῖς γυναιξὶν, οὐ τοῖς ἀνδράσιν, mitra diadema, aut zona. Eſt verò hæc ſpecies veſtium apta fæminis, non autem viris. Hac de cauſa Hiarbas inter alia lib. 4. Æneid objicit Æneæ & veſtitum fæminarum.

Mæonia mentum mitra, crinemque madentem, Subnixus. Et quæ hic dicitur μίτρα διάχρυσος, aliis χρυσόπαστος, auro variegata. Vide Athenæ. libr. 12.

P. 6. l. 4. Τὸ καθαρὸν utrum ad παιδίον an ad σῶμα referas, parum refert. καθαρὸν retuli, ad παιδίον, non ad σῶμα.

P. 6. l. 11. ὑποδήματα ἐπίχρυσα, calcei aurei, ſive inaurati, Græcorum fæminæ calceis admodum luxuriarunt, Ita ut in calceis non tantum ſuberem geſtarint, quo grandiores ſtatura viderentur. Xen. œcon. Iſchomachi uxorem ὑποδήματα ὑψηλὰ habentem introdicit, ὅπως inquit, μείζων δοκοίη εἶναι, ἢ ἐπεφύκει, quo videretur procerior, quam natura tulerat verum eò dementiæ dilaberentur, ut & aureos calceos ſibi aptarent. Victor. libr. 14. variari. lection. cap. 33. Quem morem graviter Clemens Alexandrinus l. 11. c. 9. pæd. taxat. Similiter, inquiens, in calceamentis ſuperbæ arrogantesque fæminæ magnam quoque oſtendunt mollitiem. Verè ergo ſunt turpia illa ſandalia, in quibus ſunt aurea velut donaria, quin etiam circumcirca clavos ſoleis infigere æquum cenſent Multæ autem iis quoque amatorias ſalutationes imprimunt, ut vel per terram immenſè incedentes, meretricios ſpiritus inceſſu inſculpant. Valere ergo juben-

bendum eſt, aureorum, & gemmeorum ſandaleorum manuum artificium, & crepidæ atticæ & Sicyoniæ, cothurnæque Perſicæ & Hetruſcæ Plut. πλείστων γυναικῶν ἂν ὑποδήματα διάχρυσα περιέλης, Pluribus mulieribus ademeris aureos calceos. Hunc morem tangit & Lucian. in Jov. Æſculap. & Herc. Ubi Herculi Æſculapius exprobando objicit, illum vapulaſſe aureo ſandalio, οὔτε ἔξαινον ἔρια ἐν Λυδίᾳ, καὶ πορφυρίδα ἐνδεδυκὼς, καὶ παιόμενος ὑπὸ τῆς ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ Neque lanas in Lydia carpſi, purpura indutus, & ab Omphale aureo ſandalio verberatus.

Pag 6. l. 12. καὶ περισκελίδες χρυσαῖ, aureæque periſcelides; περισκελὶς à περὶ, circum, & σκέλος, crus. Cælius Rhodig. putat idem eſſe, quod in Italia gremiale vocant, & tranſverſum. Tribuitur hoc ornamentum puellis, ac mulieribus. Menan. apud Pollucem libr. 2. dicit, τὰς κόρας φορεῖν περισκελίδας. Idem Poll. libr. 5. c. 16. in γυναικείῳ κόσμῳ, h. e. in muliebri mundo, inter alia ponit περισφύρια, περιπέζιδας ſeu περιπέζια, & περισκελίδας; addens Porphyrio περισκελίδας eſſe ornamentum pedis circa crura. Horat. Epiſt. 17. libr. 1.

Nota refert meretricis acumina, ſæpè catellam,
Sæpè periſcelidem raptam ſibi flentis, uti mox
Nulla fides damnis, verisque doloribus adſit.

Gloſſ. Periſcelides, ornamenta, vel circuli aurei crurum muliebrium. Tertullianus de cultu fæminarum: Neſcio an crus. de periſcelio in nervum ſe patiatur arctari. Petron. Arbiter: Jam mentum, jam cervix, jam manus, jam pedum candor intra auri gracile vinculum poſitus, parium marmor extinxerat. Ariſtoph. vocat has, πέδας χρυσᾶς. Cyprianus compedes: alii catenas, vincula. Num etiam in conſpectum hæc fæminæ ornamenta dabant? Audi Clemen. Alexandr. C. 10. pæd. Quemadmodum igitur veſtium compoſitionem honeſtam, & ab eo quod eſt indecorum mundam eſſe oportet, ita etiam vitanda eſt uſus immoderatio. Nec enim ſicut Lacænas virgines ſupra genu veſtiri honeſtum eſt: nullam enim partem fœminæ nudari decorum eſt.

Pag. 6. l. 13. Διδασκόμενος ἐλεεῖν. vide paginam 4. lin. 10. ſupra.

Pag. 6. 19. ἐπὶ τύχῃ χρηστῇ; Longus hoc dictum enunciat cum præpoſitione: ut & Ariſtophanes; ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον πύθι᾽ ἐπ' ἀγαθῇ τύχῃ πρᾶγμ' ὃ μηχανᾶται, Apollo Pythie, felicibus auſpiciis ſuccedat res, quam machinatur: ſed frequentius Græci genus hoc dicendi ſine præpoſitione efferunt, dicentes, τύχῃ ἀγαθῇ: τύχῃ χρηστῇ, bonis auſpiciis: Quod fœlix fauſtumque ſit.

Pag. 6. lin. 29. ὑπὸ τῆς οἰὸς παρευδοκιμηθῆναι, Ne ab ove ſuperaretur. Eſt, inquit Budæus, in comment. Græc. ling. παρευδοκιμεῖσθαι, vinci, ſuperari ab alio, h. e. inferiorem eſſe claritate famæ, ac nominis. Uſus ejus ſatis frequens eſt: ut, παρευδοκιμεῖται ἡ φιλοσοφία ὑπὸ τῆς ψεύδους παρὰ πολὺ, εὐπρόσωπον γὰρ ἐκεῖνο, καὶ διὰ τοῦτο ἥδιον, vincitur & claritate ſuperatur Philoſophia à mendacio: ſpecioſum quippe eſt illud, & ob hoc jucundum.

Pag. 6. lin. 30. πρὸς πίστιν αὐτῷ, lege πρὸς τὸ εἶναι πίστιν αὐτῷ. Poteſt referri hoc vel ad ὄνομα, vel potius ad totum illud negotium, quod moliebantur.

Pag. 6. lin. 30. Χλόῃ. Chloë nomen infantis erat, à χλόη ſive χλόα, dictæ. Eſt propriè χλόη herba virens:

V viri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

viride germen. Aliquando Epithetum Cereris eſt, quæ inde Latinis Poëtis flava Ceres nominatur.

Pag. 7. lin. 3. ἤδη ἦν, lege ἤδη τε ἦν.

Pag. 7. lin. 8. Λάμων, nomen paſtoris; hic fuit inventor, & poſtea habitus Daphnidis parens. Λάμων, latinè Gramioſus, h. e. lippus. Cælius apud Nonium: gramioſis oculis ipſa, attritis dentibus Filius Herculis ex Omphale natus, Lamon dictus fuit. Fuit & monachus, qui epiſcopatum recuſabat, hoc nomine appellatus.

Pag. 7. lin. 8. ὁρῶσιν ὄναρ. Ad eundem modum Xenoph. ὄναρ εἶδε τοιόνδε, ejuſmodi vidit ſomnium. Dicunt & latini cernere, videre ſomnia. Ovid.

—— *Cur hæc ego ſomnia vidi?*

Lucr. *cernere.*

Nonnunquam Græci dicunt addita præpoſitione κατὰ. Matth. 2. §. 12. χρηματισθέντες κατ᾽ ὄναρ, divinitus admoniti in ſomnio. Frequentius tamen ſine præpoſitione. Plut. in Peri. ἡ θεὸς ὄναρ φανεῖσα, Dea per quietem, ſive in ſomnis ſeſe offerens. Lucian. ἔδοξεν ὄναρ ἐπιστάντα οἱ τὸν Ἀλέξανδρον, viſus eſt in ſomnis ſibi aſtare Alexander; quem loquendi modum hic ſequitur Longus.

Pag. 7. lin. 9. εἶναι. τὸ εἶναι redundat.

Pag. 7. lin. 22. Εἰ ἔσοιντο; εἰ ſubinde diſertioribus Græcis ſignificat ὅτι, vid. pag. 4. lin. 11.

Pag. 7. lin. 24. δι᾽ ἣν, pro eo lege, διὸ καὶ.

Pag. 8. lin. 4. δεῖ νέμειν, quomodo debeant paſcere; niſi credideris, hic legendum ἐπιμένειν, permanere, perſeverare.

Pag. 8. lin. 12. ἡ μὲν ποίμνιον ἄγουσα τῆς σωτηρίας αἰτίαν. Sententia hæc ambigua eſt: quippe ſi intelligas mecum per αἰτίαν, τὴν ὄϊν, hoc eſt ovem Chloës nutricem, quæ procul dubio Chloæ ſemper domi in deliciis pretioque fuit, verſio noſtra ſubſiſtet: ſin verò fingas illam ovem jam pridem fuiſſe extinctam, mens erit: Ad gregem ovium ſuæ ſalutis cauſam referebat: Et tum ἄγουσα idem erit, quod ἀναφέρουσα.

Pag. 8. lin. 17. Βόμβος ἦν ἤδη, Rectè: hic enim ſonus apiculis eſt proprius, dictus ita per onomatopœjam, ex imitatione literæ β. Vel à βοῇ. Unde βομβέουσα μέλισσα. Latini quoque bombum apibus tribuêre.

Pag. 8. lin. 21. Τοσαύτης κατεχούσης εὐωδίας, cum jam tanta rerum eſſet fragrantia. Niſi malis legere pro εὐωδίας, εὐωχίας, h. e. cum ita otiarentur. Tam ſecurè agerent.

Pag. 9. lin. 12. ἀκριδοθήραν ἀνέπλεκε; ἀκριδοθήρα, nomen Theocriteum, decipula ad locuſtas capiendas. Idyll. 1. v. 52.

Ἀμφὶ δέ γ᾽ ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν.

At ille ex culmis pulchram nectit locuſtis capiendis decipulam. Comp. dictio, ex ἀκρὶς, locuſta, & θηράω, venor. Belgæ hæc inſecta *Sprinckhaenen* vocant, ita à ſaltando dicta, quod propter alarum infirmitatem è terra ſe modicis volatibus attollant, ac ita ferantur, ut ſaltare potius, quam volare videantur. Rectè ac utiliter facit decipulam capiendis locuſtis. Quippe Plin. libr. 11. cap. 29. Locuſtas peſtem iræ Deorum nuncupat, eaſque ſummè noxias frugibus quas exedunt, & perdunt ad internecionem, quod maximo mortalium incommodo univerſus orbis quandoque experitur, quas ita Claudianus deſcripſit.

Horret apex capitis, medio fera lumina ſurgunt.
Vertice cognatus dorſo dureſcit amictus:

Arma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Armavit natura cutem, dumique rubentes
Cuſpidibus parvis multis acuêre rubores.

Habet humana natura, quamvis ſæpiſſimè fallatur, ſuas vires ſuamq; ſolertiam, quibus quicquid infeſtat à ſe propellit, & ab inimico ſe tutum defendit. Ideo leges non tantum in hominũ moribus inſtituendis, ſed etiã in hoc de quo agimus evulgavit, & modum præſcripſit: ut videlicet locuſtæ, vel procul arceantur, ne irrumpant, vel præſentes jam atque omnia vaſtantes abſumant, quemadmodum optimè clariſſimus atque doctiſſ. Leo Allatius loquitur. Plin. libr. 11. cap. 29. In Cyrenaica regione legem fuiſſe refert, ter anno eas debellandi, primò ova obterendo, deinde fœtum, poſtremò adultas, deſertoris pœna in eum qui ceſſaverit. Et in Lemno inſula certa menſura prę finita eſt quam ſinguli enecatarum ad magiſtratus referant. Et inferius. Necare & in Syria militari imperio coguntur. Quod & in Lucania, nec non Japygia lege eſſe ſancitum, dum hoc malum terras hominesque infeſtat, ſibi eſſe relatum, imò ſe obſervaſſe clariſſimus Allatius narrat.

Pag. 9. lin. 18. *ἀλλήλους τε κηρῷ συναρτήσας μαλθακῷ.* Pan perhibetur primus inveniſſe artem calamos conglutinandi cera, ut teſtatur Maro Ecclog. 2.

Pan primus calamos cera conjungere plures,
Inſtituit.

Hinc Æſchylus fiſtulam *κηρόπλαστον* dixit; Pollux, *κηρῷ συνδεθεῖσα.* Theocr. *εἰδ.* 1. *ἐκ κηρῶ* (doricè pro *ἐκ κηροῦ*) *σύριγγα καλάν*, ex cera fiſtulam pulchram. Nota unamquamque cicutam ſonum ſuum ab aliis diſcrepantem habuiſſe. Verba Scaligeri notatu digna: Fiſtulæ figuram apprimè ſignant proportione certa alæ figuram in ſummo, qua inflabantur, æquales: inæquales, qua exit ſpiritus. Ordo itaque fiſtularum ſemper decreſcebat, juxta hanc Tibulli deſcriptionem:

Fiſtula cui ſemper decreſcit arundinis ordo,
Nam calamus cera jungitur uſque minor.

Formam veteris fiſtulæ multis perſequitur Achilles Tatius. Nota veteres in nuptiis & pleriſque ſolennitatibus læti argumenti binis fuiſſe uſos tibiis, ad monodias & planctus ſingulas adhibuiſſe.

Pag. 9. lin. 28. *Λύκαινα τρέφουσα σκύμνους.* Signatè: lupi quippe ferociores ad prædam eſſe feruntur, cum & ipſi fame, verius ventris rabie agitantur: & cum eorum catuli ſicco ſunt ore, ac jejuni, tunc enim magno furore ad prædam convolant. Firmat dicta mea Maro libr. 2 Æn. verſ. 358.

——— *Inde lupi ceu*
Raptores atra in nebula, quos improba ventris,
Exegit cæcos rabies, catulique relicti,
Faucibus expectant ſiccis.

Philoſtratus luporum mentione injecta, ait: *ὡς ἀεὶ προσκείμενοι τῷ ἁρπάζειν*, qui ſemper rapinis ſunt intenti.

Pag. 10. lin. 3. *πολλάκις ἥρπασε*: placet *πολλὰ ἥρπασε.*

Pag. 10. lin. 1. *πολλῆς τροφῆς.* Nunquam ſanè magis ſæviunt feræ, quam cum jejunos eſurienteſque relinquunt catulos Cyrill. Alexandr. in cap. 13. Oſeæ, ait: *Τότε γὰρ μάλιστά φασι τὸ ἐμφύτου μανίας εἰς ἄκρον ἔρχεσθαι τὸ θηρίον*, Tunc enim potiſſimum hanc belluam ferunt pervenire ad ſummum furoris inſiti. Ipſæ etenim feræ, ut Seneca ait, epiſtola 99. fætus ſuos diligunt, quarum concitatus eſt amor, & penè rabidus. Plin. libr. 8. cap. 16. de Leæna: cum

cum pro catulis fœta dimicat, oculorum aciem traditur in terram defigere, ne venabula expaveſcat.

Pag. 10. lin. 5. Τὸ ὕψος ὀργυῶν; hic deſideratur aliquid: nam non dicitur, quot patuerit ulnas. Eſtque ὀργυιά, quod latinis eſt ulna. Plin. arboris craſſitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat. Heſych. ἡ τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασις. Idem Heſych. exponit, τρίπηχυ μέτρον, h.e. τρεῖς πήχεις ἔχον. Eſt & menſura, juxta Herodotum ſex pedum: Derivatur ab ὀρέγω, extendo, & γυῖον, pes. Eſt quippe extenſorum pedum menſura.

Pag. 10. lin. 11. Τῆς προτέρων γῆς εἰκόνα, quod Plutarch. in Numa ἰσόπεδον nominat, ubi loquitur de ædicula ſubterranea, in qua virgo veſtalis, convicta ſtupri, viva terrâ obruta, conditur. καὶ κατακρύπτεται τὸ οἴκημα, γῆς πολλῆς ἄνωθεν ἐπιφορουμένης, ὥστε ἰσόπεδον τῷ λοιπῷ χώματι γενέσθαι τὸν τόπον, & ædicula multa injecta deſuper humo contegitur, donec complanatum ſolum aggeris ſit. Quo pacto Ægyptii captent ἱπποποτάμους, vide ſis Tat. l. 4.

Pag. 11. lin. 5. οὐκ ἀκριβὴς τῶν ἐν ποσὶν ἡ πρόσοψις ἦν; πρόσοψις, propriè aſpectus, facies. Sophocl. in Ajace. σὴν πρόσοψιν ἐσιδεῖν, faciem & os tuum intueri. Atqui hoc loco idem eſt quod proſpectus: ut & apud Thucyd. libr. 4. οὐκ οὔσης τῆς προσόψεως ἡ ἀλλήλοις ἐπιβοηθεῖν, quum proſpicere non poſſent, qua parte auxilia ſummitti poſſent. Et libr. 12. μὴ ἔχων τὴν πρόσοψιν τῶν πολεμίων, cum hoſtes proſpicere nequirent. Latini dicunt videre id quod ante pedes eſt. Teren. Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt videre. Quod Sophocl. Τὰ πρὸς ποσὶ σκοπεῖν. Minutius Fælix pro pedibus dixit, in octa. Proinde ſi quid ſapientiæ vobis, aut verecundiæ eſt, deſinite cœli plagas, aut mundi fata, ſecretaque rimari, ſatis eſt pro pedibus aſpicere. Noſter hoc loco παροιμιάζεται, reſpiciens abſque dubio ad ſcomma jactum olim in Thaletam Mileſium, qui ſydera contemplans, in foveam incidit, quem ancilla Thracenſis irriſit, quod ea quæ in ſublimi eſſent, cognoſcere vellet, cum ea quæ ante pedes eſſent, non videret.

Pag. 11. lin. 9. Δάφνιν χρήσασθαι, leg. Δάφνιν διὰ τὸ χρήσασθαι.

Ἐπὶ τοῦ χείλους ἑστῶτες. Χεῖλος propriè labrum, dictum παρὰ τὸ χέειν, fundere, quia per labra potum fundimus. Hic metaphoricè pro crepidine foſſæ: quemadmodum & apud Hom. Il. μ. v. 51. ubi ſermo de equis eſt, foſſam tranſilire non audentibus.

——— μάλα δὲ χρεμέτιζον ἐπ' ἄκρῳ
Χείλει ἐφεσταότες· ἀπὸ γὰρ δειδίσσετο
τάφρος, Εὐρεῖα,

Valde enim hinniebant in ſummo
Labro ſtantes: Nam deterrebat foſſa
lata.

Liv. Extra duplex vallum foſſæ circundedit: interiore labro cum turribus crebris objecit. Cæſ. Quantum ſumma labra foſſa diſtabant.

Pag. 11. lin. 24. Ταῖς τῆς ὁλκῆς ταινίαις. Pro eo lege, ταῖς τῆς ταινίας ὁλκαῖς.

Pag. 11. lin. 21. Ἡ δίκη μετῆλθε, videlicet τὸν διώκοντα. Habet hoc verbum μετέρχομαι crebro ulciſcendi ſignificationem, item perſequendi & puniendi. Antiph. μετέρχομαι τὸν φονέα τοῦ πατρὸς, ulciſcor occiſorem patris. Euripid. μετελθεῖν γάμους Ἑλένης ὑβρισθέντας, ſumere vindictas de violatis Helenæ nuptiis. Aphth. Τὰ ἁμαρτήματα τῶν παίδων μετέρχονται, peccata puerorum puniunt. Pauſ. ferè ut noſter, libr. 1. Attic, niſi quod uſus fuerit verbo περιέρχεσθαι, quando inquit, Κλεοπάτραν δὲ περιῆλθεν ἡ δίκη τῶν πολε-

μαις

μαίου φυγῆς: Digna autem facinore pœna Cleopatram conſecuta eſt. Plutar. in vita Craſſi: δίκην ὑρώδην μετῆλθε, pænas dedit Hyrodes.

Pag. 11. lin. 30. τυθησόμενοι, lege τεθυσόμενοι. Niſi quis malit τεθυσόμενον, h. e. jam jam immolandum.

Pag. 12. lin. 1. Σῶστρα τοῦ βουκόλου. Σῶστρον eſt præmium, quod conſervatus conſervatori reddit. Apud Romanos quercina corona dari ſolet τῷ σώζαντι πολίτην ἐν πολέμῳ, qui civem in bello ſervaſſet. Apud Xenophon. de ſervo fugitivo: ἄλλους παρακαλῶ σῶστρα τούτῳ ἀνακηρύσσειν, ut præmia denuntient ei, qui fugitivum mihi aſſervarit.

Pag. 12. lin. 17. τοῦ Νυμφῶν; Addendum putat Columbanius: ἐν ᾧ ἡ πηγὴ, in quo fons erat.

Pag. 12. lin. 19. τὴν πήραν .... ἐγένετο, velim ſuppleant hanc lacunam, quibus diverſi in mundo ſint codices. Si mea quid conjectura valeat, hoc modo huic loco medicinam facerem, addendo, καὶ πολλὰ φιλήματα ἐγένετο, multaque interceſſerunt oſcula. clariſſ. G. Jongermanus, ſic reſtituendum putat: ἐπεὶ δὲ μόνος ἐγένετο, poſtquam verò ſolus fuit.

Pag. 12. lin. 22. καὶ στόμα κηρίων γλυκύτερον. Τὸ δὲ φίλημα κέντρου μελίττης πικρότερον. Apulejus ſuæ Fotidi oſculo fixo, pronus in illam, qua fine ſummum cacumen capillus aſcendit, inquit, mellitiſſimum illud ſuavium impreſſi: Ad quæ Fotis: Heus tu Scholaſtice: dulce & amarum guſtulum carpis, cave ne nimia mellis dulcedine, diutinam bilis amaritudinem trahas. Eſt hæc ſententia Plautina ex Ciſtellaria. Amor & melle, & felle eſt fæcundiſſimus: guſtu dat dulce, amarum ad ſatietatem uſque aggerit. Clitiphon apud Achill. Tat. libr. 2. jactans oſculi dulcedinem, ait: ᾐσθόμην δὲ ἐπικαθημένου μοι τοῦ φιλήματος ὥσπερ σώματος, καὶ ἐφύλαττον ἀκριβῶς, ὡς θησαυρὸν τὸ φίλημα τηρῶν ἡδονῆς· ὃ πρῶτόν ἐστιν ἐραστῇ γλυκὺ, Baſium in labris reſidere ſentiebam, & dulcedinem ejus ceu theſaurum quempiam diligenter cuſtodiebam. Id enim eſt, quod primum amanti dulce accidit.

Pag. 12. lin. 28. Τοῦτο φίλημα καινόν. Tria ſunt, teſte Donato, oſculandi genera: oſculum, baſium, & ſuavium; oſcula officiorum ſunt, baſia pudicorum affectuum, ſuavia libidinum, vel amorum. Addidit non ſine cauſa pronomen τοῦτο. Eſt enim in pronominibus magnum dicendi pondus, magnuſque ex ex his intellectus naſcitur. Nam dicendo τοῦτο φίλημα vult intelligi illud dulciſſimum ſuavium, quod amatori amaſia ſive amica, ardenter, vel vice verſa infigit: illud, quo labella labellis ferruminantur: illud, quod Venus quinta parte ſui nectaris imbuit: denique illud, quod libidinis eſt ſuſcitabulum, & ſubantis antiludium.

Pag. 12. lin. 27. ὃν ὁ Δόρκων ἐχαρίσατο, in verſione id præteritum, quem dono dedit Dorco.

Pag. 12. lin. 29. ἐκπηδᾷ μου τὸ πνεῦμα, ἐξάλλεται ἡ καρδία. Achill. Tat. lib. 2. Τὸ φίλημα βάλλει τὴν καρδίαν. ἡ δὲ ταραχθεῖσα τῷ φιλήματι, πάλλεται, εἰ δὴ μὴ τοῖς σπλάγχνοις ἦν δεδεμένη, ἠκολούθησεν ἂν ἑλκυσθεῖσα τοῖς φιλήμασιν, cor pulſat baſium, quod baſio conturbatum ſalit: ac niſi viſceribus nexum hæreret, attractum baſia ſequeretur. Veteres amatoria quadam dementia excæcati, animas credebant inſpirari poſſe, & amatorio oſculo in aliud transfundi corpus. Euſtat: καὶ ὅλην κατέδακνον, καὶ ὅλην ἀνέῤῥοφον τοῖς χείλεσι, καὶ ὅλος ὅλην ὡς κιττὸς ξυνεῖχον κυπάρισσον, ξυνεχόμενην αὐτῇ, καὶ τὴν φύσιν ἐζήτουν κοινῶσασθαι, & totam mordebam oſculo, & totam exſugebam labris, & totus, totam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

totam, ceu hedera aſtringit cupreſſum, amplexabar puellam, copulabar ipſi, & naturam, ſeu animam quærebam communnicare. Phavorinus: τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσι οἱ τῷ ϛόματι ψαύοντες, ἢ συνάπτουσι τὰς ψυχάς; (Quid enim aliud faciunt ora jungentes (oſculantes) quam quod animas conjungant?

Petronius Arbiter.

Qualis nox fuit illa, Di, Deæque!
Quam mollis thorus! hæſimus calentes,
Et transfudimus hinc inde labellis,
Errantes animas

Pag 13. lin. 4. Ἆρα φαρμάκων ἐγεύσατο χλόη; Moſchus.

—— καὶ ἢν ἐθέλῃ σε φιλᾶσαι,
φεῦγε· κακὸν τὸ φίλαμα, τὰ χείλεα φάρμακον ἐντί.

——*Atque ſi voluerit te oſculari,*
Fuge: malum eſt oſculum, ipſa labra ſunt venenum.

Δόρκων, nomen Bubulci; eſt autem δόρκων Græcis, caprea, capreolus. Eſt & matronæ nomen apud D. Lucam Actor. 9. §. 39. ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκάς, Quæcunque fecerat, dum adhuc cum ipſis eſſet illa Dorcas, ſive caprea.

Pag. 14. lin. 2. ἀνὰ πᾶν ἔτος, toto anno verti, vel per totum annum. Sic dicimus ἀνὰ πάντα τὸν βίον per totam vitam, vel in tota vita. At ſi ponas poſt ἔτος comma: vertes in ſingulos annos, ſivè quotannis.

Pag. 14. lin. 8. κακοῖς ἀνηκέστοις περιπέσοι, Ne in graviſſima mala, ſeu maxima, & quibus nullum majus eſſe poſſit, incideret. Eſt autem ἀνήκεστος compoſ. ex α privante, & ἄκεστος ſanabilis, cujus thema ἀκέομαι, ſanor, medicor. Eſt igitur metaphora hæc ducta à morbis, qui, cum inſanabiles ſunt, pro graviſſimis habentur. Vel denotat tale malum, ex quo ſequatur damnum irreparabile, ſive inexpiabile. Iſocrat. in Encom. Helenes. καὶ κακοῖς ἀνηκέστοις περιπεσόντες, In extrema delapſi mala. Idem Panatheniaco, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῶν ἀνηκέστων κακῶν.

Pag. 14. lin. 23. περιέτεινε τῷ σώματι ποδήρες καταγωνιστάμενος. Ita Apoll. lib. 1. Argonau.

Δέρμα δ' ὁ μὲν ταύροιο ποδηνεκὲς ἀμφέχετ' ὤμους,
Ἄργος Ἀρεστορίδης λάχνῃ μέλαν,

Pellem Tauri, demiſſam ad imum induit circa humeros,
Argus Ariſtorides atram lanugine.

Pag. 14. lin. 26. ἐφηπλῶσαι: lege ἐφοπλίσασθαι.

Pag. 14. lin. 28. καὶ τὸ στόματος τὸ χάσμα σκέπειν τὴν κεφαλὴν, ὥσπερ ἀνδρὸς ὁπλίτου κράνος.

Ad eundem modum poëtarum princeps Maro 11. Æneid.

—— *caput ingens oris hiatus*
Et malæ texere lupi cum dentibus albis.

Plutar. in vita Marii de Cimbris.

Κράνη μὲν εἰκασμένα θηρίων φοβερῶν χάσμασι καὶ προτομαῖς ἰδιομόρφοις ἔχοντες, ἃς ἐπαιρόμενοι λόφοις πτερωτοῖς εἰς ὕψος ἐφαίνοντο μείζους, Galeas gerebant, quæ repræſentarent ſævarum belluarum rictus, & inuſitatas figuras, quas alatis faſtigiantes criſtis, apparebant eminentiores. Euripides de Hercule. δεινῷ χάσματι θηρὸς, terribili rictu feræ. Atque ita ſe ornabant, quo hoſti majorem incuterent terrorem. Atque, ut hoc obiter addam. Hic habitus etiam heroum fuit, atque magno in pretio apud ſeculum prius, tantum ad ferocitatem quandam præferendam, alioſque terrendos. Firmat hæc Maro:

—— *procul Orphitus armis*
Ignotis, & equo venator Iapyge fertur,
Cui pellis latos humeros erepta juvenco,
Pugnatori operit.

De Achille Ennod. in declamatione. Illos humeros, quos ſpoliati Leonis terga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

terga calefecerant, auro diſtincta, vel murice palla claudebat. Interpres Apollon. σύνηθες τοῖς ἥρωσι, δερματοφορεῖν, conſuetum erat Heroibus pelles geſtare. Apud Apuleium lib. 4. Unus à latronum numero urſæ effigiem ſubierat, cum Democharis ædes expilaturi venerant, qui mox à canibus venaticis cinctus atque obſeſſus, multiſque numero vulneribus laniatus, interiit.

Pag. 15. lin. 8. Σκολύμοις. Σκόλυμος cardui ſpecies. Heſiod. ἐν ἔργ.

ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ,

Quum verò carduus floret. Vocatur hoc nomine etiam herba, quam alio κυνόγλωσσον nomine appellant.

Pag. 15. lin. 18. φυλλάδα χλωρὰν, viridem frondem. Homerus θάλλον dixit. Od. ρ. Σηκοκόρον τ' ἔμβυαι, θαλλόν τ' ἐρίφοισι φορῆναι,

Ut eſſet ſtabuli curator, & frondem, ſeu virentem ramum hædis ferret. Mirum enim in modum delectatur frondibus hoc animal. Plut. de poëm. aud. ἡ μὲν μέλιττα διώκει τὸ ἄνθος, ἡ δὲ αἲξ τὸ θαλλὸν, ἡ δὲ ὗς τὴν ῥίζαν..

Pag. 15. lin. 22. ἐν ῥινηλασίας περιεργίᾳ. legendum eſſe exiſtimo: ἐν ῥινηλασίαις περιεργία; Ita ut περιεργία ſit nominativi caſus. Atque ita etiam verti.

Pag. 15. lin. 26. ἔδακνον μετὰ κράτους, Dicunt Græci μετὰ κράτους, h. e. μετὰ βίας, vi, totis viribus, vehementer, omni ope, eodem ſignificatu; ut κατὰ κράτος τὴν πόλιν ἑλεῖν, urbem vi capere, urbem expugnare. Iſocrat. Plutar. & ubique Hiſtorici.

Pag. 16. lin. 13. ἀπένιψαν τὰ δήγματα. Abluerunt morſus, h. e. vulnera. Aſpergebant Veteres aquâ vulnera, rati ſanguinis fluxum aquarum frigore contineri, atque ſiſti. Virg. 12. Æneid.

Fovit eâ vulnus lymphâ longævus Iapix.

Et mox,

—— omnis ſtetit imo vulnere ſanguis.

Et Æneid. 10.

Interea genitor Tyberini ad fluminis undas,
Vulnera ſiccabat lymphis.

Item Æneid. 3.

Poſtquam altos tetigit fluctus, & ad æquora ventum eſt,
Luminis effoſſi fluidum lavit inde cruorem.

Ovid. *Crudelia vulnera lymphis abluere.*

Statius *Vulnera de lymphis Epidaurius eluit Idmon.*

Apul. libr. 8. Ac de hinc vulneribus medelas varias adhibere feſtinant: hic cruorem præterfluentis aquæ rore diluere. Silius quoque formâ Maroniana libr. 5. Punicorum.

Mulcebat lymphâ purgatum ſanguine vulnus.

Act. 16. §. 33. καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν. Atque ille eodem illos noctis veſtigio cepit, & à plagis abluit. Addo & corpora defunctorum ablui ſolere apud veteres. Vide ſis Apulejum libr. 8. de aur. aſino.

Pag. 16. lin. 15. διαμασησάμενοι φλοιὸν, ad verbum, manducatum corticem viridem ulmi inſperſerunt: itaque de ſucco intellexi, cum ipſe cortex inſpergi nequiret. Habet enim, teſte Plinio, vim contrahendi vulnera atque ſpiſſandi Ulmi foliorum & corticis ſuccus.

Pag. 16. lin. 19. τὴν ἐπιβολὴν τοῦ δέρματος. Repone, τὴν ἐπιβολὴν τοῦ Δόρκωνος.

Pag. 16. lin. 24. Σωθεὶς ἐκ κυνὸς, φασιν, οὐ λύκου στόματος, ereptus canis, non lupi faucibus, ut eſt in proverbio. Ἐκ λύκου στόματος, è lupi rictu, ubi res quæpiam præter ſpem omnem recipitur, quæ jam planè periiſſe videbatur, veluti cum pecunia erepta à prædonibus, aut rapaci Tyranno, inopinato aliquo caſu re-

recuperatur. Solent autem ſic recepta eſſe gratiora. Flaccus in odis. Vel hædus ereptus lupo. Nota eſt metaphora; Totum hoc videtur natum ab Æſopica fabula, quæ narrat gruem, cum ſtipalata mercedem, os, quod lupi gutturi inhæſerat, immiſſo capite, deduxiſſet, præmium exigentem irriſam à lupa fuiſſe; cum is diceret, abunde magnum eſſe præmium perſolutum, quod ex ore lupi caput incolume retuliſſet. Vide Suidam.

Pag. 16. lin. 29. ὑπὸ γὰρ τοῦ δέρματος πλονθεῖσαι, Lupi enim pelle conſternatæ. Nequaquam hoc mirum: quippe inter illa bruta maxima omnium ἀντιπάθεια eſt. Hinc Græci, cum ſignificatum volunt inſanabile eſſè diſſidium, dicere ſolent: πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ, Ante lupus ſibi junget ovem. Vid. Ariſtoph. in εἰρήνῃ. Hinc Virg. libr. 9. Æneid.

Ac veluti pleno lupus inſidiatur ovili.

Stat. 5. Theb.

Ille velut pecoris lupus expugnator opimi. Ovid.

More lupi clauſas circumeatis oves.

Arnob. lib. 1. Ovilibus inſidiatur lupus.

Pag. 17. lin. 3. ἐπεπαιδεύοντο δὲ φωνῇ πείθεσθαι. Habent magiſtri pecoris voces quaſdam proprias, atque peculiares, quibus aſſueſcunt pecudes: ut, σίττα ἢ σίττε apud Theocritum Idyll. 8. v. 68.

Σίττα νέμεσθε, νέμεσθε, Heus paſcimini, paſcimini.

Euſtat: σίττα, ἢ σίττε, inquit, ἐπίφθεγμα ποιμενικὸν, ἐπισπευστικὸν τῶν θρεμμάτων, ὃ καὶ φίττα λέγεται. Ita paſtores hac voce utuntur, quum ſuos greges accelerare aliquò, vel alicundè celeriter abducere volunt.

Pag. 17. lin. 10. λαγὼς ἐκ τῶν ἰχνῶν εὑρίσκοντες. Lepores veſtigiis perſequuntur venatores. Hinc Græci metaphoricè, πᾶσι ἴχνεσι ζητεῖν, pro eo, quod eſt, omnibus inquirere veſtigiis. Dicitur de eo, qui ſumma cura, ſummaque diligentia rem perveſtigat. Latini etiam dicunt, Cic. in orat pro Cluen. Quid? Albiana pecunia, veſtigiis ne nobis odoranda eſt, an ad ipſum cubile nobis ducibus venire poſſumus? Et paulo poſt: Cluentii nummus nullus judici datus, ullo veſtigio reperitur.

Pag. 17. lin 11. εἰς ἐπαύλεις. lege, εἰς τὰς ἐπαύλεις.

Pag. 17. lin 13. ἐκοιμήθησαν βαθὺν ὕπνον. Frequens Poëtis phraſis hæc, βαθὺς ὕπνος, altus, ſive profundus ſomnus. Theocr. εἰδ. 11. v. 65.

Ὦ λάμπουρε κύων οὕτω βαθὺς ὕπνος ἔχει τύ;

οὐ χρὴ κοιμᾶσθαι βαθέως σὺν παιδὶ νέμοντα.

O Lampre canis, ſiccine altus ſomnus tenet te?

Non oportet dormire profundè cum pueropaſcentem.

Divus Lucas Act. 2. §. 9. καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, obrutus ſomno profundo, vel merſus ſomno gravi, opreſſus alto ſomno. Virg. 8. Æneid. pecudumque genus ſopor altus habebat. Luc. ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης, ſubaudito accuſat. ὕπνον.

Pag. 17. lin. 20. τὸ μὲν φίλημα ἀπώλεσεν. Xenophontis libr. 1. memorabilium Socratis.

Ἡράκλεις, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ὡς δεινήν τινα λέγεις δύναμιν τοῦ φιλήματος εἶναι. καὶ τοῦτο ἔφη ὁ Σωκράτης, θαυμάζεις; οὐκ οἶσθα τὰ φαλάγγια οὐδ᾽ ἡμιωβολιαῖα τὸ μέγεθος ὄντα προσαψάμενα μόνον τῷ στόματι, ταῖς τ᾽ ὀδύναις ἐπιτρίβει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τοῦ φρονεῖν ἐξίστησιν; Καὶ μὰ Δί᾽ ἔφη Ξενοφῶν ἐνίησι γάρ τι τὰ φαλάγγια, κατὰ τὸ δῆγμα. ὦ μωρὲ, ἔφη ὁ Σωκράτης, τοὺς δὲ καλοὺς οὐκ οἴει φιλοῦντας ἐνιέναι τι, ὃ σὺ οὐχ ὁρᾷς? Papæ, inquit Xenophon

quam

quam gravem mihi narras oſculo vim ineſſe. Tum Socrates: an verò id mirare; Neſcis quod Phalangia, quæ magnitudine ne dimidium quidem obolum æquant, ubi ſolum attigerunt homines ore, doloribus eos exagitant, & à mente alienant? Verum eſt ait Xenophon: immittunt enim aliquid phalangia mordendo. O ſtulte, Socrates inquit, pulchros vero oſculantes non inſerere putas quippiam, quod viſum noſtrum effugiat?

Pag. 17. lin. 25. Δένδρα ἐν καρποῖς. Verbatim, arbores erant in fructibus, hoc eſt cum fructibus, vel iis onuſtæ, & tanquam veſtitæ. Dicunt Græci ἐν πορφύρα aliquem eſſe, pro purpura eſſe amictum. Vel poteſt dici, eſſe hypallagen: ut, καρποὶ ἦσαν ἐν δένδροις; Hoc vult autor ſignificatum, & dictum: Arbores erant onuſtæ ſuis fructibus. Nam ἐν præpoſitio hic potius tempus, quam locum denotat. Ita enim Græci: ἐν οἴνῳ ὄντες, dum compotabant. Neque ab hoc genere loquendi Latini abhorrent. Terent. Vel here in vino, quam immodeſtus fuiſti. Dicunt enim in vino, in joco, in alea. Quibus loquendi generibus tempus ſignificatur poſt convivium. Nam ſublatis epulis, pocula tamen apud veteres relinquebantur, quibus mutuò inter ſe certantes convivæ, jocis hilarabant animum, aut aleâ ludebant, aut aliquid faciebant ejuſmodi.

Pag. 18. lin. 1. καὶ τοὺς ἀνέμους συρίττειν.

Achill. Tat. libr. 5.

Αἰγυρῶς δὲ συρίζει περὶ τοὺς κάλους, καὶ τὸ πνεῦμα ἐμοὶ μὲν ὑμέναιον ἄγειν δοκεῖ τὰ τῶν ἀνέμων αὐλήματα, ipſaque ventorum tam ſuaviter circa rudentes obſtrepentium murmura hymenæum canere mihi videntur.

P. 18. lin. 19. Τῇ νεβρίδι ἐζώννυτο, cervina pelle amictus erat. Lucian. de Mænadibus, in Bacch. Νεβρίδας ἐνημμέναι, cervina pelle amicti. Hinnuli pellis Satyrorum & Sylenorum propriè geſtamen erat. Pollux libr. 4. c. περὶ ὑποδημ. καὶ ἐσθήτων· ἡ σατυρικὴ ἐσθὴς νεβρὶς, αἰγῆ, ἣν καὶ ἰζάνην ἐκάλουν, ἢ τραγῆ. Satyrica, inquit, veſtis eſt hinnuli pellis, vel caprina, quæ veſtis dicta αἰγῆ, & ἰζάνη, & τραγῆ. Pro ἰζάνη, ut hoc obiter dicam, legit Caſaubonus ἰσάλη. Vulgata tamen lectio Pollucis, juxta opinionem Cæſ. Scaligeri ſubſiſtit, qui ἰζάνην putat dictam, παρὰ τὸ ἰζάνειν, ſubſidere; quia ſine rugis toti aſſidebat corpori, atque adhæreſcebat. Videtur hic ſumi pro διφθέρα, hoc eſt coriacea veſte, ſive tunica è pellibus, vel ſago pellicco, cujuſmodi erant paſtoritii rhenones. Ariſtoph. in Nub. ὥσπερ ὁ πατήρ σου διφθέραν ἐνημμένος, loquitur de caprario, Sicuti pater tuus penulam pelliceam indutus. Pollux modo citato capite: πήρα, βακτηρία, διφθέρα, ἐπὶ τῶν ἀγροίκων.

Pag. 18. lin. 20. Τὸν γαυλὸν ἀναπλήσασα οἴνου καὶ γάλακτος.

Inter vaſa ruſtica γαυλοὺς recenſet Pollux lib. 1. c. περὶ βουκολίων, γαυλὸς, inquit Suidas: τὸ ποιμενικὸν ἀγγεῖον, ὃ δέχεται τὸ γάλα, paſtorale vas, quod excipit lac, mulctrale, ἢ οἰνηρὸν ἀγγεῖον ἐκ ξύλων κατεσκευασμένον, ὃ οἱ ἰταλοὶ μαγγάναν ὀνομάζουσι, vas vinarium, ex lignis confectum, quam Itali manganam appellant. Apud Plautum in ruden. Gaulus eſt vaſculum in formam Cymbii, Paræus in Lexico Plautino. Videtur hic ſumi pro poculo paſtorali: Quippe apud Athenæum libr. 11. inter pocula connumerari videmus, φιάλας, τελήρεις, τραγελάφους, καρχήσια, γαυλοὺς, ὁλοχρύσους, πλοῖα τοὺς κάδους μὲν οὖν

καλοῦσι γαυλοὺς πάντες οἱ πραγμάτορες,
hoc eſt.

Phialas, triremes, tragelaphos, carcheſia,
Gaulos ex auro ſolidos, navigia, cados,
Quos etiam Gaulos appellant omnes ventricoſi.

Dalechamp. in Athenæ. Gaulon quidam eſſe volunt militare, ac viatorium poculum, quod caveum in Peſſennio Spartianus vocat. Cum milites quoſdam in caveo argenteo, inquit, expeditionis tempore bibere vidiſſet, juſſit omne argentum ſubmoveri ab uſu expeditionali.

Pag. 18. lin. 25. γυμνὸν ὁρῶσα Δάφνιν.

Senſit amoris ardentiores flammas Chloë, nudo, eoque tam formoſo conſpecto corpore Daphnidis: Quippe, teſte Achille Tatio, κάλλος ὀξύτερον τιτρώσκει βέλους, καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥεῖ, forma ad inferendum vulnus telô acutior eſt, atque per oculos in animum penetrat. Apud Xenophon. Socrates dicit: ἴσως δὲ οἱ ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πόῤῥωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσιν, fortaſſis & Cupidines idcirco ſagittarii dicuntur, quoniam ſpecioſi à longinquo etiam vulnerant. Nequaquam Chloë ſuis affectibus coërcendis, Liviæ par fuiſſe dici poterit, quæ cum incidiſſet in juvenes aliquot nudos, ac ideo morte damnandos, nihil à ſtatuis illos honeſtis matronis differre dixit. Vide Xiphilinum in vita Tiber. Grande nefas viro eſt, denudatum corpus ſuum aliis conſpiciendum præbere. Herodot. παρὰ τοῖσι Λυδοῖσι σχεδὸν δὲ καὶ παρὰ τοῖσι ἄλλοισι βαρβάροισι, καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν, αἰσχύνην μεγάλην φέρει, Apud Lydios, quin etiam propemodum & apud cæteros barbaros, vel virum conſpectum fuiſſe nudum, magnam affert ignominiam. Non tamen æquè fuit probroſum hiſce, utpote veri atque ſinceri glutino amoris nexis.

Pag. 19. lin. 4. πρότερον φιλήσας τὸν στέφανον.

More amantium, qui ſibi rebus ab amatis miſſis, oſcula figere amant. Clitiphon oſculum dat poculo à Leucippe amica accepto. Ach. Tat. libr. 2. καὶ ἅμα κατεφίλει τὸ ἔκπωμα, ſimulque poculum ſuaviabar. Juno apud Lucian. ſuo exprobrat Jovi, quod calici, à Ganymede ipſi porrecto, oſculum imprimat, cujus hæc verba: πίνεις, ὅθεν καὶ αὐτὸς ἔπιε, καὶ ἔνθα προσήρμοσε τὰ χείλη, ἵνα καὶ πίνῃς ἅμα, καὶ φιλῇς, ebibis, qua parte ipſe bibit, & ubi labia applicuit, ut & bibas ſimul, & oſculeris.

Pag. 19. lin. 8. Ἦδε ποτὲ καὶ μήλοις ἀλλήλους ἔβαλον, Malis ſe invicem petierunt. Nugæ ſunt amantium hæ, quando ſe mutuò ad amorem laceſſunt, provocantque. Unde apud Maronem Eclog. 3.

Me malo Galatea petit laſciva puella,
Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.

Acontius apud Ovid. ad pedes Cydippæ malum devolvit, carmine quodam inſcriptum. Ariſtoph. in Nubilis: Μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου, *à ſcorto malo percuſſus.* Hic interpres adſcribit, malum amoris eſſe ſymbolum. Quod genus pomi ſemper in deliciis habitum, quod natum videtur vel ex natura ipſius, & pulchritudine, qua aliis præſtat: vel ex tutela, quia ſub præſidio Veneris eſſe perhibetur. Quod primum attinet. Satellites apud Perſas regii μηλοφόροι, quaſi maligeri dicas, dicebantur, quod geſtarent in haſtis mala aurea: neque hi ſolummodo ad præſidia comparati, ſed & ad delicias erant. Veneri malum eſſe ſacrum apud omnes in confeſſo. Scholiaſt. Ariſtoph. Τὸ μῆλον ἀφροδίτης ἐστὶν ἱερὸν, malum eſt ſacrum veneri. Mala, teſte Artemidoro lib. 1. c. 85. in ſomniis rei venereæ fruitionem portendunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

tendunt, & in tutela ſunt Veneris, cum inquit: Ταῦτα ἀνάκειται τῇ ἀφροδίτῃ. Pauſanias libr. 2. Veneris adducit ſimulachrum Canachi opus, quæ alterâ manu papaverum capita, alterâ malum tenebat. τῶν χειρῶν δ᾽ ἔχει τῇ μὲν μήκωνα, τῇ δ᾽ ἑτέρᾳ μῆλον, Philoſtratus ἐν εἰκόσιν, Amorum iconem explicans, inter ſe malis ludentium, eo ſymbolo ſignificari amicitiam mutuam, & reciprocum ſtudium, ſcribit, his verbis: οἱ μὲν διὰ τοῦ μήλου παίζοντες πόθου ἄρχονται, ὅθεν ὁ μὲν ἀφίησι φιλήσας τὸ μῆλον, ὁ δὲ ὑποδέχεται ταῖς χερσὶ, δῆλον ὡς ἀντιφιλήσων εἰ λάβῃ. Lucian. in dial. meretri. Joëſſ. Pyth. & Lyſ. τέλος δὲ τοῦ μήλου ἀποδακὼν, εὐστόχως τοῦτο εἰς τὸν κόλπον αὐτῆς προσηκόντισας, poſtremo autem etiam demorſo malo, aptè idem in ſinum ejus jaculabaris. Eundum hunc ritum etiam Theocritus tangit, Idyll. 5.

Βάλλει καὶ μάλοις τὸν αἰπόλον ἁ κλεαρίστα. Et Idyll. 6.

Βάλλει τοι πολύφαμε τὸ ποίμνιον ἁ γαλάτεια,

Μάλοισιν, δυσέρωτα τὸν ἄνδρα καλεῦσα.

Petit caprarium etiam malis Clearista.

Petit tibi Polypheme gregem Galatea,

Malis, difficilem amatorem caprarium hominem vocans.

Pag. 19. lin. 9. Τὰς κεφαλὰς ἀλλήλων ἐκόσμηζον, διακρίναντες τὰς κόμας.

Apuleius libr. 2. Aſ. diſtringere τὸ διακρίνειν nominât. Tanta denique eſt capillamenti dignitas, ut quamvis auro, veſte, gemmis, omnique cætero mundo exornata mulier incedat, tamen niſi capillum diſtrinxerit, ornata non poſſit videri. Plut. in problemat. Διὰ τί τῶν γαμουμένων αἰχμῇ δόρατος τὴν κόμην διακρίνουσιν; cur nuptarum comam diſcriminant haſtæ cuſpide. Obeunt hic ornatricum munus Daphnis atque Chloë: quippe ancillarum erat crines diſponere, edoctarum certis magiſtris ad hoc miniſterium, velut artificium l. 65. §. 3. ff. de legat. 3. vocantur dicta lege ornatrices. Alias appellantur teſte Cujacio libr. 11. obſerv. c. 16. cinifiones. De id genus fæminis Galenus de theriaca ad Piſonem ita ſcribit: αὗται δ᾽ ἦσαν αἱ πρὸς τὸ κάλλος αὐτῆς εἰς κόσμον τοῦ σώματος ὑπηρετεῖν ἡρμοσμέναι. ἡ μὲν ἀναπλέκουσα τὰς τρίχας εὐπρεπῶς. Julian. in Cæſar. ὀψοποιοῦ καὶ κομμωτρίας βίον ἔχων qui conviviorum inſtructoris, & exornandæ comæ artificis vitam agis. Ejuſcemodi ornatrices Græci κομμώτριας appellabant. Heſych. κομμώτρια κοσμοῦσα τὰς τρίχας. Dicuntur etiam ψεκάδες, ἀπὸ τῶν ψεκάδων, à guttis & aſperginibus crebris. Polluci dicuntur κομμωταὶ, & κεροπλάσται. Talis erat Cypaſſis Ovidiana, ſerva Corinnæ, de qua ille:

Comendis in mille modos perfecta capillis,

Comere, ſed ſolas digna, Cypaſſi, deas.

Talis liberta illa, cujus mentionem facit Sueton. in Claud. Hæc matris meæ liberta, & ornatrix fuit. At Daphnis & Chloë, qui mutuum ornabant capillos, affectatæque comæ neſcii, ornatricibus non egebant illis.

Pag. 19. lin. 14. ἐνερευθὴς. rubenti quid affine eſt, & à flavo rubrum. Imo remiſſam rubedinem indigitat, quem eſſe colorem optimi ſanguinis ſunt è medicis qui ſcribant, ut Actuarius libro de urinis, cap. 4. Hanc enim vim particula ἐν habet in hac & ſimilibus dictionibus: non enim otioſa eſt, neque intendit ſignificationem, ſed potius imminuit, Dioſcor. lib. 7. de veneno araneorum, ὁ τόπος, ait, ἐνερευθὴς φαίνεται quod ſtatim ipſe interpretatur, μετρίως ὑπέρυθρος.

Pag. 19. lin. 27. αὐτὴν ἔβλεπεν ἀπλήστως. libr. 1. Æneid. Virg.

Præcipue infælix peſti devota futuræ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo
Phœniſſa. Catull. in Nuptiis Pelei:
Nec prius ex illo flagrantia declinavit
Lumina, quam toto concepit pectore flammam,
Funditus, atque imis exarſit tota medullis.

Verè hic valet, quod Græci dicunt,

γυναικὸς ὄμματα τοῖς ἀκμάζουσι βέλος.

Mulieris facies, & oculus eſt juvenibus ſpiculum.

Creſcit aſſiduè ſpectando cura puelli.

Sanctus Antioch. Homil. 17. Ipſe enim vel aſpectus mulieris, telum eſt veneno lethali litum. Anacreon.

Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον,
Καὶ πῦρ καλή τις οὖσα,

Vincit ferrum & ignem formoſa mulier.

Pag. 19. lin. 29. ἠρέμα. lege κρύφα.

Pag. 20. lin. 3. Δάκνει τὸ φίλημα τὴν καρδίαν. Achill. Tatius: καὶ τὸ φίλημα μιχθὲν ἕπεται, καὶ βάλλει τὴν καρδίαν, Ac oſculum cum eo conjunctum ſequitur, atque cor ferit. Moſchus in Idyll. quod ἔρως δραπέτης inſcribitur.

Φεῦγε, κακὸν τὸ φίλημα, τὰ χείλεα
φάρμακον ἐντί,
Fuge: malum eſt oſculum, ipſa labra
ſunt venenum.

Pag. 20. lin. 5. καὶ ὥσπερ τὸ νέον μέλι μαίνεσθαι ποιεῖ.

Mirum eſt, ita de melle loqui autorem noſtrum; cum veteres in omni dulciario opere ſoleant uti melle, uti nunc nos ſaccharo, quod illis erat incognitum. Mellis enim condimento ſaporis gratiam palato parabant: & quæ triſtioris erant & amarioris ſaporis, eo, quo minus homines offenderentur, condiebant, & imbibebant, & multa etiam inde panificia & potus concinnabant, ut rectè Virgilius mel cœleſtia dona, Plinius divinum nectar vocaverint. Græci Cyrnios putarunt πολυχρονιωτάτους διὰ τὸ μέλιτι ἀεὶ χρῆσθαι, multum viventes ob aſſiduum mellis uſum. Hippocrates ait: τὸ μέλι, ξὺν μὲν τοῖς ἑτέροις ἐσθιόμενον, καὶ τρέφει, καὶ εὐχροίαν παρέχει, mel cum cæteris ſumptum, & nutrit, & coloris bonitatem facit. Itaque quod hic in genere enuntiat, ad ſpeciem reſtringendum fuerit. Eſt etenim & mel tale, quod hominem furere facit. Quod Strabo μέλι μαινόμενον vocat: Putavi itaque aliquando pro νέον ſcriptum fuiſſe μαινόμενον. De hoc melle ita ſcribit Strabo lib. 12. οἱ δὲ ἑπτὰ κωμῆται, τρεῖς πομπηΐου σπείρας κατέκοψαν, διεξιούσας τὴν ὀρεινὴν, κεράσαντες κρατῆρας ἐν ταῖς ὁδοῖς τοῦ μαινομένου μέλιτος, ὃ φέρουσι οἱ ἀκρέμονες τῶν δένδρων, πιοῦσι γὰρ καὶ παρακόψασιν ἐπιθέμενοι, ῥᾳδίως διεχειρίσαντο τοὺς ἀνθρώπους. Septem pagani etiam tres Pompeji cohortes conciderunt, cum eæ per montes iſtos iter facerent. Nam inſani mellis crateras eis propinarunt in itinere quod arborum ſumma ferunt germina: eo poto jam mente abalienatos adorti facile interfecerant. Inſanioſum mel apud Macronas memorat Xenophon, quod qui copioſius ediſſent, & vomere, & excernere cogebantur, neque omnino ſtare poterant, & ad inſaniam adigebantur. Verba ejus, quæ exſtant. lib. 4. de expeditione Cyri: τὰ δὲ σμήνη πολλὰ ἦν αὐτόθι, καὶ τῶν κηρίων ὅσοι ἔφαγον τῶν στρατιωτῶν πάντες ἄφρονές τε ἐγίγνοντο καὶ ἤμουν, καὶ κάτω διεχώρει αὐτοῖς, καὶ ὀρθὸς οὐδεὶς ἐδύνατο ἵστασθαι, ἀλλ' οἱ μὲν ὀλίγον ἐδηδοκότες, σφόδρα μεθύουσιν ἐῴκεσαν οἱ δὲ πολὺ μαινομένοις. Græci quoque referente Diodoro lib. 12. è Babylone redeuntes, cum in agrum Colchorum deſcendiſſent, ibique ingentem alveariorum per ea loca multitudinem conſpexiſſent, & favos multo melle redundantes ad uſum eripuiſſent, guſtaſſentq; in quendam incredibilem caſum inciderunt.

runt. Nam deglutito mellis liquore repente in dementiam verſi, humique mox proſtrati, extinctis ſimiles videbantur: cumque multos dulcedo ad edendum traxiſſet, brevi crevit proſtratorum eadem cauſa numerus. &c. Quin ergo pro νέον, quid obſtat, quo minus legatur ποντικὸν, vel μανικὸν.

Pag. 20. lin. 14. φθόγγων χελιδόνα θηρείσαι (lege θηράσαι) θέλουσιν. Venantur inſecta hirundines, iiſque victitant. Hinc Plutar. Sympoſ. 8. qu. 7. etiam inter cauſas ex Ariſtot. citat, cur Pythagoras in ædibus hirundinem haberi vetabat, nimirum quod cicadas venetur, quia hæ Muſis ſunt ſacræ, & canoræ. Ita Plutarch. σαρκοφάγος γάρ ἐστι (nempe χελιδὼν) μάλιστα τοὺς τέττιγας ἱεροὺς καὶ μουσικοὺς ὄντας ἀποκτίννυσι, καὶ σιτεῖται, καὶ πρόσγειος αὐτῆς ἡ πτῆσίς ἐστι, τὰ μικρὰ, καὶ λεπτὰ τῶν ζώων ἀγρευούσης, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, carnivora eſt enim hirundo, & maximè cicadas Muſis ſacras & canoras interficit, iiſque veſcitur; propterque terram volitat, exigua vexans animalcula, ut ait Ariſtoteles. Plinius, libr. 10. cap. 24. Hirundinem ſolam avem ex iis, quæ aduncos ungues non habent, carnibus veſci notat. Dicta eſt Grammaticis χελιδὼν à χείλη δονεῖν, quod labra agitet, vel quia χείλη οἰδαίνει labra ei tumeant: vel potius χείλεσιν ᾄδει, labiis canat. In hanc avem fabulantur poëtæ Pandionis Athenienſis Regis filiam Prognem, nuptam Thracum Regi Thereo, mutatam eſſe.

Pag. 20. lin. 17. ἑπομένη, adde ἐκείνη.

Pag. 20. lin. 22. τοῦ ὕπνου ἐξέθορεν. Luc. in dial. Cyclop. & Neptun. ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης, ὦ τέκνον, ὃς οὐκ ἐξέθορες μεταξὺ τυφλούμενος, Ut altè dormiviſti, fili, qui non exilieris interim dum excæcaris. Alio loco addidit præpoſitionem, ἐκθορεῖν ἀπὸ τοῦ ὕπνου, è ſomno exilire.

Pag. 20. lin. 27. Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποματτεῖν. Exprimit verè eorum geſtus, qui ſomno excuſſi, oculos fricare amant.

Pag. 20. lin. 28. καὶ ὁ τέττιξ ἐπήχησεν. D. Euſtathius in Hexaëm. οἱ δὲ τέττιγες ἐν ἐπομβρίᾳ γίνονται, ἡσυχάζουσι δὲ καιρὸν, ἐπειδὴ τῇ δρόσῳ πήγνυνται· πλήττειν δὲ καὶ ᾄδειν τὸ πτερὸν αὐτῶν φάσκουσι, Cicadæ imbre generantur, & obmuteſcunt, quando rore concreſcunt; earum alam & cantum, & ſtrepitum edere aſſeverant. Hinc Cicadæ inter inſecta ἐγκέλαδα numerantur, quod ſonoram edant vocem, quod Græcis dicitur τεττίζειν, id eſt ſtridere. Theocritus à ſono, quem emittunt, vocat λαλαγεῦντας. Idyll. 7. v. 139.

Τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον,

Cicadæ canentes ſuſtinebant laborem, id eſt laborabant. Latini Cicadas dicunt fritinnire, autore illo, cujus de Philomela extat carmen.

Et cuculus cuculat, fritinnit rauca cicada.

Adrianus Turnebus in ſuis ad Varronem de lingua latina commentariis, ait: Hirundo fritinnit ſuaviter; alii cicadam fritinnire, hirundinem trinſare aſſerunt. Increpare cicadas Calphurnius dixit, hoc eſt cum ſtrepitu, & ſonora voce in aliquem inſurgere. Cauſam quare Cicadæ canant, exponit Ariſtot. libr. de juvent. & ſeneƈt. vita & morte, reſpirat. cap. 11. Videntur enim ea ratione illa ſcilicet membranarum elatione anhelare & refrigerari quodammodo, & lib. 4. de hiſtor. animali c. 9. declarat modum hujus ſoni: ait enim membranas illas ſpiritu interiori, non exteriori illiuſque ſpiritus attritu ſonum edi. Τὰ μὲν οὐν ἔντομα, οὔτε φωνεῖ, οὔτε διαλέγεται, ψοφεῖ δὲ τῷ ἔσω πνεύματι, οὐ τῷ θύραζε. οὐδὲν γὰρ ἀναπνεῖ αὐτῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν βομβεῖ, οἷον μέλιττα, καὶ τὰ πλῆνα

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

αὐτῶν, τὰ δὲ ᾄδειν λέγεται, οἷον, οἱ τέττιγες. πάντα δὲ ταῦτα ψοφεῖ τῷ ὑμένι ὑπὸ τὸ ζῶμα ὅσον διῄρητον, οἷον τὸ τῶν τεττίγων γένος τῇ τρίψει τοῦ πνεύματος. Ideoque adhoc ut canant, neceſſe eſt, ut ſint præcinctu dividuæ, & ſub ſepto transverſo diſſectum eſſe illis, ſive majores ſint, ſive minores: nam non dividuis, & quibus non eſt ſciſſum, mutæ ſunt omnino. Dorſo illas reſonare ſcripſit Horus libr. 2. cap. 55. οὗτος γὰρ διὰ τοῦ στόματος οὐ λαλεῖ. ἀλλὰ διὰ τῆς ῥάχεως φθεγγόμενος καλὸν μέλος ἀείδει. Ælianus de hiſtor. animal. libr. 1. cap. 20. Τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἰνδικῶν ὀρνέων εὐστομεῖ, καὶ τῇ γλώττῃ φθέγγεται δίκην ἀνθρώπου. οἱ δὲ τέττιγες κατὰ τὴν ἰξύν εἰσι λαλίστατοι. Proclus Diadochus arbitrabatur ex alarum ſolo attritu cantum cicadarum provenire, cum inquit: ὁ τέττιξ ὑπὸ ταῖς πτέρυξι τρίβων ἑαυτὸν, καὶ ἦχον ἐκπέμπων, cicada ſub alis ſemet atterens, atque vocem ſive ſtrepitum emittens.

Pag. 21. lin. 3. καθῆκεν αὐτῆς εἰς τὰ στέρνα τὰς χεῖρας, in ſinum illius demiſit manus; Vel illius pectori manus admovit. Sunt hæ meræ amantium ineptiæ, atque nugæ; videlicet invadere baſiolis amatas, illas improba tractare manu, implere lactentibus papillis manus, eaſque in ſinum demittere, Ovid. 1. Amor.

Forma papillarum, quæ fuit apta premi.

Lucian. in dial. meretric. καὶ περιέβαλλον, καὶ τοὺς μαστοὺς ἔθλιβον, & implexabantur, & papillas premebant. Apud Plaut. in pſeud. papillarum horridularum oppreſſiunculæ. Teren. in Heaut. Viden' ego te modo manum in ſinum huic meretrici inſerere?

Pag. 21. lin. 7. ἰδοῦσα, καὶ ἐφίλησε καὶ λαβοῦσα, lege καὶ ἐφίλησε λαβοῦσα. Hæc figura antiquis dicebatur παρήχησις, quæ definitur Hermogeni, figura continens ὀνόματα ὅμοια μὲν ἠχοῦντα, διάφορον δὲ δήλωσιν ἔχοντα. Recentioribus παρονομασία, ſive adnominatio vocatur: quando dictio literæ, aut ſyllabæ alicujus commutatione, ſignificatione quoque commutatur. Tale σχῆμα eſt: μωμήσεταί τις μᾶλλον, ἢ μιμήσεται, quod Plinius, retenta eadem figura, enunciavit hoc modo: inviſurum aliquem facilius, quam imitaturum. Hæc ſententia fuit Apollodori Pictoris Athenienſis.

Pag. 21. lin. 10. Φάττα βουκολική. Habebatur codice in noſtro βουκολικόν. Itaque ſi quis hoc ipſum retinendum eſſe contendat, non magnopere refragor, verteſque carmen paſtorale: quemadmodum ferale dicimus carmen. Inter cæteras aves, quæ ſuo cantu paſtores oblectare ſolent, palumbes recenſeri ſolet. Virg. Ecl. 1. verſ. 58.

Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes.
Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab ulmo.

Dicta φάσσα à φάζω occido, quod obnoxia occidioni. Athenæus lib. 9. c. 11. ex Ariſtotele tradit, quod quinque ſint columbarum ſpecies, περιστερά, οἰνάς, φάψ, φάσσα, τρυγών, columba, vinago, palumbes minor, vulgo Biſet, palumbes major, vulgo Ramier, ita Dalechampius. Euſtat. in Hexaëm. de hac ave ita ſcribit: αἱ δὲ φάσσαι οὐκ ἔνθα τίκτουσιν ἐπωάζονται, ἀλλὰ μεθίστανται διὰ τὸ πλῆθος τῶν θηρευτῶν εἰς ἕτερον τόπον ἐκτρέφουσι τοὺς νεοττούς. καὶ ἐπειδὰν αἴσθονται εἰς θήραν ἀφιγμένους τινάς, τῶν νεοττῶν ἀνίπτανται, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων σπουδὴν εἰς ἑαυτὰς περισπῶσι, καιρὸν φυγῆς τοῖς νεοττοῖς παρέχουσαι, καὶ ἐκφυγόντων τῶν νεοττῶν, μάλα θαρσαλέως σὺν τοῖς νεοττοῖς, ἀπαίρουσι, αἰθεροβατοῦσιν, Palumbes non ubi pariunt, pullationem faciunt, ſed multitudine venatorum, locis mutatis, alibi pullos nutriunt; ubi venatores fuerint odoratæ, ante pullos excur-

curtentes evolant, & in ſemet venatorum impetum, & ſtudium convertunt, interim pullos, fuga parata, tutantur, quibus in fugam datis, audacter volatus eorum matres proſequutæ, ſublimi aëri ſe committunt. Utrum ſeſe ita res habeat, necne, nos in medio relinquimus.

Pag. 21. lin. 15. οὕτω καλή. lege, οὕτω, ὥς συ, καλή.

Pag. 21. lin. 16. ἐν ἡλικίᾳ. Niſi malis legere ἐν ὕλῃ, in ſylva.

Pag. 22. lin. 9. Ἄδουσι μινύει.

Cantum palumbi etiam tribuit Plinius, eumque ſecutus Angelus Politianus, cum canit:

Dum ſua Torquati recinunt dictata
Palumbes.

Palumbi Maro raucam dedit vocem, ut videre eſt in verſu ſupra citato. Sed qualis vox illa ſiet, alii aliter ſcribunt. Plauſitare palumbes nonnulli dicunt. Autor Philomelæ,

Plauſitat arborea clamans de fronde
palumbes.

Ælius Spartianus minurrire illas aſſerit. Unde minurritiones minorum avium cantus, teſte Feſto, appellatæ, Martialis gemere perhibet ad Baſſum.

Gemit hinc palumbes.

Pag. 22. lin. 16. καμήλω ἔχοντες ἡμιολίαν. περὶ τῆς ἡμιολίας multis ag t Cl. Salmaſius in obſervat. ad jus atticum & Rom. ubi ita ſcribit. Dicitur ἡ ἡμιολία abſolutè de hujusmodi nave, quæ comparatione alterius, magnitudinem ejus æquat, & præterea etiam dimidia illam parte exſuperat. Deinde paulo poſt: At medium genus fuit inter πεντηκοντόρων, hoc eſt navim actuariam quinquaginta remorum, & εἰκοσόρων, viginti remorum, ea nempe quam τριακοντόρων vocabant. Ipſa eſt, quam quærimus. Illi duplex nomen. A numero remorum dicta quippe τριακόντορος, & à proportione ad εἰκόσορον ἡμιολία appellata. Quia tricenarius numerus ἡμιόλιος eſt vicenarii. Si quæ onerariæ remis agebantur, eæ non plures quam vicenos habuerunt, & εἰκόσοροι ideo appellatæ. Quo plures autem remos haberet navis, eo neceſſariò longior erat. Ideo & πεντεκόντορος longæ nomen meruit. Media inter utramque, id eſt, inter πεντηκοντόρων & εἰκοσόρων fuit ea, quæ dicebatur τριακόντορος, atque ἡμιολία. Non tam longa erat, quam πεντηκόντορος, longior εἰκοσόρου, leviorque & agilior, quia pluribus remis incitabatur. Thucyd. libr. 4. τριακοντόρων inter piratica navigia recenſet. Veteres quoque Grammatici ἡμιολίαν piraticæ genus eſſe interpretantur. Suidas, ἡμιολίοις, πειρατικοῖς πλοίοις. Auctor incertus apud eundem, & forſean Polybius. λῃσταί τινες εἰς πολυχειρίαν καὶ πειρατικαῖς ἡμιολίαις τῇ λακωνικῇ προσενεχθέντες εἰς τὰ χωρία ἐσπεσόμενοι λείαν ἀπήγαγον, latrones quidam magna manu, & piraticis navigiis ad Laconicam appulſi, in agros irruptione facta, prædam abegerunt. Non igitur dubium eſt ex his quæ diximus, quin τριακόντορος & ἡμιολία idem ſit navigii genus, quo ut plurimum piratæ uti conſueverant. Non enim longis navibus, quales erant πεντεκόντοροι utebantur, nec rurſus onerariis, quales εἰκόσοροι, quia tardiores erant, ut pote paucioribus impulſæ remis. Aptiſſima forma videtur fuiſſe prædas in mari agentibus τριακόντορος, ſive tricenis remis acta, quia bevior eſſet & velocior εἰκοσόροις, quæ uſitatiſſima ſpecies fuit onerariarum remis inſtructarum, ideò & τριακόντορος, ἡμιολία dicta eſt τοῦ εἰκοσόρου. Plura vide apud prædictum D. Salmaſium & Bayſium. At Clariſſimus D. Joannes Schefferus in erudito atque ſtupendo ſcripto de militia navali, libr. 2.

c. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

c. 2. negat Hemiolas eſſe triacontoros. Cum Heſychius clarè dicat, ἡμιόλιον πλοῖον μικρόν. Hemiolam parvum navigium. Et Appianus μικροῖς σκάφεσι περιπλέοντες, parvis ſcaphis circumnavigantes, deinde addens ἐκαρποῦντο τὴν θάλασσαν μυοπάρωσι, καὶ ἡμιολίαις, quæſtum faciebant è mari, myoparonibus ac hemiolis. At Triacontoros μικροὺς σκάφους, aut μικρὰ πλοῖα, id eſt parvas ſcaphas & navigia vocari, nuſpiam ſe obſervaſſe ait. Quod ut firmius perſuadeat, profert verba Arriani, quæ extant in Sext. Exepedit: παρεσκευάσθησαν αὐτῷ ἐπὶ τοῦ ὕδατος ταῖς ὄχθαις πολλαὶ μὲν τριακόντοροι καὶ ἡμιόλιοι, πολλὰ δὲ ἱππαγωγὰ πλοῖα, paraverunt ei ad Hydaſpis ripas multos triacontoros, & hemiolas, multas etiam hippagines. Vulcanius reddidit Biremes, ſecutus Heſychium, qui inquit, ἡμιολία, ἡ δίκροτος ναῦς, hemiola eſt dicroton, vel biremis. Sed exiſtimo planè Heſychium, minimam naviculam intelligere, quæ binis remis à ſingulis, inquit Cl. Schefferus, ampherum more agitatur. Non quaſi omnes fuerint ejuſmodi, ſed quia aliquæ ex iis, quæ ſic agerentur: ordinibus certè binis intelligere non potuit: ſed διηρημιολία potius fuit eo modo ſtructa, ſicut τριηρημιολία, id eſt Hemiola cum duobus ordinibus: quæ præter cætera, in eo quoque differebat à biremibus, quod nec tam longa eſſet, nec tot remis ageretur. Quemadmodum & τριηρημιολία talis fuit, ſed cum tribus ordinibus. Hæc D. Schefferus, quem vide dicto capite. Bayſius dicit eſſe genus navigii, quod à puppi ad malum uſque binis remis, à malo ad proram unico agitatur, cujuſmodi ſunt, quas hodiè fuſtas vocamus.

Pag. 22. lin. 20. Οἶνον ἀνθοσμίαν.

Ἀνθοσμίας οἶνος, vinum eſt florum odorem habens, odoriferum, odoratum, compoſ. ex ἄνθος, flos, & ὀσμὴ, odor. Heſych. ἀνθοσμίας οἶνος εὔπνους, καὶ ἄνθος ἔχων. Suidas, ἀνθοσμίας εὐώδης οἶνος, εὔοσμος. ἀπὸ τοῦ τόπου ἀνθοσμίου, ἢ ὡς ἀπὸ εἴδους ἀμπέλου: ἢ ὁ ἡδὺς, καὶ περίοσμος, καὶ ἀνθηρὸς, Vinum odoriferum, vinum odoratum. Vel ab Anthoſmio loco ſic dictum, vel à vitis genere ſic appellatum. Vel ſvave, vel quod valde ſuavem odorem habet, & floridum. Ariſtoph. in Ran. Διόνυσε πίνεις οἶνον οὐκ ἀνθοσμίαν, Dionyſe bibis vinum non anthoſmiam, i. e. non generoſum, non ſuave. Alii exponunt illud Ariſtophanis, Dionyſe florem vini veteris haud bibis, flores olens. Dicitur quis ἄνθεος ὀσδόμενος, Xenophanti apud Athen.

ἐν κεράμοις ἄνθεος ὀσδόμενος,
In doliis flores olens.

Ad hæc Caſaubonus. Quod vulgò Græci anthoſmiam vinum appellabant, Xenophanes intellexit illo verſu apud Deipnoſophiſtam:

Μείλιχος ἐν κεράμοις ἄνθεος ὀσδόμενος.

Euſtat. ad verſum hunc, qui exſtat Odyſſ. β.

ἐν δὲ πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο
Ἕστασαν, ἄκρητον, θεῖον ποτὸν ἐντὸς ἔχοντες.

Ibi verò dolia vini veteris dulcis
Stabant, purum, divinum potum habentia.

οὗ καὶ ἀπὸ στόματος στάμνων ἀνοιγομένων, ὄζει ἴων, ὄζει δὲ ῥόδων, ὄζει δ' ὑακίνθου ὀσμὴ θεσπεσία: deinde addens τὸν δὲ τοιοῦτον, ὑπονοητέον ἀνθοσμίαν εἶναι. Cujus ab ore apertis doliis divinus odor olet violas, roſas, & hyacinthum: cogitandum eſt tale eſſe anthoſmiam.

Pag 22. lin. 17. ἡμιθωρακίοις. ἡμιθωράκιον, dimidiatus thorax. Poll. libr. 1. περὶ ὅπλων ὀνομάτων. Ἰάσονα δὲ ὁ Θετταλὸς, καὶ ἡμιθωράκια προσεξεῦρε, Jaſon ille Theſſal⁹ etiam dimidiatas loricas invenit

Erat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Erat ſimile quiddam hodierno pectorali, ſed minus longum, & æquabiliter quadrum, quod Romani pectorale vocabant, à re, & uſu, quod pectori tegendo eſſet inventum. Ima ventris ſatis ſcutum muniebat. Hoc genus Polyænus etiam ἡμιθωράκια appellat, h. e. ſemiloricas. Pauſanias veterum, & homericas loricas deſcribens, duæ, inquit, erant æreæ partes, illa quidem pectori apta, hæc ut dorſo tegmen eſſet. Vocabant & Gyala, ſive cava, & curva, à forma. Illam antrorſum, hanc retrorſum induebant. Deinde fibulâ utramque jungebant. In utroque item latere loricas illas fibulæ jungebant.

Pag. 22. lin. 25. βραδύτερον τοῦ Δρύαντος, Tardius quam Dryas, ſcil. ſolet. Vel tardius Dryantis oves eduxerat, & ſuas dele in verſione.

Pag. 22. lin. 25. ἀλύοντα, indignantem, Ita Theodoretus ἐν λόγῳ. 13. ἀλύοντα καὶ δυσχεραίνοντα, indignantem, ægrèque ferentem moram Alias exponitur nauſeo. Plutar. in Anton. καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν ὕπνους καὶ περιπάθους ἀλύοντος, ſomnos diurnos ac ambulationes nauſeantis. Alias vagor. Idem Plut. de Cleopatra: συνεπλανᾶτο καὶ συνηλήλυε, comitabatur per plateas, ac cum eo vagabatur. Lætor, apud Sophoclem ἐᾶτε μ' ὧδ' ἀλύειν, permittite me ſic lætari. Sum otioſus, ſecurus. Plut. in vita Anton. ἐν ταῖς περὶ κάνωβον καὶ ταφόσιριν ἀκταῖς ἀλύειν καὶ παίζειν μετ' αὐτῆς, ut oſcitaret luderetque. In qua ſignificatione ſi quis hic ſumpſerit, non valde reluctor: nempe otioſum & ſecurum incedentē. Item errabunda & anxia mente afficior, inquietus oberro, quod etiam nō incongruens huic loco fuerit. Autor Etymologici duo hujus verbi ἀλύω etyma tradit, quorum unum eſt hoc, quod ſit ab ἀλῶ, id eſt, vagor, quod qui anxii ſunt, vagari ſoleant. Alterum eſt, quod ἀλύω ſit ex λύω, & α privativo, ſitque ἀλύω, quaſi ſolutionem malorum non invenio, id eſt, rationem nullam invenio, quâ me exolvam & liberem malis.

Pag. 23. lin. 6. Τὸ πεῖσμα. πεῖσμα, funis nauticus eſt. Suid. πείσματα τὰ ἀγκύρεια σχοινία. παρὰ τὸ πείθεσθαι δι' αὐτῶν τὴν ναῦν, πείσματα ſunt anchorales funes, quibus navium anchoræ ligantur, ita dicti quod per eos navis nautis pareat. Nam ejuſmodi funibus retinetur, atque eorundem beneficio, veluti gubernatori paret. Hom. ἀπέκοψα πείσματα, Præcidi retinacula. Ovid.

Lux erat, & querno ſolvunt à ſtipite funem.

Vocavit etiam retinacula, cum inquit: *Solvunt retinacula.* Julian. Imper. in Cæſar. Σὺ δὲ αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν ἔχου πεῖσμα καὶ ὅρμον ἀσφαλῆ, ζῶντί τε σαυτῷ παρασκευάζων, Tu verò ejus præceptis obtemperato, illum tibi tutum retinaculum, ſtationemque dum vivis, comparans. Hic πεῖσμα metaphoricè non ſine venere ſumitur.

Pag. 23. lin. 10. Σύριγγα καινὴν τῷ Δάφνιδι δῶρον.

More amantium, qui muneribus amorem procreare conſervareque conantur. Coridon etiam ſuo Alexidi dono offert fiſtulam, nec non capreolas, apud Virg. Eclog. 1.

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis,
Fiſtula.

Sic Eclog. 3. ait Damœtas miſſurum munera ſuæ Veneri, videlicet, palumbes. Menalcas mala. Theocrit. εἰδ. 5.

Κἠγὼ μὲν δώσω τᾷ παρθένῳ αὐτίκα φάσσαν,
Et ego mox virgini dabo palumbum.

Ovid. libr. 10. metamorph. agens de Pygmalione, & virginis, quam amabat ille, ſtatua, ita canit:

Munera fert illi conchas, tereteſque lapillos,
Et parvas volucres, & flores mille colorum.

Pag. 23. lin. 7. Ταὶ κώπας. Ad remigationem pertinent tranſtra, remi, lora, pelles, Auctor Pollux libr. 1. c. 9. Remi perticæ ſunt longiores, in latitudinem quandam deſinentes, quibus navis vel impellitur, vel ſtabilitur. Poëtæ tonſas appellârunt, quod & Iſidorus firmat. Remi à removendis, & tonſæ à tondendis, & decutiendis fluctibus. Etiam palmulas dixere. Græci κώπας ab auctoribus, ut opinatur Doctiſſ. Schefferus. Copas enim eas inveniſſe ferunt. Alii tamen derivant à κόπτω, ferio, tundo.

Pag. 23. lin. 20. ὀλίγον ἐμπνέων. Eodem, quo hic ſignificatu, hoc verbum ἐμπνέω ſumitur, in Aceſtid. σμικρὸν ἐμπνέουσι ἔτι. Plat. in apologia Socratis: ὥσπερ ἂν ἐμπνέω, *dum ſpiritus hos regat artus.* Dum anima ſpirabo mea. lib. 2. de Repub. ἔτι ἐμπνέοντα, καὶ δυνάμενον φθέγγεσθαι.

Pag. 23. lin. 21. αἵματος πολλοῦ φερομένου; forſan χεομένου.

Pag. 23. lin. 24. Ἐμπύρευμα λαβών. Eſt autem ἐμπύρευμα propriè carbo cineribus obrutus, ad accendendum ignem quum opus eſt, relictus. Suidas vocat σπέρμα πυρὸς, λείψανον πυρὸς. Hic metaphoricè pro exiguis amoris priſtini reliquiis. Pari Nonnus metaphora, σπινθῆρα ἐρώτων, amoris ſcintillam dixit. Hinc flamma, ardor, ignis, incendium, pariter Græcis ac Latinis, amatoria ſunt. Virg.

Heu furiis incenſa feror.
His dictis incenſum animum inflammavit amore.

Idem:

——*Et cæco carpitur igni.*

Ovid.

Interea tacitæ ſerpunt in viſcera flammæ.

Joannes Chryſoſt. γυναῖκα φλέγουσαν λογισμὸν, fæminam urentem rationem. Horat. libr. 1. Car. od. 27.

——*Venus*
Non erubeſcendis adurit ignibus.

Ovid. in epiſt. Parid.

——*Quis namque abſconderet ignem?*

Maximian.

Certe difficile eſt abſcondere pectoris ignes.
Panditur & clauſo ſæpius ore furor.

Sed ſanè poëtis familiare uſque adeo eſt, ignem pro amore, & venerea libidine ponere, ut putidum ſit exemplis id confirmare.

Pag. 23. lin. 25. Ἐγὼ τεθνήξομαι μετ' ὀλίγον, & paulo poſt, σοὶ δὲ μοι vel σὺ δὲ μοι καὶ Δάφνιν σῶσον. Videtur hic Longus Dorconi in vicinia mortis conſtituto vim aliquam vaticinandi aſſignare, poëtarum, aliorumque exempla ſecutus, qui neſcio quo conſenſu, vaticinia in vitæ exitu, moribundis identidem tribuêre. Apud Hom. Iliad. 16. Patroclus ab Hercule lethaliter percuſſus, & jam moribundus, mortem illi denuntiat.

Οὔ θην οὐδ' αὐτὸς δηρὸν βέῃ, ἀλλά τοι ἤδη,
Ἄγχι παρέστηκεν θάνατος καὶ μοῖρα κραταιὴ,

Non ſanè, neque tu ipſe diutius vives, ſed tibi jam
Propè adeſt mors, & fatum violentum.

Hector etiam pari affectus fato ab Achille, divinat fore, ut Paris ac Phæbus perdant Achillem. Apud Calabrum. lib. 6. Machaon percuſſori ſuo Eurypilo fatum prædicit. Polymeſtor apud Euripidem in Hecub. prædivinat Caſſandræ, atque Agamemnoni, utrique infælicem obitum. Cum Eudemus, apud Curtium, libr. 3. juſſu Darii, ad capitale ſupplicium abſtraheretur, vaticinabundus,

dus, & ne tum quidem ſuæ libertatis oblitus; habeo, inquit, paratum mortis meæ ultorem, expetet pœnas mei conſilii ſpreti ipſe, contra quem tibi ſuaſi. Tu quidem licentia regni ſubitò mutatus, documentum eris poſteris; homines, cum ſe permiſere fortunæ, etiam naturam dediſcere. Iſocrates, orator celeberrimus, nonageſimum jam annum ingreſſus, cum accepiſſet Athenienſes in Chæronenſi pugna à Philippo Macedonum rege devictos, quiritando Euripideum verſiculum recitavit, ad ſe ipſum referens.

> Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ κάδμος ἐκλιπὼν
> *Sidonis urbem Cadmus olim deſerens,*

Quibus cum adjeciſſet fore, ut Græcia in ſervitutem redigeretur, è vita deceſſit. Cujus vaticinii veritatem, rerum eventus comprobavit. Fortaſſis hac de cauſa morientibus prædicendi facultas tribuitur, quod animus moribundo corpore jam jam expediendus, ſenſuum vinculis liberandus, propinquiorque loco ſuę originis, creditur acutius intelligere, illa quæ poſt hanc vitam ſequuturaſunt. Hinc Cic. libr. 1. de Divinat. affirmat animam, inſtante morte multò eſſe diviniorem. Vide ſis Spondan. ad vers. 852. Iliad. ϖ. Joann. de la cerda ad verſ. Virg. 739. Æneid. 10. Ibidemque loci Germanum Valentem.

Pag. 23. lin. ult. ἐπαίδευσα τὰς βοῦς ἤχῳ σύριγγος ἀκολουθεῖν. Boves docui fiſtulæ ſonum ſequi. Calpur. Eclog. 4.

> *Experior calamos, here, quos mihi doctus Ioalas*
> *Donavit, dixitque: truces hæc fiſtula tauros*
> *Conciliat, noſtroque ſonat dulciſſima Fauno.*

Pag. 24. lin. 3. ἴθι δή. Eſtque ἴθι hoc loco adverbium hortandi. Xenoph. ἴθι οὖν ἐπισκεψώμεθα, agedum igitur conſideremus. Plat. libr. 1. de Repub. ἴθι δὴ μετὰ ταῦτα τὸ δὲ σκέψαι, age hoc deinde conſidera, & perpende. vid. pag. infra.

Pag. 24. lin. 9. χαρίζομαι δὲ καὶ τὴν. Leg. χαρίζομαι δὲ καί σοι τὴν σύριγγα. Dono tibi hanc tibiam.

Verbum χαρίζομαι, teſte Heſychio, ſignificat, δρῶ τὰ κεχαρισμένα, facio quæ ſunt grata & accepta. Sed hoc loco ſignificat, dono, largior. Ita etiam apud Moſchum in Idyll. quod ἔρως δραπέτης inſcribitur.

> Ἢν δὲ λέγῃ, λαβὲ ταῦτα, χαρίζομαι ὅσσα μοι ὅπλα
> Μή τι τίγῃς, πλάνα δῶρα. τὰ γὰρ πυρὶ πάντα
> Βέβαπται,
> *Si vero dixerit: cape hæc, dono tibi hæc arma, quæcunque mihi ſunt.*
> *Ne quoque attigeris: fallacia dona ſunt, & igne omnia tincta.*

Herodian. libr. 3. τῶν ἀναιρουμένων χαριζόμενος τὰς οὐσίας, dans, ſive largiens facultates occiſorum. Idem libr. 1. τῶν δὲ πλουσίων τὰς οὐσίας χαρίσασθαι ἐβούλετο, bona divitum largiri volebat. Videtur inter paſtores moris fuiſſe, ut fiſtulam ſuam, qua canere ſolent, alicui ex maximè familiaribus, atque amiciſſimis in morte dono darent. Coridon apud Virg. ſe à moriente Damæta fiſtulam accepiſſe jactat.

> *Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis*
> *Fiſtula, Damætas dono mihi quam dedit olim.*
> *Et dixit moriens, te nunc habet iſta ſecundum.*

Coridon apud Theocritum Idyll. 4. dicit ſibi dono eſſe relictam fiſtulam.

> —— ἐπεί ποτε πῖσεν ἀφέρπων,

δῶρον ἐμὶν νιν ἔλειπεν,
Quoniam ad Piſam abiens
Ipſam mihi dono fiſtulam reliquit.

Propterea forſan, quia magno in pretio ſemper atque ſemper fiſtula magiſtris pecorum fuit, quâque præ cæteris maximè rudior illa ætas, ut pote Panis præſidis ſui invento, delectabatur. Hom. Il. 6.

Οἱ δ' ὦκα προγένοντο, δύο δ' ἅμ' ἕποντο νομῆες,
Τερπόμενοι σύριγξι,
Illi vero cito procedebant, duoque ſimul ſequebantur paſtores,
Oblectantes ſeſe fiſtula.

Ideo Plato libr. 13. de Repub. lyram & Citharam aſſignat urbibus: At κατ' ἀγροὺς τοῖς νομεῦσι σύριγγα, hoc eſt paſtoribus in agris fiſtulam. Sophocl. in Philoctat.

ὡς μολπᾶς σύριγγα ἔχων,
Ὡς ποιμὴν ἀγροβότας,
Non fiſtula canens,
Velut paſtor agreſtis.

Pag. 24. lin. 22. καὶ αἱ ἀκοῦσι, leg. καὶ αἱ βόες ἀκοῦσι.

Pag. 24. lin. 17. φίλημα φιλήσας. Hæc loquendi ratio Atticis oppidò quam familiaris eſt; Lucian. ὁ ἀπηκώτατος, de his qui merced. conduct. εἶτα δειπνῶν δεῖπνα θορυβώδη, præterea tumultuoſa convivia agitans. Et ibidem paulo poſt: Τίνα ἄλλον ὁ μάταιος ἐμαυτῷ βιώσομαι βίον; quam tandem aliam mihi demens vitam vivam? Hom. μάχην ἐμάχοντο. Apoll. libr. 4. δῆριν δηρίσαντο. Herod. καμάτους κάμνειν. Id imitati Latini, dicunt: pugnare pugnam, vivere vitam.

Pag. 24. lin. 17. ἀφῆκεν ἅμα τὴν ψυχήν. Quod Matth. c. 27. §. 50. ἀφῆκε τὸ πνεῦμα dixit, emiſit animam. Hom. Il. χ. verſ. 467.

——— ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσσε,
Et animam expiravit.

Pag. 25. lin. 1. οἱ μὲν γὰρ λῃσταὶ τὰς μαχαίρας παρήρτηντο. Ita Lucian. in Hercul. καὶ τὸ γωρυτὸν παρήρτηται, & Pharetram ſuſpenſam ab humeris habet.

Pag. 25. lin. 3. λεπιδωτά. Hæ loricæ ea propter ſquameæ, ſive hamatæ ſunt dictæ, quia ſquamis & laminis conſtabant; dicebantur quoque φολιδωταὶ, à ſquamis piſcium, vel ſerpentum. Atque ejuſcemodi loricæ honeſtiorum virorum geſtamen erant. Jungebantur catenis ſquamæ iſtæ, quas etiam plumas vocabant Romani: Unde & lorica plumata dicta, cujus meminit Maro libr. 11. Æneid.

——— *Quam pellis ahenis*
In plumas ſquammis auro conſerta tegebat.

Plumarium hoc opus attingit Salluſtius, cujus hæc verba: Equis paria operimenta erant, quæ lintea in modum plumæ ferreis laminis adnexuerant. Hoc opus plumarium antiquis erat cognitum, laudatum, quodque in armatura ipſa imitabantur, à multiplici liciorum varietate πολύμιτον dictum. Sunt qui verſum Hom. 384. Il. τ. de plumario hoc opere capiunt, intellectumque volunt. Quod tamen ſecus eſt; quippe eo loco poëta Achillem inducit recentia à Vulcano fabrefacta explorantem arma, an ſibi benè, apteque convenirent. Quæ ita affabrè corpori Achillis quadraſſe ait, ut plumæ, pennæque decent aves. Plut. in vita Luculli ejuſcemodi thoracis mentionem facit, quem hic noſter λεπιδωτὸν appellat, ille φολιδωτόν: θώρακα μὲν ἔχων ἀποστίλβοντα σιδηροῦν φολιδωτὸν, habens thoracem ferreum ſquamis refulgentem. Hunc innuit Silius libr. 5.

Loricam induitur, tortos huic nexilis hamos

Fer-

Ferro ſquama rudi permiſtoque aſperat auro.

Item Virg. lib. 11. Æneid.

Cingitur ipſe ferens certatim in prælia Turnus,
Iamque adeo Rutulum thoraca indutus ahenis
Horrebat ſquammis, ſuraſque includerat auro.

Pag. 25. lin. 3. καὶ κνημῖδας· κνημὶς à κνήμη, tibia: eſt itaque tibiale, ocrea, tegumentum tibiæ. Auctor numero multitudinis ex more veteri utitur: quemadmodum Maro libr. 8. Æneid. *Tum læves ocreas.* Apud ſeculum prius utrumque muniebant crus ocreis. At medio quodam ævo immutatus mos ille fuit, ita ut alii populi ſiniſtrum modo crus armarent, ii videlicet, qui jaculis pugnabant. Ex mente Vegetii funditores ſiniſtrum crus ferro tectum habuere: legionarii contra, dextrum, addita cauſa; quia in prelio cominus dextros pedes inanes milites habere debeant: at cum miſſilibus certatur, ſiniſtros. Hique milites Herodot. dicuntur κνημιδοφόροι.

Pag. 25. lin. 15. παρὰ τῆς ἀνάγκης τὸ πρακτέον διδαχθείς.

Quod faciendum reſtabat, à neceſſitate edoctus. Pheraulas apud Xenophon. lib. 2. Hiſtor. οὐ γάρ ἐστι διδάσκαλος τούτων οὐδεὶς κρείττων τῆς ἀνάγκης, ἣ ἡμᾶς καὶ λίαν ἀκριβοῦν ταῦτα ἐδίδαξε. Nullus enim magiſter in his potior eſt neceſſitate, quæ nos hæc ut admodum accuratè diſceremus, docuit. Archytas cum Eratoſthenis Mercurium legiſſet, hunc verſum protulit:

Χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε· τί δ' οὐ χρειὼ κεν ἀνεύροι.

Neceſſitas omnia docuit. Quid enim illa non inveniret?

Pag. 25. lin. 17. δύο βοῶν δύω κεράτων. lege δύο βοῶν κεράτων.

Pag. 25. lin. 28. βοὸς πόροι λεγόμενοι. βοὸς πόρος, unica dictione βόσπορος, quaſi dicas, Bovis trajectus, appellatur. Duo ſunt hujus nominis freta, quorum alterum Boſporus Thracius, alterum Cimmericus nominatur. Ideo hi loci Boſpori ſunt dicti, ut ſcribit Ammian. Marcell. libr 22., quod per eos quondam Inachi filia, mutata (ut poëtæ fabulantur) in bovem, ad mare Jonium permeavit. Scholiaſt. Apoll. lib. 2. num. 8. δύο εἰσὶ βόσποροι, κιμμέριος καὶ θράκιος, ὁ πάλαι Μύσιος καλούμενος, &c. Vid. Strab. libr. 12. Hoc idem Æſchylus in Prometh. indicat.

Ἔσται δὲ θνητοῖς εἰς ἀεὶ λόγος μέγας
Τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δ' ἐπώνυμος
κεκλήσεται

Vnde erit hominibus fama ſemper ingens de tua trajectione:
Nam Boſporus cognomine vocabitur.

Johannes Tzetzes Hiſt. chil. 1. n. 832.

Δύο δ' εἰσὶν οἱ βόσποροι, καὶ μάθε τίνες οὗτοι.
Ὁ σκύθης ὁ κιμμέριος, δι' οὗ μαιῶτις λίμνη,
Τῇ ποντικῇ μίγνυται θαλάσσῃ τοῦ εὐξείνου,
Ὁ παρ' ἡμῖν τε θράκιος, ὁ καὶ ἑλλησποντίας,

Duo autem ſunt Boſpori, & diſce, quinam hi,
Scythiæ Cimmerius, per quem Majotis palus
Pontico commiſcetur pelago Euxini:
Qui & apud nos Thracius, & Helleſpontias.

Vide ſis Dionyſii deſcriptionem orbis verſu 140. & ſequentibus.

Pag. 26. lin. 13. ἔδοξε δὴ τιμῆσαι τὸν εὐεργέτην.

Honor ſepulturæ ſemper, & ubique gentium in pretio fuit. Virg. Æneid. 10.

—— *Inhumataque corpora terræ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Mandemus, qui ſolus honos Acheronte
ſub imo eſt.

Hom. Iliad. π. mentionem faciens defunctorum ſepulturæ, ita canit.

Ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε ἔται τε
Τύμβῳ τε στήλῃ τε, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων,

Ibi ipſum ſepelient fratres, civeſque
Monumento & columna; Hic enim honor
eſt mortuorum.

Liban. Declamat. 15. ἐκοσμήσατε τοὺς ἐν τῇ μάχῃ καλῶς ἀποθανόντας, qui præclare in bello occubuerunt, decoraviſtis. Soph. In Elect. de honore mortuorum loquens, dicit eſſe καλὸν, hoc eſt honeſtum, pulchrum. Alibi ſepultum ἔντιμον vocat honoratum, ut pote ſepultum. Et in Antigon. loquens de Creonte ſepeliente Eteoclen, ait: τὸν μὲν προτίσας, hunc quidem honorans: ac de eodem ſepelire Polynicen recuſante, dixit: τὸν ἀτιμάσας, hunc autem dehoneſtans. Ibidem Antigone dicitur τάφον κοσμοῦσα, cum ſepulchrum adornaſſet.

Pag. 26. lin. 14. καὶ ἐλθόντες μετὰ τῶν προσηκόντων.

Semper more receptum fuit, ut propinqui ad ſepulturam exequiaſque defuncti conveniant. Ariſtotel. Eth. 9. c. 2. καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστα οἴονται δεῖν τοὺς συγγενεῖς ἀπαντᾶν, atque exiſtimant cognatos maximè funeribus & parentalibus intereſſe oportere. Lucian. περὶ πένθους. De luctu: καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες, καὶ τοὺς γονέας παραμυθοῦνται, τοῦ τελευτηκότος, adſunt neceſſarii, qui parentes defuncti conſolantur.

Pag. 26. lin. 15. θάπτουσι τὸν ἄθλιον. Atque eo modo Daphnis atque Chloë unâ cum reliquis ſuprema officia celebrant, juſtis Dorconis corpori ſolutis. Lactan. libr. 6. cap. 12. Non patiemur figuram Dei jacere feris in prædam, ſed reddamus id terræ, & quamvis in homine ignoto, neceſſarium munus implebimus. Pauſan. libr. 1. Attic. πάντως ὅσιον ἀνθρώπου νεκρὸν γῇ κρύψαι, pium omnino eſt, mortuum mandare terræ. Imo adeò receptus, & veluti neceſſarius mos ſepeliendi fuit, ut cadavera quamvis ignota in viis reperta mandarentur ſepulturæ. Quintil. declamat. 5. Ignotis cadaveribus humum congerimus. Ælianus var. hiſtor. libr. 5. cap. 14. Νόμος γὰρ οὗτος ἀττικὸς, ὃ ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν, Lex attica fuit, ut qui in cadaver inſepultum hominis incideret, ſaltem ei terram injiceret. Imo execrabilis habebatur, hoc qui neglexiſſet humanitatis officium. Quare Scholiaſtes Sophoclis ait. οἱ γὰρ νεκρὸν ὁρῶντες ἄταφον, καὶ μὴ ἐπαμησάμενοι κόνιν, ἐναγεῖς εἶναι ἐδόκουν, qui mortuum cernerent inſepultum, neque pulverem ſuper injicerent, videbantur eſſe execrabiles. Quamobrem qui de pietatis generibus ſcripſerunt primum locum in ſepultura voluerunt. Multa de hoc P. Faber. ſemeſtr. libr. 2. cap. 1. Adde caput 1. Tobiæ.

Pag. 26. lin. 16. γῆν μὲν οὖν πολλὴν ἐπέθεσαν, multum igitur terræ injecere. Quippe quo majus ſepulchrum, eo honeſtius. Il. ψ. jubet Achilles Patroclo ſuo ſepulchrum latum altumque conſtrui. S. Hieronymus in vita Pauli de ſepulchris divitum agens, operoſa ſaxis illorum ſepulchra eſſe ait. Hæc injectio terræ variis formis ſolet apud antiquos exprimi. Theocriti interpres, ἐπιχέειν γῆν dixit. Ælian. ἐπιβάλλειν γῆν. Scholiaſtes Sophocl. ἐπαμήσασθαι κόνιν. Hom. abſolutè. Ipſe Sophocl. κόνιν παλύνας. Phocyll. γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι ἀταρχύτοις νεκύεσσι, hoc eſt, ἀτάφοις, terram impertire inſepultis mortuis. Nonnus προχέειν κονίην. Latini, injicere, congerere

gerere

gerere humum, nonnulli ſimpliciter jacere dixerunt. Noſtro videtur hic accipi, atque intelligi τὸ χῶμα h. e. Tumulus, ſeu terræ egeſtæ cavitas, in qua defunctus deponitur, quæque recepto corpore, operitur aggeſta humo, quæ effoſſa fuerat: ita tamen ut altior fiat, inque molem quandam aſſurgat. Hoc Plato intelligit libr. 11. de legib. χῶμα δὲ μὴ χωννύναι ὑψηλότερον ἢ πέντε ἀνδρῶν ἔργον ἐν πένθ' ἡμέραις ἀποτελούμενον. Quod Cic. de leg. lib. 2. vertit: extrui autem vetat ſepulchrum altius, quam quod quinque diebus homines quinque abſolverint. Homerus alio loco σῆμα χεῦαι: alio τύμβον χεῦαι, h. e. χῶμα χῶσαι, ſepulchrum ſtruere, humo foſſione egeſta, & iterum in tumulum aggeſta. Unde latinis aggeſtus. Quint. Ignotis cadaveribus humum congerimus, & inſepultum quodlibet corpus, nulla feſtinatio tam rapida tranſcurrit, ut non quantulocunque venererur aggeſtu.

Pag. 26. lin. 17. φυτὰ δὲ ἥμερα πολλὰ ἐφύτευσαν, plantas quam plurimas ſativas plantârunt. Solent veteres ſepulchra ornare floribus, ſertiſque, quod ruri etiam factum à noſtratibus memini. Huc Maro alludit.

—— Manibus date lilia plenis,
Purpureos ſpargam flores, animamque nepotis
His ſaltem accumulem donis.

Epigramm. lib. 3.

Βάλλεθ' ὑπὲρ τύμβου πολιὰ κρίνα,
Conſpergite tymbum liliis candidis.

Antoninus apud Herodian. libr. 4. ornat ſepulchrum Achill. στεφάνοις τε, καὶ ἄνθεσι, coronis & floribus. Tangit ritum hunc Pindarus od. 4. Nem.

οὕνεκ' Ἀμφιτρύωνος ἀ-
γλαὸν παρὰ τύμβον,
Καδμεῖοί νιν οὐκ ἀέκοντες
ἄνθεσι μίγνυον,

Quandoquidem Amphitryonis
Celebrem apud tumulum
Cadmei illum haud inviti
Floribus ornabant.

Theſſali apud Philoſtratum in heroicis dabant ſepulchro Achillis στεφάνους ἀμαραντίνους, coronas amaranti: quod factum videtur ad indicandam mortalis vitæ fragilitatem.

Pag 26. lin. 19. ἀπαρχὴν. lege ἀπαρχάς. ἐξήρτησαν αὐτῷ τῶν ἔργων ἀπαρχὰς, primitias laborum illi ſuſpenderunt, dicârunt. Ex more, quo ſepulchris imponebantur, aut juxta figebantur ea, quæ defunctis in vita cara fuerant, aut quibus frequenter uti conſuevere. Hom. odyſſ. μ.

Πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν,
Fiximus in ſummo ſepulchro benè fabrefactum remum.

Virg.

At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum
Imponit, ſuaque arma viro, remumque tubamque.

Loquitur de ſacris Miſeno factis. Niſi quis contendat hic pro ἐξήρτησαν, legendum, ἀπήρξαντο αὐτῷ τῶν ἔργων ἀπαρχὴν, libamentum illi frugum fecerunt. Quippe ἔργα in plurali ſæpe idem ſignificat, quod Virgilius dixit, hominumque boumque labores. βοῶν καὶ ἀνδρῶν ἔργα. Philo metaphoricè de vita Moſis lib. 3. ψυχικοῦ κάλλους ἀπαρχὴν πρεπωδεστάτην ἀπήρξαντο, hic ἀπαρχὴ exponitur libamentum.

Pag. 26. lin. 19. Καὶ γάλα κατέσπεισαν. Quin & lac libarunt. Lac etiam mortuis offerri moris erat. Sophocl. in Elect. ἐπεὶ γὰρ ἦλθον, πατρὸς ἀρχαῖον τάφον ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεορρύτους πηγὰς γάλακτος, poſtquam veni ad antiquum ſepulchrum patris, video alto ex jugo fuſos nuper fontes lactis. Apud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Euripidem, ubi Helena inter alia it ad Electram:

Μελίκρατ᾽ ἄφες γάλακτός τ᾽, οἰνωπόν τ᾽ ἄχνην,

Demitte ibi mel cum lacte miſtum & vini ſpumam:

καὶ στᾶσ᾽ ἐπ᾽ ἄκρου χώματος, λέξον τάδε, Ἑλένη σ᾽ ἀδελφὴ ταῖς δὲ δωρεῖται χοαῖς, *& ſtans ſummo in tumulo, dices ita: Helena ſoror te donat his inferiis.* Sen. in Oedip. lactis liquorem fundit, & Bacchum manu. Imo qui attentè Græcos poëtas legerit, inveniet is ſex præcipuas res contineri inferiarum nomine: videlicet, aquam, mel, lac, vinum, ſanguinem, comam. At noſter meminit tantum lactis, atque vini. Apud Heliodorum libr. 6. In defuncti ſacris, lac in foſſam infunditur, ut & apud Philoſtratum in heroicis γάλα ἐγχέας dicitur. Maro in ſacris factis Polydoro.

Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.

Hæc ſuperſtioſa credulaque fecit antiquitas, quod putaret manes iis libationibus ali Lucian de luctu: τρέφονται δὲ ἄρα ταῖς ἡμῖν χοαῖς, καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ἐπὶ τῶν τάφων, aluntur autem noſtris libationibus, inferiiſque quæ ſepulchris inferuntur.

Pag. 26. lin. 20. Βοτρύας κατέθλιψαν, Uvas preſſerunt. Etiam ex more veterum, qui merum fundebant in defunctorum gratiam, quique ſæpè vino recens expreſſo, & planè muſteo faciebant. Quippe Thucyd. 3. in re mortuorum, ait offerri ἀπαρχὰς, h. e. primitias. Maro de Ænea genitori ſuo inferias fundenti, libanteque ait:

Hic duo ritè mero libans carcheſia Baccho,
Fundit humi, duo lacte novo, duo ſanguine ſacro
Purpureoſque jacit flores.

Hunc ritum ſalsè ridet Lucianus, ſub perſona filii defuncti ad parentes verba facientis, eoſque objurgantis: Τί δὲ ὁ ὑπὲρ τοῦ τάφου λίθος ἐστεφανωμένος; ἢ τί ὑμῖν δύναται τὸ ἄκρατον ἐπιχεῖν; ἢ νομίζετε καταστάξειν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, καὶ μέχρι τοῦ ᾅδου διίξεσθαι; Quidne ſaxum coronis ornatum ſepulchro imponitur? aut quid valet, quod merum infunditis? Num putatis illud ad nos deſtillaturum? Vide plura apud Lucian. de. luctu.

In verbis κατέσπεισαν, κατέθλιψαν, κατέκλασαν eſt epiſtrophe, quæ numerus eſt, quo ſimilis ſonus in clauſulis iteratur. Cic. pro Pomp. ut ejus voluntatibus non modo cives aſſenſerint, ſocii obtemperaverint, hoſtes obedierint: ſed etiam venti tempeſtateſque obſecundarint.

Pag. 26. lin. 21. Σύριγγας πολλὰς κατέκλασαν. Alludit ritum, quo defunctorum abſumi alias rogo ſolent, quæ ſingulis eſſent cariſſima. Firmat hoc ipſum Hom. Odyſſ. μ.

Αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τ᾽ ἐκάη, καὶ τεύχεα νεκροῦ,

Sed poſtquam mortuus combuſtus, & arma defuncti eſſent.

Ælian. var. Hiſt. libr. 7. c. 8. ὅτε ἡφαιστίων ἀπέθανεν, Ἀλέξανδρος ὅπλα αὐτῷ εἰς τὴν πυρὰν ἐνέβαλε, cum diem objiſſet Hephæſtion, Alexander arma in pyram conjecit. Eadem hacce conſuetudine etiamnum teneri Barbaros in India occidentali nequedum domitos, ab oculatis teſtibus accepimus.

Pag. 26. lin. 22. ἠκούσθη καὶ βοῶν ἐλεεινὰ μυκήματα &c. auditi ſunt & miſerabiles boum mugitus. Daphnin apud Maronem tam mites, quam immites deflebant beſtiæ, Ecl. 5.

Non ulli paſtos illis egere diebus
Frigida Daphni boves ad flumina, nulla neque amnem
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Moſchus in epitaphio Bionis Idyll. 3. n. 23.

Ὤρεα δ' ἐστὶν ἄφωνα, καὶ αἱ βόες αἱ ποτὶ ταύροις
Πλαζόμεναι, γοάοντι, καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι,

Montes verò ſunt muti, & vaccæ quæ apud tauros
Vagantur, plorant, & non volunt paſci. Similiter,

Πολλαὶ οἱ παρὰ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι,
Πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι, καὶ πόρτιες ὠδύραντο,

Multi ei ad pedes boves, multi verò etiam tauri,
Multæ etiam juvencæ, & vitulæ luxerunt.

Eodem modo apud Virg. Eclog. 10. Dicuntur ob Galli mortem pabulo abſtinuiſſe pecudes, flentiſque circumſtetiſſe illum.

Stant & oves circum, noſtri nec pœnitet illas.

Sueton. in vita J. Cæſaris, Proximis diebus equorum greges, quòs in trajiciendo Rubicone flumine conſecrârat, ac vagos & ſine cuſtode demiſerat, comperit pertinaciſſimè pabulo abſtinere, ubertimque flere.

Pag. 27. lin. 2. λύει τὴν Δάφνιν ἡ Χλόη.

Et hoc ex ritu, priſcaque veterum religione: quippe polluti habebantur, quicunque exequiis interfuerant, proinde purgandi, abluendique aqua. Virg. libr. 6. Æneid.

Item ter ſocios (intellige, qui funeri aderant) *pura circuntulit unda* (h. e. purgavit unda)

Spargens rore levi; & ramo fœlicis olivæ,
Luſtravitque viros, dixitque noviſſima verba.

Quem ritum Naſo tangit libr. 4. Metamorph. ubi Juno, quæ inferos adierat, luſtratur ab Iride, priuſquam cœlum repetat.

Læta redit Iuno, quam cælum intrare parantem,
Roratis luſtravit aquis Thaumantias Iris.

Scholiaſtes Ariſtophan. in Nub. ἔθος ἦν μετὰ τὴν ἐκκομιδὴν τοῦ νεκροῦ λοῦσθαι τοὺς κατ' οἶκον, καθαρμοῦ χάριν, moris fuit poſt elationem cadaveris, familiares lavari, purgationis gratia. Poll. libr. 8. καὶ οἱ ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ πενθοῦντος ἀφικνούμενοι, ἐξιόντες ἐκαθαίροντο, ὕδατι περιῤῥαινόμενοι, qui ad ædes lugentis pervenerant, cum inde exirent, purgabantur, aqua circumſperſi.

Pag. 27. lin. 10. Ἐστεφάνωσαν ἀγάλματα. Veteres coronabant ſtatuas Deorum, aut qui in Deorum numerum relati erant. Lucian. in Scyth. de Toxari Deorum numero aſcripto ab Athenienſibus, verba faciens, ait: πλὴν ἀλλ' ἐστεπλαιγε ἀεί, verum ſemper coronatus eſt.

Pag. 27. lin. 11. καὶ τὴν τοῦ Δόρκωνος σύριγγα, τὰς πέτρας ἐξήρτησαν ἀνάθημα. Id eſt, ἀνέθεσαν: ſunt enim, ut illud hic obiter dicam, hæc verba ἀνατιθέναι, & ἐξαρτᾶν, ſacrorum. Ariſtoph. καὶ ταῦτα ἀναθέσων ἔρχομαι πρὸς τὸν θεόν, & venio, ut hæc Deo ſuſpendam, conſecrem; quo loco ἀναθέσων idem eſt, quod ἐξαρτήσων καὶ κρεμάσων. Eodemque modo apud Latinos, verbum ſuſpendere ſacrum eſt.

Virg. Æneid 12.

——— *& notas ſuſpendere veſtes.* Lib. 9.

——— *ſuſpendive tholo.* Idem. 6. Æneid.

——— *Arma patri ſuſpendet capta Quirino.* Catul.

——— *Tacito ſuſpendit vota labello.*

Pag. 27. lin. 22. Αἱ δὲ αἶγες φελμάσσονται,

 Ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Verbum hoc φριμάσσομαι, caprarum proprium eſſe voluit Pollux. δοκεῖ δὲ ἴδιον ἐπὶ αἰγῶν εἶναι μᾶλλον ὁ φριαγμός. Theocr. Idyll. 5.

—— — Φριμάσσεο πᾶσα τραγίσκων
Νῦν ἀγέλα,

Præ gaudio fremas univerſus hircorum
Nunc Grex.

At Herodot. in Thalia etiam equis tribuit φριμάξασθαι καὶ χρεμετίσαι, cum equos dicit infremuiſſe, ac hinniiſſe: vel ut aliis placuit, calidum flatum è naribus emiſiſſe. Vide Suidam.

Pag. 27. lin. 24. αἰπόλου. αἰπόλος, caprarius, quaſi αἰγοπόλος καὶ κατὰ συγκοπὴν, αἰπόλος, ὁ περὶ τὰς αἶγας πολῶν, καὶ στρεφόμενος, qui circa capras verſatur, & occupatur. Hinc αἰπολέω, Theocr. Idyll. 8. v. 85. αἰπολέοντα διδάξαι, capras paſcentem docere.

Pag. 27. lin. ult. καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ποτὲ μὲν λάβρον ἐξέπνει &c.

Multa amoris occulti indicia recenſentur à Luciano in libel. de Dea Syria. ἔρωτος δὲ ἀφανέος πολλὰ σημήια, ὀφθαλμοί τε ἀσθενέες, καὶ φωνὴ, καὶ χροιὴ, καὶ δάκρυα; & paulo poſt: τὴν δὲ χροιὴν ἠλλάξατο, καὶ ἱδρώειν ἤρξατο, καὶ τρόμῳ εἴχετο, καὶ ἡ καρδίη ἀνεπάλλετο, amoris autem occulti multa ſunt ſigna, oculi languentes, vox, color & lachrymæ. Deinde colorem mutare, ſudorem emittere incipiebat, & tremore corripiebatur, eique cor ſubſultabat.

Pag. 28. lin. 3. ἐπέλιπε, leg. ἐπέλειπε.

Pag. 28. lin. 4. ἐν ταῖς προτέραις ἐπιδρομαῖς. Præpoſitio ἐν apud bonos autores ſæpè redundat. Lucian. Quom. conſcr. ſit Hiſtor. καὶ ἐλέφαντας ἐν ἀκροτίῳ φονεύοντα, & elephantas ſagitta interfeceris. Idem in Aſin. τεθνηκὼς ἐν ταῖς πληγαῖς ψεύδεται, ſeſe verberibus, ſimulat enectum. Euripid. ἐν βέλει πληγεὶς, Telo percuſſus. Muſæ. verſ. 159.

θυμὸν ἐρωτοτόκοισι παραπλάγξας ἐνὶ μύθοις,

Animum amoribus errare faciens verbis. Vide D. Phochen. §. 47.

Libri I. Finis.

NOTAE & ANIMADVERSIONES IN Longi Paſtoralia LIBRI SECUNDI.

Ἐν ἔργῳ εἶναι. Apud Thucyd. pro in ipſo eſſe conflictu: Hinc metaphoricè, etiam de re venerea dicitur. Lucian. in dial. Apoll. ac Mercur. ἐπεὶ δὲ ἐπέβησαν τῶ λέχους, καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν, ubi igitur lectum conſcendiſſent, & in opere eſſent. Ulpian. l. 23. ff. ad leg. Jul. de adult. Pomponius ſcripſit, in ipſis rebus Veneris deprehenſum occidi: & hoc eſt, quod Solon & Draco dicunt ἐν ἔργῳ. Verum enim verò, non ita hic capitur; ſed pro opere, quod ruri fit, quo ſignificatu apud Hom. dicitur Od. ξ.

—— ἔργον δὲ μοι οὐ φίλον ἔσκεν,

Opus autem ruſticum non erat mihi gratum.

Hinc & ἔργα plurali numero utrique ſcriptores vocant terram, in qua opus factum eſt i. e. cultam: Quemadmodum & Latini culta neutro genere, arva appellant.

Pag. 29. lin. 7. Ἀῤῥίχους ἐπελέκιζεν dolabat: ſed pro eo lege ἔπλεκεν, texebat, nectebat. Eſtque metonymia effecti: quippe intelligit τοὺς λύγους, hoc eſt vimina quibus cophini conficiuntur: Ita Maro Eclog. 10.

Serta mihi Phyllis legeret, h. e. flores, unde ſerta. Ἄῤῥιχος, inquit Heſychius. κόφινός ἐστι, ſive ἀγγεῖον λύγινον, vas vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

mineum. Ita etiam Etymolog. & Euſtat. ἄῤῥιχοι ſunt κόφινοι ἰσύινοι. Patet tamen ex Ariſtophane in Avib. prorſus non eſſe idem ἄῤῥιχον, atque κόφινον, dicente:

Ἀλλ' ὡς τάχιστά συ μὲν ἰὼν τοὺς ἀῤῥίχους,
Καὶ τοὺς κοφίνους ἅπαντας ἐμπίπλη
πτερῶν,

Sed quam citiſſimè tu quidem iens, ciſtas
Et cophinos omnes imple pennis.

Ad hæc Scholiaſtes: utrumque vas eſt ex genere eodem: habet tamen aliquid differentiæ, cum ait: λέγουσι δὲ καὶ νῦν σωράκων τι εἶδος ἀῤῥίχους. Et nunc dicunt σωράκων eſſe ſpeciem Ἀῤῥίχους. Eſt verò σώρακος, teſte Heſychio, ἀγγεῖον εἰς ὃ σῦκα ἐμβάλλεται, vas in quod fici conjiciuntur. At hoc loco ἄῤῥιχοι ſignificant κοφίνους σταφυλοφόρους, fiſcellas, ſive ciſtellas aptas gerendis uvis.

Pag. 29. lin. 10. Ἔνοινα, lege εὔοινα; εὔοινος, bonum vinum ferens, vino abundans, vini ferax. Poll. ἄμπελος εὔοινος, vitis vini ferax.

Pag. 30. lin. 13. Ποτὸν πρεσβύτερον οἶνον. Vina nova olim non guſtabant, niſi hyeme exacta, idque menſe ἀνθεστηριῶνι, id eſt, Majo, qui dies illis dicebatur ἀγαθοῦ δαίμονος, etiam πιθοιγία, quaſi doliorum apertio. Erat hoc feſtum bacchicum apud Græcos; quale eſt, quod in honorem S. Martini agitatur. Tunc vovebant, priuſquam biberent libantes, ut vinum illis eſſet ſalutare, locoque medicamenti.

Pag. 30. lin. 25. εἰς ἐπικουρίαν, adde, οἴνου κεκλεμμένου.

Pag. 30. lin. 26. Τῷ Δάφνιδι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπέβαλλον.

Huic affinis locus eſt ille Heliod. Æthiop. libr. 3. ἤδη δὲ ὅσαι δημώδεις γυναῖκες, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς πάθος ἐγκρατείᾳ κρύπτειν ἀδύνατοι, μήλοις τε καὶ ἄνθεσιν ἔβαλλον, εὐμένειαν ἀπ' αὐτοῦ τινα, ὡς ἐδόκουν, ἐφελκόμεναι· κρίσις γὰρ αὕτη μία παρὰ πᾶσιν ἐκρατύνετο, μὴ ἂν φανῆναί τι καθ' ἀνθρώπους, ὃ καὶ Θεαγένους ὑπερβάλλοι κάλλος. Denique vulgivagæ quædam mulieres, & quæ affectum animi continentia occultare non poterant, malis & floribus illum petebant, benevolentiam quandam ab ipſo, ut videbatur, captantes. Idem enim judicium apud omnes valebat: non poſſe quicquam humani apparere, quod Theagenis pulchritudinem ſuperaret.

Pag. 30. lin. 30. Παρώξυνε, verti irritavit, non ad iram, ſed animum commovit. Ut Sil. pocula irritant luxum; inflammavit animum.

Pag. 31. lin. 2. Οἱ δὲ ἐν ταῖς ληνοῖς, ſcil. ὄντες. Innuit præcipuè τοὺς ληνοβάτας, & τραπητάς: videlicet τοὺς ἐν τῇ ληνῷ τὰς σταφυλὰς ἐμπατοῦντας, uvarum calcatores. Nota ληνὸν hoc loco eſſe generis fœminini, cum alias ferme ſemper ſit maſculini. Dicitur παρὰ τὸ λεαίνω, τὸ λεπτύνω, comminuo, frango. Calcatorium.

Pag. 31. lin. 4. Ὥσπερ ἐπί τινα βάκχην σάτυροι &c.

Omnium equidem Bacchi comitum præcipui fuerunt ſecundum Bacchas, Satyri & Sileni: quos non ſpecie, ſed ætate ſolum differre Græcorum plerique cenſuere. Sileni Satyrorum propter ætatem grandiorem quaſi Epiſtatæ erant, Bachi ipſius prædagogi, τροφοὶ atque bajuli. Satyri Bacchi colluſores. Hos in venerem pronos credidit antiquitas: unde & à voce σάθη, quæ partem eam denotat, qua viri ſumus. Unde σάθωνες benè vaſati. Nam ut ab ἄλμη ἀλμυρὸς, ſic à σάθη σαθυρὸς, libidinoſus. Sunt qui putent, vocabulum hoc proprium initio fuiſſe Dorum: σάτυρ enim, aut σάτηρ in illorum dialecto ludere ſignificabat: unde & διασάτηρ pro διαπαίζειν, Lacedæmonii uſurpârunt. Heſych. διασάτηρ, διαπαίζειν, λάκωνες.

Hanc

Hanc conjecturam juvat, quod Attici & Jones Satyros vocârunt φῆρας, ſive φηρέας. Etiam poëtarum principi φῆρες ſunt centauri, quibus fuit cum Satyris commune genus. Hinc ſcimus eos à poëtis φιλοπαίγμονας vocari, & ſemper ludibundos induci.

Pag. 31. lin. 5. ἐπῄδων. leg. ἐπῆδον cantabant. Niſi malis retinere ἐπῄδων & vertere ſaltabant, qui geſtus Satyrorum eſt.

Pag. 31. lin. 22. ἀπαρχὰς τῆς τρυγητοῦ, Vindemiæ primitias.

Mos antiquorum erat, quando Cereri, Baccho, aut aliis Diis agri annua vota ſolverent, pro læto frugum fructuumque proventu, ut primitias rerum collectarum in lancem congeſtas, cuique Deo pro ratione ejus cultus offerrent.

Pag. 32. lin. 2. Τότε δὲ κύνες &c. alludit ad canes catenarios, qui vinculis exempti ſuis, liberius vagari ſolent. Noſtrates: **Hy is ghelijck een hond die van de band koomt.**

Pag. 32. lin. 7. Σισύρας ἐνδεδυμένος, Rhenone indutus. Σισύρα, inquit Suidas, ἱμάτιον τραχὺ. περιβόλαιον ἀγροικικὸν, δουλικὸν, παλαιὸν. ἢ χίτων δερμάτινος, h. e. Siſyra eſt veſtis aſpera, & craſſa, veſtimentum ruſticum, ſervile, antiquum, vel ſagum pelliceum. Ariſtoph. in veſpis ejus mentionem facit:

καὶ μὴ θρέψω γ᾽ αὐτὸν, παρέχων ὅσα πρεσβύτῃ ξύμφορα,
Χόνδρον λείχειν, χλαῖναν μαλακὴν. σισύραν,
Alere huncpenitus volo, ſufficiens
Quæcunque ſeni commoda, lambet,
Alicam, mollicula aderit læna. Ad hæc interpres,

Σισύρα καλεῖται παρὰ μέν τισιν, ἡ βαίτη. ἔστι δὲ περιβόλαιον ἐκ δερμάτων συνερραμμένων προβάτων ἐχόντων τὰ ἔρια. οἱ δὲ ἀκριβέστεροί φασιν, χλαῖναν παλαιὰν εἶναι ἀπλοΐδα. Τὴν αὐτὴν δὲ καὶ σισύραν καλοῦσι καὶ σισύρναν. Amictum ex pellibus lanigeris eſſe autumat, Scholiaſtes & aliter βαίτην vocat, & ſane credibile eſt eſſe hic διφθέραν, & quem Cæſar cum Varrone dicit Renonem ab ovibus pellitis. Antiqui (ut notarunt alii) Tityrum vocabant τὸν κριὸν, inde ego putem σισύρας nomen. Tamen Heſychius eam componit ex pellibus caprinis, & contra hunc Scholiaſtem differre facit, σισύραν à σισύρνα; nam Siſyrnam à Lybicis paſtoribus vocari ait veſtem ex pellibus villoſis conſutam; & Siſyram ſtragulum potius eſſe & μηλωτὴν, Neque conſentiunt Grammatici inter ſe: Nam alii σισύραν faciunt lænam ſimplicem, alii duplicem. Non eſt facile nobis has controverſias conciliare, qui tantum abeſt, ut veterum veſtes ſatis dignoſcamus, ut noſtras ipſi quotidie mutemus, longe diſſimiles Philoclionis iſtius, qui odio Laconum, baxeas, quæ Laconicæ dictæ, nunquam in animum inducere potuit, ut indueret. Nos hodiè non σισύρας hoc eſt, tunicas promiſſas ex corio, ſed ſericas veſtes vario habitu induere gaudemus, exoticarum elegantiarum ſimioli.

Pag. 32. lin. 8. καρβατίνας ὑποδεδεμένους. καρβατίνη, teſte Heſychio, dictum fuit vile & ruſticum calceamentum una ſuppactum ſolea. Xen. de exped. Cyri libr. 4. fol. mihi 130. ὅσοι δὲ ὑποδεδεμένοι ἐκοιμῶντο, εἰσεδύοντο εἰς τοὺς πόδας οἱ ἱμάντες, καὶ τὰ ὑποδήματα, περιεπήγνυντο· καὶ γὰρ ἦσαν, ἐπειδὴ ἀπέλιπε τὰ ἀρχαῖα ὑποδήματα, καρβάτιναι πεποιημέναι ἐκ τῶν νεοδάρτων βοῶν, quotquot autem calceati cubabant, iis lora in pedes imprimebantur, calceique pedibus adhæreſcebant. Habebant enim, poſtea quam veteres calcei defeciſſent, carbatinas factas de corio recens bobus detracto. Idem dicit Suidas, quem vide ſis in voce

καρβατίναις. Scribit Ariſtoteles libr. 2. de animalibus, camelos calciari carbatinis, ne ſcilicet in exercitu longiore itinere fatiſcant. Nam, ut Herodianus teſtatur libr. 4. cap. 15. αἵτε κάμελοι μάλιστα ἔχουσι ἁπαλὰ τὰ πέλματα, habent molliſſimas ungulas.

Pag. 32. lin. 19. Κῆπος ἐστί μοι τῶν ἐμῶν χειρῶν. ſubau. ἔργον. Curt. libr. 6. Hanc veſtem, qua indutus ſum, ſororum non donum ſolum, ſed etiam opus vides. Hi homines, qui ſua ipſorum manu ac labore terram colunt, unica dictione αὐτουργοὶ Græcis appellantur. Xen. libr. 5. memorab. καὶ τοὺς μὲν αὐτουργοὺς διὰ τῶν χειρῶν γυμνάζουσα, ἰσχὺν αὐτοῖς προστίθησιν, Eadem illos, qui manibus ſuis laborant, exercendo magis robuſtos efficit. Elegantem horti deſcriptionem vide apud Lucian. in dial. qui inſcribitur ἔρωτες.

Pag. 32. lin. 25. ὑάκινθος. Quia præceſſit ἔχων, ſuſpicor legendum ὑακίνθους; ſed inemendatum reliqui, quia apud bonos autores ejuſcemodi variata loquendi forma non rarò occurrit.

Pag. 32. lin. 25. Ἴα ἀμφότερα, propriè verò ἴα appellantur purpureæ nigricanteſque violæ. Hinc in Epigramm. ἴον κυανωπὲς. Theoph. καθάπερ τὰ ἴα καὶ τὰ μελανά, ut violæ tam nigræ quam candidæ. Veruntamen & ἴον μέλαν dicit, Hiſt. plant. lib. 1. & ἴον λευκὸν lib. 6.

Pag. 33. lin. 6. Συνηρεφὴς γὰρ καὶ κατάσκιος. Lucian. in Amoribus. αἳ ταῖς κόμαις εὐθαλέσιν ἄχρι πόῤῥω βρύοντα, τὸν πέριξ ἀέρα συνωρόφουν, quorum arborum frondibus virentibus, in longum uſque promanantibus ambientem aërem contegebant.

Pag. 33. lin. 6. Τῶν δὲ εἰς ᾠδήν. Hæ aves Luciano appellantur ὄρνεα μουσικά. libr. 2. ver. hiſt.

Pag. 33. lin. 13. λευκὸς ὥσπερ γάλα, lactis candorem refert. At Moſch. Idyll. 1. Cupido negatur Veneri albus, cum inquit:

Χρῶτα μὲν οὐ λευκός, πυρὶ δ᾽ εἴκελος,
Corpore non albus, verum igni ſimilis.

Pag. 33. lin. γυμνὸς ἦν. Sola, primaque ut puto, Sappho, amorem veſte tectum finxit, quam deinceps nonnulli ex Hiſtoricis atque poëtis ſunt ſecuti. Videſis elegantiſſimam Cupidinis deſcriptionem apud Moſchum. Idyll. 1. quod inſcribitur Amor fugitivus.

Pag. 33. lin. 24. μήκωσιν ὑποκρυπτόμενος, ſub papaveribus latens; niſi quis μύκωσιν legendum eſſe exiſtimet: eſt enim μύκων teſte Heſychio, idem quod θημὼν, ſive σωρὸς, acervus palearum, aut aliarum rerum.

Pag. 33. lin. 25. ὥσπερ πέρδικος νεοττός, quemadmodum perdicis pullus. Videtur alludere Autor ad etymon hujus avis, quæ nomen habet à πηδᾷν, quod ſaltet è loco in locum. Hujus pulli admodum ſunt pernices, agileſque. Imo ſimul ac nati & excluſi ſunt, mox educente in agros parente, gradiuntur, atque plumis obveſtiti, ſibimet cibum capiunt. Mantuanus:

Sedula per ſtipulas tenera cum prole coturnix
Paſcitur, & magno natorum examine perdix.

Niſi putemus Longum reſpexiſſe ad dolum & calliditatem avis, cujus inſimulatur. Græcis in proverbio eſt: πέρδικος πούς, ſive πέρδικος σκέλος, perdicis pes, perdicis tibia. Quod adagium ad dolos & vafritiem ſpectat, cum videlicet ſubdolo quempiam ingenio hac progreſſum ſperas: ille tamen è veſtigio alia ſe proripit, atque ita vacillatione ſpectantium ſpem eludit, ut iter ejus, aut rerum progreſſus, eventumque nunquam poſſis certa conjectura comprehendere. De perdice ita D. Euſtath: in Hexahem. δολερὸν ὁ πέρδιξ,

καὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

καὶ ζηλότυπον, καὶ κακοῦργον, συμπράττων τοῖς θηρευταῖς πρὸς τὴν ἄγραν &c. Perdix dolo, obtrectationi, & malitiæ ſervit, cum ipſis venantibus auxilio ſit. Spina & frutice, referente Plinio, ſic muniunt receptaculum, ut contra feras abunde vallentur. Ovis ſtragulum, molli pulvere contumulant, nec in quo loco peperere, incubant, neve cui frequentior converſatio ſit ſuſpecta, aliò transferunt, &c. Unde & Ariſtophani fictum verbum in avibus ἐκπερδικίζειν, id eſt aſtutè elabi, periculumque vitare. Ad id verb. Schol. οἱ γὰρ πέρδικες πανοῦργοι ὄντες ὕπτιοι γενόμενοι καὶ ἐπιβάλλοντες ἑαυτοῖς κάρφη; paulo ante, οὕτως ἐπικαλύπτουσι καὶ ἐκκλίνουσι ſcil. τὸν κίνδυνον. Porro de avis hujus aſtutia conſule Plinium libr. 10. c. 33.

Pag. 34. lin. 7. ἐγέλα πάνυ ἁπαλόν. Eodem ſignificatu hoc ipſum adverbialiter ab Homero etiam uſurpatur, odyſſ. ξ. cum Vlyſſes dicit.

—— οἶνος γὰρ ἀνώγει
καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι, καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν,

Vinum enim jubet, & leniter, ſive molliter ridere, & ſaltare impellit.

Pag. 34. lin. 8. καὶ ἔβαλλέ με τοῖς μύρτοις, petebat me myrti baccis. Μύρτος fæm. idem ac μυῤῥίνη, hoc eſt, arbor, myrtus dicta. Alcæus, ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω. At τὸ μύρτον, fructus myrti, i. e. bacca myrti, idque plerumque plurali num. Plat. 2. polit. loquens de bellariis ſuorum civium: καὶ μύρτα, καὶ φηγοὺς σποδιοῦσι πρὸς τὸ πῦρ, Ad ignem ſub cinere fagi glandes, & myrti baccas torrebunt. Aptè & decorè dicitur Cupido illum myrti baccis petere: quippe Myrtus ſacra Veneri eſt, ut Eſculus Jovi. Hinc Gellius libr 5. c. 6. Myrtum appellat frondem Veneris. Lucianus horti faciens Veneris mentionem, ait: περιέτελλε μὲν ἡ πυκνόκαρπος ἐτεθήλει μυῤῥίνη παρὰ τὴν δέσποιναν αὐτῆς, Abunde verò denſa fructu myrtus, apud dominam ſuam (Venerem) pullulaverat.

Pag. 34. lin. 10. Ἐδεόμην οὖν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, rogabam igitur ut ad manus veniret. εἰς χεῖρας ἐλθεῖν. Genus dicendi eſt, quod propriè rem militarem ſpectat, ut videre eſt apud Thucyd. Xenoph. cæteroſque Hiſtoricos. Quod Latini dicunt, manus conſerere, congredi, confligere, & ad manus venire. Verum phraſis illa hoc loco illam ſignificationem non recipit: ſed potius εἰς ὁμιλίαν, καὶ δεξίωσιν φιλικὴν ἐλθεῖν; Nam in congreſſu ſymbolum benevolentiæ eſt, manus porrigere. Sicuti etiam εἰς χεῖρας ἰόντα apud Thucyd. uſurpar. Scholiaſtes annotavit. Ut & apud Polyb: μετὰ δέ τινας ἡμέρας ἐπιπλεῖον ἐλθὼν εἰς τὰς χεῖρας τῷ Σωσιβίῳ διὰ τοὺς ἵππους: Hic ἐλθὼν εἰς τὰς χεῖρας, Cum in ſermonem, ſeu colloquium veniſſet.

Pag. 34. lin. 17. καπυρὸν γελάσας, in magnum effuſus riſum: eſt enim καπυρὸς, vehemens, magnus. Sic Theocrito dicitur καπυρὰ νόσος Idyll. 2. n. 85. poët. amor vehemens, qui morbi ardentis inſtar corpus paulatim abſumit. Alias torridus, ut ſit à καίω, & πῦρ. Euſtat. dicit eſſe compoſitum ἐκ τοῦ καίειν καὶ πυροῦν. Apud Theocr. Adyll. 6. n. 6.

Ταὶ καπυραὶ χαῖται,

Latinus interpres vertit:

Rufæ comæ.

Græcus, αἱ κεκαυμέναι ὑπὸ τοῦ ἡλίου διὰ τὴν θερμότητα, à ſole ob calorem aduſtæ. καπυρὸς exponitur ab Heſychio καπύων ἐκπνέων, quo ferme modo hoc loco à noſtro ſumitur; & in Epigrammate:

καὶ καπυρὸν γελάσας παραμείβεο;

ut propriè ſit magno cum cachinno veluti efflans riſum. Lucian. in Deor.

dial.

dial. Pa. & Mer. *μουσικός τε γάρ εἰμι, καὶ συρίζω πάνυ καπυρὸν*, Muſicus enim ſum, & fiſtula prorſus ſtridulum cano.

Pag. 34. lin. 19. *ἀηδὼν*. Luſcinia, dicta Græcis ab *ἀείδω*, cano, quia avicula hæc canora eſt. Alii derivant ab *ἀεὶ* & *ᾄδω*, quod propemodum ſine intermiſſione canat, ubi inceperit. Latinis Luſcinia, quod lugens canat, vel potius quod ante lucem canat. Hujus cantum præter Plinium, Homerum, Autor Philomelæ inſigniter extulit, ita canens:

Dulcis amica veni, noctis ſolatia præſtans,
Inter aves etenim nulla tibi ſimilis:
Tu philomela potes vocum diſcrimina mille,
Mille potes varios ipſa referre ſonos.
Nam quamvis aliæ volucres modulamina tentent,
Nulla poteſt modulis æquivalere tuis.
Inſuper eſt avium ſpaciis garrire diurnis;
Tu cantare ſimul nocte dieque potes.

Quamobrem dicitur ab Euſtathio in comment. in Hexaëm. ubi de luſcinia agit: *καὶ ἔστιν ἄγρυπνον τῇ μελῳδίᾳ χολάσουσα*, & inſomnis modulatum edit ſonum.

Pag. 34. lin. 18. *οὔτε κύκνος ὅμοιος ἐμοὶ γέρων γενόμενος*. Neque par mihi ætate Cygnus. *κύκνος* Grammaticis dicitur *ἀπὸ τοῦ κυνεῖν πλέον τῶν ἄλλων, τὴν ἰλὺν ἐπὶ ἀναψηλαφήσει τροφῆς*, quod plus cæteris immiſceat limi in cibis indagandis. Veteres non poëtæ duntaxat, ſed etiam oratores fabulati ſunt, Cygnos, ætate confectos canere cantum ſuaviſſimum. Unde. Auſ.

Dulcia defectâ modulatur carmina lingua
Cantator Cygnus funeris ipſe ſui. Et Ovid.
Sic ubi fata vocant, udis abjectus in herbis,
Ad vada Mæandri concinit albus olor.

Pauſanias etiam in Atticis ſcribit, eſſe *κύκνῳ τῷ ὄρνιθι μουσικῆς δόξαν*. Cic. in fin. 6. Tuſc. Ut Cygni prævidentes, quid in morte boni ſit, cum cantu, & voluptate moriuntur, ſic omnibus & bonis, & doctis eſt faciendum. Hinc Cygnea dicitur cantio, quicquid vel in eloquentia, vel doctrina alicujus ſenis ſedatum, ſuave & elaboratum eſſe videatur. Lucianus in præfat. ſuâ, quæ inſcribitur *περὶ τοῦ ἠλέκτρου, ἢ τῶν κύκνων*, totum eſſe figmentum, quod de Cygnorum narratur cantione, ait: cui etiam quotidiana aſtipulatur experientia. Scribit & ejuſmodi cantum fabuloſum eſſe Jul. Scaliger in Cardanum invectus, cum inquit: De Cygni vero cantu ſuaviſſimo, quem cum mendaciorum parente Græcia jactare auſus es, ad Luciani tribunal, apud quem aliquid novi dicas, ſtatuo te. Apud Athenæ. libr. 9. pag. mihi 393. Alexander Myndius dicit *πολλοῖς κύκνοις τελευτῶσι παρακολουθήσας, οὐκ ἀκοῦσαι ᾀδόντων*, ſe moribundos plures proſecutum cantum nullum audiviſſe.

Pag. 34. lin. 28. *δυσθήρατος ἐγὼ καὶ ἱέρακι*, ſum difficilis captu etiam accipitri. *ἱέραξ, ἀπὸ τοῦ ἱέσθαι ῥᾷον*, à celeritate volatus; vel *ἀπὸ τοῦ ἱέσθαι, ἤγουν φέρεσθαι ἐν τῷ ἀέρι ῥᾳδίως*. Sunt qui malunt dictam ab *ἱερὸς*, ſanctus, quia Marti ſacer, utpote pugnax. Ariſtophani vocatur *παντόφθαλμος*, quia eximia oculorum acie præditus. Heſiodo à pernicitate *ὠκυπέτης*, Homero, *ὠκύπτερος* dicitur. Latinis ab accipiendo, ejus repacitatem indigitantibus.

Pag. 34. lin. 28. *καὶ ἀετῷ. ἀετὸς*, aquila, ab *α* intenſ. & *ἔτος*. quod vivax, unde proverb. Aquilæ ſenecta; avis pernix rapaxque, quæ præcipuè lepores & Cygnos, item anſeres venando infeſtare dici-

dicitur, quod notat Maro libr. Æneid. 9.

Qualis ubi aut leporem, aut candenti
corpore Cygnum
Suſtulit alta petens pedibus Iovis ar-
miger uncis.

Pag. 35. lin. 1. Οὔτοι παῖς ἐγὼ, ἀλλὰ τοῦ κρόνου πρεσβύτερος.

Puer non ſum, ſed Saturno antiquior. Lucian. in dialo. Cupid. & Jovis. σὺ παιδίον, ὦ ἔρως, ὃς ἀρχαιότερος εἶ πολὺ τοῦ ἰαπετοῦ; Tune puer es, Cupido, qui es Japeto longè antiquior? Plut in Erotico. διὸ παρμενίδης μὲν ἀποφαίνει τὸν ἔρωτα τῶν ἀφροδίτης ἔργων πρεσβύτατον, ἐν τῇ κοσμογονίᾳ γράφων.

πρώτιστον μὲν ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάν-
των.

Ἡσίοδος δὲ φυσικώτερον ἐμοὶ δοκεῖ ποιεῖν ἔρωτα πάντων πρεσβύτατον, ἵνα πάντα δι' ἐκεῖνον μεταλάχῃ γενέσεως, Itaque Parmenides Amorem oſtendit Veneris operum eſſe antiquiſſimum, in libr. de ortu mundi, ſic ſcribens:

Ante omnes alios ſuperos generavit A-
morem.

Heſiodus autem naturæ congruentius mihi conſtituere videtur Amorem omnium antiquiſſimum, ut per eum omnia naſcantur. Lucian. in amoribus. Μόνον ἡμῖν, σὺ δαῖμον οὐράνιε, καίρως παράστηθι, φιλίας σύγγνώμων, ἱεροφάντα μυστηρίων ἔρως, οὐ κακὸν νήπιον, ὁποῖα ζωγράφων παίζουσι χεῖρες, ἀλλ' ὃν ἡ πρωτόσπορος ἐγέννησεν ἀρχὴ, τέλειον εὐθὺ τεχθέντα, Tu modo nobis, ætherie Deus, in tempore aſſiſte, amicitiæ fautor, & arcanorum ſacerdos Cupido, nequaquam pravus infans, qualem pictorum manus jocando fingunt, ſed quem primario ſemine principium creavit, perfectum protinus editum. Sentit tamen aliter Agatho, qui apud Platonem in ſympoſio, cum Phædro, de ipſo Amore ſubtiliter diſputat, ita diſſerens: ἐγὼ δὲ φαίδρῳ πολλὰ ὁμολογῶν, τοῦτο οὐχ ὁμολογῶ ὡς ἔρως κρόνου καὶ ἰαπετοῦ ἀρχαιότερός ἐστι, ἀλλά φημι νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν, καὶ ἀεὶ νεὸν, De multis aliis cum Phædro conſentiens, de hoc ipſi non aſſentior, videlicet Amorem Saturno atque Japeto eſſe antiquiorem; ſed dico illum omnium Deorum natu minimum, atque ſemper eſſe juvenem.

Pag. 35. lin. 3. καὶ αὐτοῦ παντὸς τοῦ χρόνου. Negabat hoc olim Periander, qui rogatus quid antiquiſſimum? reſpondebat, χρόνος, tempus.

Pag. 35. lin. 3. προθήβην, malo πρωθήβην. Eſt verò πρωθήβης, teſte Heſychio, ἀρτίως ἀκμάζων, qui primos pubertatis annos attigit. Nunc primum pubeſcens. Hom. Il. θ.

Παῖδας πρωθήβας, πολιοκροτάφους τε
γέροντας,

Pueros pubeſcentes, & temporibus ca-
nos ſenes.

Autor Scholiorum brevium: παῖδας πρωθήβας, πρώτως ἡβῶντας, νέους τοὺς ὄντας, ἀπὸ τῆς ἀκμῆς, ὅ ἐστιν ἡλικίας.

Pag. 35. lin. 5. Τὸ πλατὺ βουκόλιον, armentum latè diffuſum. Greges dicuntur Græcis πλατεῖς, hoc eſt, ampli, latè diffuſi, ſive latè palantes. Il. β.

Ὥστ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν,
Vt greges latè diffuſos caprarum.

Potuiſſet etiam πλατὺ βουκόλιον verti, magnum *armentum*: ὅτι ἐν διαστήματι μεγάλῳ, καὶ πλατεῖ νομῷ νέμεται, quod in ſpatioſo, & lato agro paſcatur. Eſtque βουκόλιον, τὸ τῶν βοῶν πλῆθος: ut ἱπποφόρβιον, τὸ τῶν ἵππων: ποίμνιον, τῶν προβάτων; συβόσιον, τῶν χοίρων.

Pag. 35. lin. 24. καὶ χαῖρε μόνος ἀνθρώπων ἐν γήρᾳ τοῦτο τὸ παιδίον, addatur, θεασάμενος, & lætare, qui ſolus mortalium in ſenectute hunc vidiſti puerulum.

Niſi quis ita malit vertere: Et ſolus mortalium lætare hocce puerulo. Quippe verbum χαίρω cum accuſativo junctum invenitur. Ariſtot. in Rhetor. χαίρω τὴν ἡδονὴν, afficior quadam voluptate. Apud Demoſth. Ταῦτα χαίρειν, pro ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς. At prius malo.

Pag. 36. lin. 1. εἶδον αὐτοῦ καὶ πτέρυγας, vidi etiam illius alas. Ubique alatum Cupidinem faciunt Poëtæ: Ut & Socrates apud Platonem in Phædro, ubi de amore hunc citat verſum.

Τὸν δ' ἤτοι θνητοὶ μὲν ἔρωτα καλοῦσι
ποτηνόν,

Mortales Amorem vocant alatum.

Rationem ejus addit Heliodorus libr. 4. Æthiop. οὐκ οἶσθα ὅτι καὶ ἔρωτα πτεροῦσιν οἱ γράφοντες, τὸ εὐκίνητον τῶν ὑπ' αὐτοῦ κεκρατημένων αἰνιττόμενοι; An neſcis, quod Amorem etiam alatum faciunt pictores: agilitatem illorum, qui eo detinentur, quaſi ænigmate quodam ſignificantes?

Pag. 36. lin. 2. καὶ τόξάρια μεταξὺ πτερύγων, & arculos ſub alis. Sine dubio alluſit Longus ad illud Chæremonis Tragici apud Athenæ. qui duos Cupidini dat arcus, quando ait:

Δίδυμα γὰρ τόξα αὐτὸν ἐντείνεσθαι,
Χαρίτων τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι τύχᾳ,
Τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς
Duos arcus illum tendere,
Alterum gratiarum, proſperâque fortunâ,
Alterum doloris, quo vita permiſcetur hominum.

Euripid. in Aulid.

Δίδυμ' ἔρως χρυσοκόμας,
Τόξ' ἐντείνεται, χαρίτων,
Τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ,
Τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς,
Cupido auricomus geminos
Arcus intendit, Gratiarum
Vnum quidem ad facilem vitam,
Alterum verò vitæ ad confuſionem.

Pag. 36. lin. 15. Νέος, καὶ καλός. Οὕτω ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Φαῖδρε, ἔρως πρῶτον αὐτὸς ὢν κάλλιστος, καὶ ἄριστος, Ita mihi videtur, O Phædre, ipſe Amor primum pulcherrimus, primuſque eſſe.

Pag. 39. lin. 16. Διὰ τοῦτο καὶ νεότητι χαίρει, quare juventa gaudet. Plato ſub perſona Agathonis de Amore loquens, inquit: μετὰ δὲ νέων ἀεὶ ξύνεστί τε καὶ ἔστιν· ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει, Semper ſe juvenibus miſcet: Scitè quidem veteri proverbio fertur: ſimile ſemper ſimili hærere.

Pag. 36. lin. 18. Δύναται δὲ τοσοῦτον ὅσον οὐδὲ ὁ Ζεύς, Tantum pollet quantum ne ipſe quidem Jupiter.

Lucian. in dial. Jun & Jov. ὁ δὲ ἔρως βίαιόν τί ἐστιν, καὶ οὐκ ἀνθρώπων μόνων ἄρχει, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἐνίοτε, Eſt autem amor violentum quiddam, neque ſolis hominibus, ſed etiam nobis ipſis interdum imperat. Ad eundem ferme modum Achilles Tat. ut noſter, loquitur libr. 1. ἄρχει βρέφος οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ θαλάττης, Infans ille cælo, Terræ & mari imperat. Menand.

Δέσποιν', ἔρωτος οὐδὲν ἰσχύει πλέον,
οὐδ' αὐτὸς ὁ κρατῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν
Ζεύς, ἀλλ' ἐκείνῳ πάντα ἀναγκασθεὶς ποιεῖ,

Hera, nihil eſt amore valentius:
Ne ipſe quidem, qui in cælo Diis imperat,
Iupiter, ſed eo urgente nihil non facit.

Atque alio loco,

——— ἔρως δὲ τῶν θεῶν
ἰσχὺν ἔχων πλείστην,
——— Amor inter Deos
Potentiſſimus eſt.

Pag 36. lin. 18. καὶ τὰς ψυχὰς ἀναπτεροῖ, animis alas addit. Sed metaphoricè ἀναπτερόω, excito quempiam ad aliquid agendum, aut ad rei alicujus deſiderium, inſtigo, animum addo, in ſpem erigo; & in eo ſignificatu hic commodè

modè accipi poteſt. Ariſtoph. in avibus:

Λέγων ἀνεπτέρηκεν, lege ἀνεπτέρωκεν,
ὥσθ' ἱππηλατεῖν.

Alas loquendo affixit, ut jam geſtiat
equitare Eraſ.

Meum incendit adoleſcentulum ad cupiditatem equorum.

Pag. 37. lin. 4. οὔτε ὕπνον ᾑρούμην, Neque ſomnum capiebam.

Charinus in prologo mercat: reliquas inter ærumnas tribuit & amanti inſomniam. Sed amori, etiam hæc, quæ diximinus, accedunt, Inſomnia, ærumnæ, error, terror, &c. Terent. in Eunuch. Nam aut jam revertere, aut mox noctu horſum te adiget inſomnia. Clitophon apud Achill. Tatium libr. 1. idem teſtatur: ὡς δὲ εἰς δωμάτιον παρῆλθον, ἔνθα μοι καθεύδειν ἔθος ἦν, οὔτε ὕπνου τυχεῖν ἠδυνάμην, Ut verò intra cubiculum me recepi, in quo cubare conſueveram, ſomnum nulla ratione capere quivi. Addita hac ratione: Τὰ γὰρ τῆς ψυχῆς τραύματα, μὴ κινουμένου τοῦ σώματος, πολὺ μᾶλλον ὀδυνᾷ, Vulnera quippe animi, quieſcente corpore, majore dolore cruciantur. Quemadmodum, hic Philetas, ita & apud Plautum adoleſcens Alceſimarchus etiam in Ciſtellaria, enarrat animi cruciabilitates, ita de iis conquerens: Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum. Hanc ego de me conjecturam domi facio, ne foris quæram, qui omnes homines ſupero, atque antideo cruciabilitatibus animi: jactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota miſer, exanimor, feror, differor, diſtrahor, diripior, ita nullam mentem animi habeo: ubi ſum, ibi non ſum: ubi non ſum, ibi eſt animus. Ita mihi omnia ingenia ſunt. Quod lubet, non lubet id jam continuò. Ita me amor lapſum animi ludificat, fugat, appetit, raptat, retinet, jactat, largitur. Quod dat, non dat, deludit. Modò quod ſuaſit, diſſuaſit: quod diſſuaſit, id oſtentat &c.

Pag. 37. lin. 5. Τὴν καρδίαν ἐπαλλόμην, contremiſcebam corde. Plut. in Cice. καὶ μόλις ἐπαύετο παλλόμενος, vix deſinebat tremiſcere. Alias apud probatos autores ἡ καρδία dicitur πάλλειν neutraliter, pro palpitare præ formidine. Quod Plautus vocat, ludicram artem facere in Aulular. continuò meum cor cæpit artem facere ludicram.

Pag. 37. lin. 10. ἐκάλουν τὸν Πᾶνα βοηθὸν, Implorabam Panis auxilium. Rectè. Pan etenim paſtorum Numen eſt. Fingitur eſſe ſemicaper ſive capripes, & hirci modo libidinoſus. Hinc veteres πᾶνας dixere, τοὺς σπουδάζοντας περὶ τὰς συνουσίας, nimium in Venerem propenſos.

Pag. 37. lin. 10. ὡς καὶ αὐτὸν τῆς πίτυος ἐρασθέντα, ut qui & ipſe olim Pinum deperierat. Egnatius hanc fabulam ſuis in racemationibus ex Græco nobis latinam dedit. c. 16. Pityn puellam Pan, & Boreas adamabant, dari ſibi ſemicaper Deus, dari ſibi Thrax inſtabat Boreas. Puella Pana Boreæ prætulit. Boreas impatiens, nactus ſolam ſpatioſo in campo, ſolo allidit. Moribundam eam tellus intra gremium exceptam in arborem mutat cognominem, ex cujus poſtea ramis præcinctus ſemper ſpectatur Arcas Deus. Propert.

Arcadio pinus amata Deo.

Pag. 37. lin. 11. ἐπῄνουν τὴν ἠχώ.

Poetæ Echo nympham fuiſſe fabulantur: quæ cum à Narciſſo, cujus deperibat amore, ſperneretur, longo mærore contabuit, arque ejus corpore in ſaxum converſo, nihil præter vocem retinuit. Vid. Alexan. Aphrod. problem. libr. 1. quæſt. 154.

Pag. 37. lin. 18. οὐκ ἐν ᾠδαῖς λαλούμενον, ad verbum, neque quod per carmina dicitur. Hoc dicit. Ne carmina qui-

dem ſanare poſſunt. Plutar. ἐν τῷ ἐρωτικῷ. Amatorium furorem, ubi ſeriò corripuit, inflammavitque hominem, nulla jam Muſa, non carminis illecebræ placant. Neque inconcinnè verti poterit: Nec medicina, quæ dicitur, ſive fit incantamentis, quicquam efficit. Credidit enim vana ſuperſtitio carminibus amorem poſſe conciliari, poſſe etiam abigi. Dido apud Maronem lib. 4. Æneid.

Hæc ſe carminibus promittit ſolvere mentes,
Quas velit, aſt aliis duras immittere curas.

Lucian. in dial. meretr. ἥκε μοι, τὸ πλέον ὑπὸ τῆς ἐπῳδῆς ἀγόμενος, venit mihi incantatione prorſum attractus, & in primo dial. mertr. ἐκείνη ἐξέμηνε τὸν ἄνθρωπον, πιεῖν τῶν φαρμάκων ἐγχέασα, καὶ νῦν τρυγῶσιν αὐτὸν, Illa in inſaniam vertit hominem, ei temperato pharmaco quod biberet, & nunc ipſum vindemiant. Plinius autor eſt, magicas artes in tantum evectas, ut cunctis herbis fidem abrogare poſſint. Deque ligationibus & ſolutionibus rerum, multa diſputantur apud Cornelium Agrippam, libr. de occulta Philoſophia.

Pag. 37. lin. 27. Τάς τε ψυχὰς συνεστάλησαν ὑπὸ λύττης, Niſi malis legere pro ὑπὸ λύττης, ὑπὸ λύπης, hoc eſt, præ mærore animis fuere dejecti. Attamen lectio illa ſuſtineri poteſt. Quamvis enim λύσσα, ſive λύττα propriè de canibus rabidis dicatur; dici tamen etiam ſolet de impteu quodam furibundo, ſive ἐπιτεταμένη μανία. Hom. de pect.

——— κρατερὴ δέ ἑ λύσσα δέδυκεν,
Ingens autem ipſum rabies invaſit.

Il. Φ. de Achille Trojanos uſque ad mœnia perſequente.

——— λύσσα δέ οἱ κῆρ
Αἰὲν ἔχε κρατερὴ, μενέαινε δὲ κῦδος ἀρέσθαι
——— *Rabieſque ejus cor*
Semper habebat, cupiebat enim gloriam referre,

Hinc amantes κακῶς φρονοῦντες Græcis ſæpiſſime dicuntur, & Latinis maleſani. Hinc Mæcius in Epigrammate contra Cupidinem:

Σωφροσύνης ὑβριστὰ, φρενοκλόπε, ληστὰ λογισμοῦ,
Prudentiæ corruptor, mentis ſurreptor, fur rationis.

Quatuor furoris conſtituit ſpecies Plato. ſed illum maximum eſſe dixit, quo amantes occupantur. Gramm. λύσσαν dictam volunt παρὰ τὴν λύσιν τῶν λογισμῶν quod rationem ſolvat.

Pag. 38. lin. 3. καθεύδειν οὐ δύνανται. Virg. 4. Æneid. de Didone amore flagrante ardens, infit.

——— *Nec placidam membris dat cura quietem.*

Clitiphon apud Achill. Tat. libr. 1. οὐ φέρω κλεινία τὴν ἀνίαν· ὅλος γάρ μοι προσέπεσεν ὁ ἔρως, καὶ αὐτὸν μου διώκει τὸν ὕπνον τῶν ὀμμάτων, Dolori, ô Clinia, par eſſe nequeo: amor enim in me furorem omnem effudit, nullum omnino ſomno locum ut relinquat. Queritur de eo & illa apud Naſonem:

Nec ſomni faciles, & nox erat annua nobis,
Et gemitus, nullo læſa dolore, dabam.
Nec cur hoc facerem poteram mihi reddere cauſam,
Nec noram, quid amans eſſet, at illud erat.

Græci amoris curam ea de cauſa ἄυπνον, i. inſomnem, Item πανάγρυπνον appellarunt, i. planè inſomnem.

Pag. 38. lin. 5. καίεσθαι δοκοῦσι, καὶ παρ' ἡμῖν τὸ πῦρ, uri videntur, atque nobis inhæret flamma. Ita & Dido concepto Æneæ amore, ardere dicitur.

Ardet amans Dido; traxitque per oſſa furorem. Ac ibidem:

——— *Et cæco carpitur igni.*

Apol-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Apollonius ſagittam amoris dicit eſſe πυρὶ ἴκελον, igni ſimilem. De qua peſte Philo: πάντα δίκην ἀσβέστου πυρὸς, ὧν ἂν προσψαύσηται, καταφλέγουσα, Similis omnino igni perpetuo, quicquid attigerit more ignis adurit. Dido apud Virg.

—— *Agnoſco veteris veſtigia flammæ.*

Dicitur in Epigrammate quodam πῦρ ἔγκρυφον, & ἐνδόμυχον, quaſi ignis in interioribus abditus receſſibus.

Pag. 38. lin. 20. πτερὰ ἔχει καὶ καταλήψεται.

Idem apud Achillem Tat. libr. 2. κάτωθεν δ᾽ ὥσπερ ἐκ τῆς καρδίας ὁ ἔρως ἀντεφθέγξατο. Ναὶ τολμηρὲ, καὶ ἐμοῦ στρατεύῃ καὶ ἀντιπαρατάττῃ; ἵπταμαι, τοξεύω καὶ φλέγω. Πῶς δυνήσῃ με φυγεῖν; ἂν φυλάξῃ μου τὸ τόξον, οὐκ ἔχεις φυλάξασθαι τὸ πῦρ· ἂν δὲ καὶ κατασβέσῃς, ita lege cum Salmaſio, σωφροσύνῃ τὴν φλόγα, αὐτῷ σε καταλήψομαι τῷ πτερῷ,

Amor ſcilicet, qui erat infra in imo pectore, quaſi ex corde reſpondebat: An igitur tantum tibi ſumis, ut contra me arma feras, mihique reſiſtere audeas? mihi ad volandum pennæ, ad vulnerandum ſagittæ, ad exurendum faces datæ ſunt. Quonam te modo evaſurum ſperas? Ut ſagittarum ictus declines, faces tu quidem certè nunquam evitabis. Quod ſi earum flammis temperantiæ ſcutum opponas, volatu profecto te comprehendam.

Pag. 38. lin. 28. ἀλλὰ μαρτυρήσομεν δεύτερον κατὰ φιλητῶν. Hic μαρτυρήσομεν, vertimus probabimus. Deliberat Daphnis, utrum confugiendum ipſis ſiet ad Nymphas, an ad oſcula & amplexus &c. Poſterius ſuggeſſerat illi conſilium Philetas, idque ſequendum ſibi eſſe concludit, dicitque δεύτερον μαρτυρήσομεν, alterum nimirum conſilium Philetæ comprobabimus. Illam enim ſignificationem verbum μαρτυρέω nonnunquam recipit. Xen. εὑρήσει αὐτὸν μαρτυροῦντα, comperiet ipſum ſuo illud teſtimonio comprobare. Plutar. in apophtheg. Epaminond. καὶ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐμαρτύρησεν, ὡς εἰδότος ἄριστα τοὺς πολίτας, & verba ejus res comprobavit, ita præclarè cives ſuos noverat. Locus hic me aliquandiu torſit, ut tandem ſuſpicarer pro μαρτυρήσομεν eſſe legendum, καρτερήσομεν, tolerabimus, non improbante clariſſimo Viro Joachimo Frencelio anatomes Profeſſ. ordinario, collega honorando, obque multijugam eruditionem longè celeberrimo, mihique dilectiſſimo, quicum huncce locum communicaſſe memini. Quam emendationem olim etiam placuiſſe Clariſſ. Heinſio Iongermannus refert.

Pag. 39. lin. 10. ἀγρυπνία, lege ἀγρυπνίαν.

Pag. 39. lin. ἔννοιαν, lege ἔννοια.

Pag. 39. lin. ult. κατὰ τὰ φιλήματα, lege πρὸς τὰ φιλήματα.

Pag. 40. lin. 9. καθέζοντο στελέχους, ſupple ἐπὶ στελέχους.

Pag. 40. lin. 11. τῆς ἐν φιλήματι τέρψεως, h. e. διὰ φιλήματος γενομένης. Vel dicetur præpoſitio ἐν hoc loco παρέλκειν. Paul. 1. ad Corinth. c. 16. §. 16. ἀσπάσασθε ἐν φιλήματι, ſalutate alii alios. vid. pag. 28. lin. 4.

Pag. 40. lin. 11. ἀπλήστως ἐνεφοροῦντο, verbatim, inſatiabiliter implebantur. Propriè de iis ſumitur, qui cibo ac potu implentur. Xiphilin. in vita Vitellii: ἀπλήστως τε ἐμφορούμενος, cum inſatiabiliter impleretur. At hic metaphoricè ad animum refertur: quemadmodum & apud Maronem libr. 1. Æneid.

Præcipuè infælix peſti devota futuræ
Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo.

Cedren: ἐμπιπλὰς θυμόν.

Pag. 40. lin. 13. θλίψιν τοῖς στόμασι παρέχουσι. Pari forma loquendi uſus

eſt Theocrit. χείλεα θλίβειν, *pro premere labra oſculando.*

Pag. 40. lin. 17. κλίνεταί πως ἐπὶ πλευρὰν ἢ χλόη. Vlyſſes apud Euripid. dicit Cyclopi. κλίθητι νῦν μοι πλευρὰν θεὶς ἐπὶ χθονός, *accumbas, vel potius inclines te ad jacendum, huc ponens latera in terra.*

Pag. 40. lin. 29. Ἴσως δὲ καὶ τῶν ἀληθῶν τι ἔπραξαν. Forſan incæptum patraſſent; eſt autem veteribus patratio rei venereæ conſummatio. Herodianus de Heliogabalo: ἵνα δὴ καὶ τὶ τῶν ἀνδρῶν πράττειν δοκοίη, ut aliquid ſaltem virile facere videretur. Eodem ſenſu uſus eſt noſter verbo πράττειν, quo aliquando facere utuntur Latini. Plaut. Mavult ancillæ facere, quam liberæ. Idem. Si tibi cordi eſt facere, i.e. amplecti amicam. Sen. epiſt. 123. Una fælicitas eſt bonæ vitæ, facere, eſſe, bibere, frui patrimonio.

Pag. 41. lin. 5. καὶ οἰκέτας προσκώπους, πρόσκωπος, q.d. qui eſt ad remum ſeu juxta remum, Bud. nauta qui remis adhæret. Bayſ. notat apud Thucyd. libr. 1. p. 4. προσκώπους eſſe αὐτερέτας & μαχίμους, videlicet remiges qui etiam, quum opus erat, decertabant, & propugnabant. Niſi quis putet hic eſſe legendum πρωκώπους; Eſt autem πρώκωπος, qui in verſu ſuo primus ſedet ad proram; Et ἐπίκωπος, qui poſtremus eſt ad puppim. Bayſius & qui cum eo faciunt, θρανίτας & θαλαμάκους, id genus remiges appellat.

Pag. 41. lin. 11. παράδεισοι. παράδεισος, hortus, viridarium, paradiſus. Vox hæc deflexa eſt, quidam ut volunt, à Chaldæo Pardes, quod hortum ſignificat domeſticum. Alii ad Græcos vocem hanc tranſiiſſe cenſent, ex Hebræo nomine quod ſignificat ſylvam, nemus. Barbaram verò, ſive peregrinam eſſe hanc vocem non meminit Suidas, quum ejus originem Græciæ tribuit, adducens geminum etymon. παράδεισος δὲ εἴρεται, παρὰ τὸ δεύσω, τὸ βρέχω, ῥηματικὸν ὄνομα, δεῦσον: παράδεισος τροπῇ τοῦ ὑψιλοῦ εἰς ι. οἱ δέ φασι παρὰ τὸ τὴν δεῖσαν ποιεῖσθαι, ὅ ἐστι, βοτανῶν συλλογήν. παράδεισος verò dictus eſt à futuro δεύσω, rigabo, quod à δεύω, rigo, Unde formatum verbale nomen δεῦσος quaſi dicas locus, qui rigatur, & compoſitum παράδευσος, verſoque υ. in ι. παράδεισος. Alii dicunt παράδεισος dictum eſſe, quod faciat δεῖσαν, id eſt, herbarum collectionem. Duplicis paradiſi meminit ſacer codex: terreſtris, & cœleſtis. Terreſtris eſt ille, in quem primi parentes, initio ſancti, tranſlati, ibique donec laberentur, permanentes, qui à Moſe deſcribitur Geneſ. II. Cœleſtis paradiſi facit mentionem Servator Luc. 23. §. 43. Paul. 2. Cor. c. 14. §. 4. Joan. Apocal. 11. §. 7. Hic pro horto atque viridario ſimpliciter ſumitur, qui benè conſeptus, ac diligenter conſitus eſt omnis generis plantis. De tali loquitur Xenophon libr. 15. memorabil. ἐπιμελεῖται, ὅπως κῆποί τε ἔσονται, οἱ παράδεισοι καλούμενοι, πάντων καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν μεστοὶ, ὁπόσα ἡ γῆ φύειν ἐθέλει, ſtudioſè dat operam Rex, ut horti ſint, quos paradiſos vocant, omnibus referti, quæcunque pulchra & bona enaſci è terra poſſunt. Zoſimus libr. 3. καὶ ἅμα θριγκόν τινα συμπαραθεινόμενον, εἰς ἔρυμα μὲν παραδείσου βασιλικοῦ τὴν ἀρχὴν ᾠκοδομημένον, & una ſepem quandam (cernentes) ad eam porrectam, ab initio muniendi paradiſi cauſa regii ſtructam. Fuerunt itaq; paradiſi clauſi, atque plerumque iniis alebantur feræ, quarum venatu ſeſe principes delectarent: unde redditur aliquando ferarum ſeptum, vivarium. Gell. libr. 2. cap. 20. Vivaria, quæ nunc vulgus dicit, ſunt quos παραδείσους Græci appellant. Xenoph. in

Hell.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Hell. 4. παραδείσους μεστοὺς δένδρων καὶ θηρίων, Paradiſos arboribus ac feris plenos.

Pag. 41. lin. 12. ἄλση, niſi malis ἀλωὴ, ſive ἀλωὰ, locus vitibus conſitus, vinea. Il. ε.

οὔτε ἄρα ἕρκεα ἴσχει ἀλωάων ἐριθηλέων,

Neque ſepta retinent vinearum latè virentium,

Hic Scholiaſt. ἀλωάων, χωρίων ἀμπελοφύτων ἢ δένδρων, cui libet, ita legat.

Pag. 41. lin. 14. καταπλέοντες καὶ ἐνορμιζόμενοι. καταπλέω, eſt navigando deſcendo, è mari videlicet in terram. Huic opponitur ἀναπλέω, in altum navigo. Eſtque ἐνορμίζομαι, & ἐνορμίζω, navem in ſtationem appello: alias ὀκέλλω εἰς λιμένα, item ὑποδύω, Quod Virg. Æneid. 3. dixit,

Portuque ſubimus Chaonio.

Pag. 41. lin. 16. Τέρψεις δ' ἐτέρποντο. Hoc loquendi genus aliquando elegantiam ſapit, quando verbale ſuum verbo additur: Lubet hoc loco verba Suidæ aſſcribere, relata à Conr. Ritterhuſio in comm. libr. 4. Halieut. opp. Ἀττικὸν σχῆμά ἐστι, τὸ εἰπόντα τὸ πρᾶγμα ἐπαγαγεῖν τὸ ἀπὸ τοῦ πράγματος ὄνομα. ὡς τὸ ὕβριν ὑβρίζειν, λῆρον ληρεῖν, χαρὰν χαίρειν, μανίαν μαίνεσθαι, φυγὴν φεύγειν, δουλείαν δουλεύειν. Plura exempla dicto loco à Ritterhuſio recenſita, qui volet, petat. Quod ipſum etiam Latini ſunt imitati. Plaut, ſervire ſervitutem. Gell. gaudium gaude. Macrob. ſaltare ſaltationem. Apul. cænas cænare. Virg. furere furorem. Lucill. pugnare pugnam. Cui volupe eſt plura videre exempla, conſulat Hellenolexiam Clariſſ. D. Danielis Vechneri. cap. 1. de rectione verborum generali.

Pag. 41. lin. 18. πετραίους ἰχθῦς.

Πετραῖοι ἰχθύες, dicuntur piſces ſaxatiles propterea, quod in petris ſtabulentur. Hoc nomine enim latinè à Columella, Plinioque appellantur. Athenæ. libr. 7. Τὰ πετραῖα τῶν ἰχθυδίων ἀπέσθιε, piſciculos ſaxatiles ne comede. Galen. libr. 1. ad Glauconem, οἱ πετραῖοι τῶν ἰχθύων, ex piſcibus iis qui ſaxatiles nominantur. Plauto ſaxatilis piſcatus dicitur, qui in ſcopulis exercebatur. Vid. Meurſ. ad Lycoph.

Pag. 41. lin. 25. χῆνας ἀγρίους καὶ νήττας Anſeres atque anates.

Χλὼ, dicitur παρὰ τὸ χαίνειν ἢ χανδὸν ἐσθίειν teſte Euſtat. & Varrino, hoc eſt ab oris hiatu & voracitate. Vel quia frequenter hiſcit & ſtridit. Etymologus deducit ab ἠχὴ, quod obſtreperum & clamoſum ſit animal. Hodiè vulgo in Græcia χίνα appellatur. Nos Belgæ *een gans*. Ruſtici *Goes* dicunt. Unde Hollandos cæteroſque Philippo Hiſpaniarum Regi rebellantes Gœſios, id eſt, anſeres appellatos fuiſſe, Vlyſſes Aldrovandus autumat. Νῆσσα, ſive Νῆττα dicitur ἀπὸ τοῦ νεῖν, ſicut & Anas Varroni à nando. Recentioribus Græcis dicitur χῆνα; alii παπίτζα. Quæ poſtea dicuntur utilitatem aliquam illorum menſæ attuliſſe. Anſeres atque Anates veterum menſis non fuiſſe abdicatas, ex ipſorum ſcriptis habemus. Nobis quoque ſæpiſſimè in cibum cedunt.

Pag. 41. lin. 26. ὠτίδας; Frequentius ſimplic. τ. ὠτὶς ſcribitur. Germanis *een Trappgans*. Dicitur ab οὖς ὠτὸς, auris. Quæ ita à Bellonio depingitur: Otis multò craſſior eſt, & validior Grue, & corpulentiæ cygni comparari poteſt. Caput, ſi id ſolum inſpicias, diceres eſſe vulturis, tam eſt craſſum atque inconcinnum. Roſtrum habet robuſtum valdè, Gallinacei haud diſſimile. Caput & collum coloris ſunt cinerei, ad ventriculum uſque procedentis. Alæ inferius candicant, qua ſola nota à Tetrace differt, ſi magnitudinem excipias. Tibiæ quoque longæ ſunt, collum quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

que longum fuiſſe oportuit. Totum dorſum caſtaneis ac ſubnigris maculis reſperſum eſt: cætera candida, exceptis pennis alarum longioribus, quarum extremitates nigræ ſunt. Meatus auditorii in hac ave, unde illam nomen habere ſuum exiſtimo, quam in ulla alia terreſtrium avium evidentiores, adeoque patuli ſunt, ut extremitatem digiti imponas. Si introſpicias, duo apparent anfractus, unus roſtrum verſus, alter recta ad cerebrum vergens. Latent ſub plumis, quas niſi auferas, meatus non videbis. Pennarum Otidis radices rubræ ſunt. Femora albicant. Tibiæ craſſæ pollicem, medium pedem longæ, ſquamoſæ ſeu corticoſæ. Crura pennis nuda. Pedes admodum craſſi, ſub quibus callus conſpicitur magnus, inſtar muſculi: ungues breves: digiti pedis utriuſq; contra reliquaram avium morem, ternis tantum: cauda inferius, qua podicem ſpectat, alba, ſuperius caſtanei coloris, nigris maculis reſperſi. Pectus craſſum eſt, ac rotundum: lingua ſerrata, utrinque acuta, & in extremo dura.

Idem Bellonius Otidem avem ait eſſe delicatam, & in conviviis cæteris avibus præferri.

Pag. 42. lin. 4. ἑϛώσης. lege ἐνεϛώσης.

Pag. 42. lin. 16. καὶ ὡμολόγει ὀδεὶς τὴν κλοπήν. Hic copulativa καὶ pro adverſativa ἀλλὰ poſita invenitur. Ita & apud Demoſthenem de Cherſon: αἴτιον δὲ τούτων καί μοι πρὸς θεῶν, ὅταν ἕνεκα τοῦ βελτίϛου λέγω, ἔϛω παῤῥησία, iſtorum autem cauſa hæc eſt, ſed per Deos, liceat mihi, ubi de re utiliſſima dicendum eſt, fidenter loqui. Aliquoties in N.T. Matth. 1. §. 25. c. 7. §. 25. c. 12. §. 39. Luc. 21. §. 18. Joann. c. 16. 32. Act. c. 10. §. 28. Sunt qui putant, hebræorum exemplo in eo ſignificatu uſurpari. Sed ὁ ἀττικώτατος Theophraſtus non ſemel eodem ſenſu καὶ pro adverſativâ ἀλλὰ uſus fuit.

Pag. 42. lin. 19. ξενοδόκους, uſitatius ξενοδόχους. Plut. in Alexand. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀποϛραφεὶς πρὸς ξενοδόχον τὸν κεφαλαιωνόν, Alexander autem converſus ad hoſpitem. Attamen apud Homerum odyſſ. θ. extat ξεινοδόκος,

—— ἵν᾽ ὁμῶς τερπώμεθα πάντες,
ξεινοδόκοι καὶ ξεῖνος,
Vt ſimul oblectemur omnes,
Hoſpitio ſuſcipientes, hoſpeſque.

Pag. 42. lin. 28. ἐκ τῆς πρύμνης. πρύμνα, quam & οὐρὰν Poëtæ appellant, aliquando adject. eſt, & idem quod extremus: ut ναῦς πρυμνή, extrema pars navis. Aliquando ſubſtant. Eſtque idem ac πρυμνὴ ναῦς, ut hoc loco. Summitas ipſius ἄφλαϛον vocatur, ut Pollux docet, compoſ. ab α & φλᾶσθαι, quod non facilè contundatur. à πρυμνά, πρυμνήσια funes, quibus naves à puppi religantur ad portum.

Pag. 43. lin. 2. ἐλινοϛάτουν, hoc eſt, ἵϛων τὰ λίνα, collocabant, ſive ponebant retia. Verbum hoc λινοϛατέω, rarum quidem, attamen apud Platonem ejus paſſivum reperitur: Quemadmodum Euſtat. notat. ἐθηρεύετο λινοϛατούμενος, ὑπ᾽ ἔρωτος δηλαδὴ, capiebatur illaqueatus, ab amore ſcilicet. Hinc λινοϛασία, retium collocatio. comp. ex λίνον, linum, rete, & ἵϛημι, pono. Linum pro rete meton. mat. Ovid. *Lina madent comites.* Item: *Nodoſaque tollite lina.*

Pag. 43. lin. 17. αἰσθήσεως τοῖς Μηθυμναίοις γενομένης, quod cum ſenſiſſent Methymnæi. Hac phraſi utitur & Dion. Halicar. libr. 5. antiq. Rom. Ταχεῖα τοῖς τυῤῥηνοῖς αἴσθησις ἐγένετο, mox ſenſerunt Etruſci. Et libr. 9. ταχείας γενομένης τοῖς ῥωμαίοις αἰσθήσεως, maturè dolum ſenſerunt Romani.

Pag. 43. lin. 23. ἀλλ᾽ ἦν οὐδὲν ὄφελος.

Hæc

Hæc loquendi ratio oppidò familiaris Græcis eſt, cum ſignificatum volunt, id quod adhibetur, fruſtra adhiberi, nihilque prodeſſe. Plat. μηδὲν ὄφελος εἶναι, nihil juvare dixit. Lucian. ὧ ὄφελός ἐστιν οὐδὲν, quorum nullus eſt uſus: Quæ nihil juvant. Polyb. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι πρὸ ὀφθαλμῶν ἐλάμβανον τὴν αὐτῶν ἄγνοιαν, ὅτ' ἦν οὐδὲν ὄφελος, Tum demum Carthaginienſibus error ſuus ob oculos obverſari, cum nihil eos ſera pœnitentia juvabat. Pari modo ac venere dicunt: οὐδεὶς φθόνος, pro οὐδεὶς φθονεῖν δύναται: vel οὐδένα χρὴ φθονεῖν. Lucian. in dial. Jun. & Jov. εἰ δὲ παιδιᾷ καὶ τρυφῇ πρόσεστιν, οὐδεὶς φθόνος, ſi verò luſibus & deliciis inter hæc indulget, non eſt quod invideas.

Pag. 43. lin. 25. κατὰ ῥοῦν ἡ ναῦς ἐφέρετο. κατὰ ῥόον, inquit Euſtat, eſt ἐν ὕδατι κάτω ῥέοντι καὶ οὐ στατῷ, κατ' ἰσότητα ἐπιφανείας. Ita & Budæ. κατὰ ῥοῦν φέρεσθαι, vertit ſecundo navigare flumine. Unde metaphoricè τὰ πράγματα dicuntur κατὰ ῥοῦν φέρεσθαι, proſperè, & ex voto cedere.

Pag. 43. lin. ult. Εἷς δέ τις. Ita Marc. cap. 14. §. 47. εἷς δέ τις τῶν παρεστηκότων, unus autem quidam aſtantium. In hoc genere dicendi, inquit Beza, vel Τὶς redundat, vel cum addatur ſecundus caſus, trajectioni locus eſt: ac ſi ſcriptum eſſet: Τὶς δὲ εἷς τῶν παρεστηκότων; quidam vero qui erat unus ex circumſtantibus. Plut. in vita Pyrrhi, εἷς δέ τις ἀνὴρ ἐπιεικής. Cicero uti ſolet, cum incerta eſt perſona: Unus aliquis.

Pag. 44. lin. 1. περιῆγε τὰς χεῖρας, ſubaud. ὀπίσω, poſt tergum manus retorſit. περιάγειν, Heſych. κάμπτειν περιφέρειν. Videtur id ſemper quaſi ſolenne fuiſſe, ut captivis poſt tergum manus illigarentur. Plut. in Philopæm. ἐπεὶ δὲ κεφαλὴν ἐπάρας διέβλεψεν, ἀθρόοι περιπεσόντες ἀπέστρεφον αὐτῷ τὰς χεῖρας ὀπίσω, Tandem cum caput attolleret (Philopæmenes) atque oculos aperiret, conferti ſuperfuſi manibus poſt tergum illigatis, abduxerunt eum. Xiphilin. de Vitellio narrat libr. 9. καὶ τὼ χεῖρε εἰς τοὐπίσω δήσαντες, τῷ τε αὐχένι σχοινίον περιθέντες, κατήγαγον ἐκ παλατίου τὸν Καίσαρα, Vinctis à tergo manibus, ac laqueo in collo religato, Cæſarem è Palatio deducunt. Hom. Il. φ.

δῆσε δ' ὀπίσσω χεῖρας, *ligavit poſt tergum manus.* Ariſtoph. in Lyſiſtrat. ὀπίσω τὼ χεῖρε δεῖ, *liga à tergo manus.* Maro Æneid. 2. de Sinone capto.

Ecce manus juvenem interea poſt terga revinctum
Paſtores magno ad Regem clamore trahebant
Dardanidæ. Horat. libr. 3. od. 5.
—— *Vidi ego civium,*
Retorta tergo brachia libero.

Hinc Varro libr. 4. ling. latin. Victoriam vult eſſe dictam ab eo, quod ſuperati vinciantur.

Pag. 44. lin. 3. καὶ ἱκέτευε τοὺς ἀγροίκους, ſupplex implorabat agricolarum opem. Plut. in Solone. ἱκέτευσαν τὰς γυναῖκας, ſupplices implorârunt mulierum opem.

Pag. 44. lin. 6. σκιρροὶ, lege σκληροὶ: quippe σκιρρὸς vocabulum eſt medicum, quod ſignificat tumorem præter naturam durum doloriſque expertem, qui tres præcipuè corporis partes infeſtat, hepar, lienem, uterum, quod minimè huic loco quadrat. At σκληροὶ dicuntur hic agricolæ, hoc eſt, duri: Procul dubio reſpexit Autor ad illud Lucretii:

Et genus humanum multo fuit illud in arvis
Durius, ut decuit, tellus quod dura creaſſet.

Doctiſſimus Jungermanus contendit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

eſſe legendum σκιῤῥογέροντες, ut τυμβογέροντες, ἀμογέροντες.

Pag. 44. lin. 22. Διὰ δὲ τῶν κυνῶν ζήτησιν ἐποιούμεθα θηρίων, ope canum indagabamus feras. Innuit canes veſtigatores, qui Græcis dicuntur κύνες ἰχνευτικοὶ, etiam ῥινηλάται. Latinis odori, vel odori ſequi. Noſtratibus *Spoor-honden, Bracken, Bloethonden, Stowers.* Qui, ut ait Cicero, ad indagandum nati. Propriè tamen magiſtratus atque judices dicuntur ζήτησιν ποιεῖν, dum in rem aliquam inquirunt, quod vulgus informationem facere dicit. Plutar. θαυμάσαντες οὖν οἱ βουλευταὶ, πολλὴν ἐποιήσαντο τοῦ πράγματος ζήτησιν.

Pag. 44. lin. 28. Πόσων οἴει μεστὴν ἀγαθῶν; quam multis putas bonis plenam? Ad eandem formam Lucian. in Gallo. πολὺ ὦ πυθαγόρα, χρυσίον εἶδον, πολὺ, πῶς οἴει καλὸν? multam vim auri, Pythagora, vidi, multam, quam putas pulchri?

Pag. 44. lin. ult. Οἷος δὲ κόσμος κυνῶν, Xen. de venat: κυνῶν δὲ κόσμος δέραια, τελαμώνια, ἱμάντες. Canum ornatus, collaria, cinctus, lora.

Pag. 45. lin. 13 οὐ δὲ εἷς, ne unus quidem, idem quod οὐδεὶς. Plutar. in Mario: ὡς οὐδὲ εἷς. Lucian. de mercede conduct: ὡς τῦφος ἐν αὐτοῖς οὐδὲ εἷς. Non eſt qui bonum facit, ne unus quidem: οὐδὲ εἷς. Uſus hujus dictionis præcipuus eſt, cum quid factum eſſe, vel fieri poſſe diffitemur: quaſi dixeris minimè omnium, vel nullo modo. Apud Atticos frequenti eſt in uſu, tam in fine, quam initio periodi οὐδὲ εἷς, & μήτε εἷς, pro οὐδεὶς, & μηδεὶς. Quin inter utramque vocem inſeritur aliquando ἂν, quod ad ſequens verbum referatur. Demoſth. contra Leptin. ὑμῶν τοίνυν οὐδ᾽ ἂν εἷς οὐδὲν ὧ ἰδίᾳ τινὶ δοίη, ταῦτα ἀφέλοιτο πάλιν, nemo quidem veſtrum, vel ne unus quidem veſtrum, quicquam ulli unquam abſtulerit, quod ei ſemel dederit.

Pag. 45. lin. 24. ἡ κόμαρον. κόμαρος. Plin. comarus & comaron. Ita Plinius unedinem vocat libr. 15. cap. 24. arbor eſt, quæ & arbutus, & fructus ejuſdem, qui primo exortu viret deinde flaveſcit, maturus verò rubet, aſpero tactu, nullo intus oſciculo, fagorum modo, quorum etiam effigiem refert. Sapor ejus inſipidus, & auſterus, linguam & palatum ſtimulans, unde & unedonis nomen factum, quod uno comeſto, alter, vel tertius non expetatur, Mathiol. Fructus hic cibus caprarum eſt. Hinc frequens ejus apud poëtas mentio. Apud Virg. Geor. 3. verſ 300.

Poſt hinc digreſſus, jubeo frondentia capris.
Arbuta ſufficere, & fluvios præbere recentes.

Item in Eclog. 3.

Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hædis. Horat. libr. 1. od. 17.
Impunè tutum per nemus arbutos
Quærant latentes, & thyma deviæ.
Olentis uxores mariti.

Columell. libr. 7. cap. 6. enumerans caprarum cibos, ita inquit: Ea ſunt arbutus, atque alaternus, Cythiſuſque agreſtis. Pallad. Hædis arbuti, & lentiſci cacumina ſunt ſæpè præbenda, nec non hedera.

Pag. 45. lin. 24. ἡ θύμον. θύμος & θύμον, Thymus & Thymum frutex ſurculoſus & dodrantalis, foliis canis, exilibus, multis, immortalibus ex purpura candicantibus, ſuaviſſimi odoris, capitellis ſpecie complicatarum formicarum, radice lignoſa. Thymo mirè delectantur apes, uſque adeo, ut Plin. lib. 12. cap. 18. dicat, apiarios proventum mellis ſperare, longè floreſcente thymo.

Pag. 45. lin. ult. Νοῦν ἔχων. Mente prædi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

præditus, mentis compos, prudens, cordatus. Uſitata loquendi ratio diſertioribus. Demoſth. pro corona: οὔτε εἴπις πενίαν προπηλακίζει, νοῦν ἔχειν ἡγοῦμαι, non arbitror, ſi quis paupertatem probris inſectetur, mentis eſſe compotem. Plut. de cohibenda iracund. οὓς φασι νοῦν οὐκ ἔχειν, οἱ νοῦν ἔχοντες.

Pag. 46. lin. 15. ὡσεὶ ψᾶρες, haud ſecus ac ſturni. In nominat: dicitur ψὰρ, & ψάρος. Euſtat. παρὰ τὸ ψαίρειν, διακινοῦσι γὰρ τὰ παραπίπτοντα οἱ ψάρες ἐν τῷ διαχαράσσειν καὶ ζητεῖν τροφήν τινα καὶ ἐνθεν, Ab eo quod terram pedibus movent & radunt, & obvia quæque verrunt, dum alimentum ſibi quærunt. Friſii *Staarg*. Belgæ *Spreeuwe*. Alii à ψαίρω, accelero. Sine dubio videtur autor reſpexiſſe ad Homericum illud, quod habetur Iliad. ρ.

Τῶν δ' ὥστε ψαρῶν νέφος ἔρχεται, ἠὲ κολοιῶν,
Οὖλον κεκλήγοντες, ὅτε προΐδωσιν ἰόντα
Κίρκον, ὅστε σμικρῇσι φόνον φέρει ὀρνίθεσσι,

Horum autem ſicut ſturnorum agmen venit, vel graculorum,
Acutè vociferantes, quando vident accedentem
Accipitrem, qui parvis cædem affert avibus.

Gregatim hæ aves plerumque volant. Eſt enim, inquit Plinius, ſturnorum generi proprium, catervatim volare (quod apud nos autumni hora fieri conſuevit) & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Ita ut optimè huic loco quadret hæc ſimilitudo.

Pag. 46. lin. 26. ἀπονίπτει τε τὸ πρόσωπον. Vide quæ notata ſunt ſupra Vulnerati ac cæſi abluebanrur. Act. 16. §. 33. καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν, Atque ille eos eodem noctis veſtigio cepit, & à plagis abluit. vid. p. 17. a. ſupra.

Pag. 46. lin. 29. Ζυμήτου μέρος, ſubaud. ἄρτου. ἄρτος ζυμίτης, vel ζυμήτης panis fermentatus. Et apud Etymolog. ἄρτοι ζυμῆται, ſunt etiam οἱ μεγάλοι panes grandes. Athenæ. libr. 3. cap. 27. καὶ ῥωμαῖοι δὲ πάνατον ἄρτον καλοῦσι. Ναστὸς ἄρτος ζυμίτης καλεῖται μέγας, ἄρτον Romani panem vocant. Naſton panem fermentatum, & eum magnum.

Pag. 47. lin. 10. Ἱκετηρίας θέντες, peracta ſupplicatione. Plut. τιθέναι τῷ θεῷ ἱκετηρίαν. peragere Deo ſupplicationem. ἱκετηρία interdum generaliter ſumitur pro ſupplicatione, ſeu, ut veteres loquebantur, pro ſuppliciis. Unde Herodian. libr. 7. ἱκετηρίας θαλλοὺς, ſupplicationis ramos, hoc eſt, qui ſupplicationi adhiberi ſolent. Iſocrat. de pace: ἱκετηρίας πολλὰς, καὶ δεήσεις ποιούμενοι, multas ſupplicationes preceſque facientes; in quo ſignificatu hic ſumitur: niſi arbitremur θέντες pro τείνοντες hic fuiſſe ſcriptum, ſive προτείνοντες: Eſt enim ἱκετηρία, alias ramus oleæ lana oblvolutus, quam ſupplices geſtabant, & prætendebant. Ariſtoph. in Plut. ἱκετηρίαν ἔχοντα, vid. ad hæc Scholiaſt. Herod. ἱκετηρίαν λαβών. Liv. Oratores ad Romanos cum infulis & velamentis miſerunt. Quod Hiſtorici Græci dicunt. ἱκετηρίαν ἔπεμψαν, legatos ſupplices miſerunt. Xiphil. in Vitell. Zoſimus libr. 3. ἐπεὶ δὲ ἱκετηρίαν αὐτοὺς ἐλεεινῶς προτεινομένους, cum miſerabilem in modum ſupplices factos. Idem libr. 1. ἱκετηρίας ἀπὸ τοῦ τείχους προτεινομένους, cum de muro porrigebant ſupplices.

Pag. 47. lin. 19. Πολέμου νόμῳ, Jure belli. Vel more hoſtium: Νόμος enim pro utroque ſumitur. Herodian. libr. 2. dicit πολεμίῳ νόμῳ: κυκλώσασθαι αὐτοὺς πολεμίῳ νόμῳ, Circuirent univerſos more hoſtium.

Pag. 47. lin. 22. Πόλεμον ἀκήρυκτον, bel-

bellum per præconem, ſeu caduceatorem non indictum. Herodot. ἀκήρυκτον πόλεμον Ἀθηναίοισι Αἰγινῆται ἐπέφερον, Æginetæ bellum Athenienſibus non indictum, non denuntiatum intulerunt. Hic videtur ſumi pro bello acerrimo, & quod ſummis odiis geritur, ita ut caduceator minimè interveniat. Sic apud Cteſiphon. ἦν γὰρ ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος ἡμῖν ὁ πρὸς θεατὰς πόλεμος.

Pag. 47. lin. 24. Κακουργεῖν αὐτῶν τὴν παραλίαν, vaſtare, populari, maritimam illorum oram. Verbum hoc, præter receptam ſignificationem, notat hic vaſtare: & dicitur peculiariter de prædonibus, atque hoſtibus. Thucyd. libr. 2. Τοῦ μὴ λῃστὰς ἐκπλέοντας ἐξ ὀποῦντος, καὶ τῆς ἄλλης Λοκρίδος, κακουργεῖν τὴν Εὔβοιαν, ut damno afficerent, vaſtarentque Eubœam. Sic libr. 3. Τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν, loca propinqua civitati prædationibus, & incurſionibus infeſtare. Xiphilin. libr. 8. in Commod. καὶ πολλὰ κακουργούντων (τῶν Βρεττάννων) cum Britanni multa vaſtaſſent.

Pag. 47. lin. 27. στόλον, ante paulò dixit δέκα ναῦς. Rectè itaque hæc navium multitudo claſſis appellari poterit. Quippe ſi pauciores fuiſſent, nomen claſſis mereri non potuiſſet. Sex ſanè non conſtituunt. Florus libr. 1. cap. 2. Extant & parta de Antio ſpolia, quæ Mænius in ſuggeſtu fori, capta hoſtium claſſe ſuffixit. Si tamen illa claſſis, nam ſex fuere roſtratæ.

Eſt autem Claſſis, ſeu exercitus navalis, ut optimè definit clariſſ. Johannes Schefferus, libr. 2. de militia navali, juſta ordinataque navium expeditarum id eſt, armis, viris, nautis, ac remigibus probè inſtructarum multitudo, quæ fines hoſtium, non furtim latrocinantium more, ſed palam & apertè audet invadere. Græcis στόλος dicitur, ἀπὸ τοῦ στέλλειν hoc eſt, mittere. Hinc ſæpè ipſæmet copiæ, quæ στέλλονται hoc nomine veniunt. Aliquando στέλλειν idem eſt quod πλεῖν navigare, auctore Scholiaſt. Eurip. in Hecuba. A Latinis claſſis dici ab equitibus cæpit, cum primum ſtipendia in eam contribuerent: Propriè enim, inquit Servius, Claſſes equitum dicimus. Alii ἀπὸ τῶν κάλων, à lignis dictam volunt. Unde & unam aliquando navim claſſem veteres appellavere. Horat. libr. 3. od. 11.

Me vel extremos Numidarum in agros
Claſſe releget.

Scholiaſt. Apoll. ad verſ. 704. στόλον τὸ τῆς μιᾶς νηὸς πλῆθος εἶπε, multitudinem unius navis claſſem dixit.

Pag. 48. lin. 1. ἀντερέταις στρατιώταις. lege αὐτερέταις: quippe perperam apud Pollucem libr. 1. περὶ πλεόντων legitur ἀντερέτης, pro αὐτερέτης. Apud Thucyd. rectè αὐτερέτης: ut & apud Suidam: αὐτερέται, οἱ ἐλαύνοντες, καὶ μαχόμενοι. Οἱ αὐτοὶ καὶ ἐρέται, καὶ ὁπλῖται, qui remigant, & pugnant, data occaſione. Qui ſunt iidem & remiges, & milites. Euſtat: οἱ αὐτερέται δὲ ἄλλο τι δηλοῦσιν. ὅτι δηλαδὴ οἱ αὐτοὶ, ἐρέται εἰσὶ, καὶ ὁπλῖται.

Pag. 48. lin. 11. Τὰ ἐν ποσὶν, quæ ſunt inter pedes propriè, vel ante pedes. Hom. dixit προπάροιθε ποδῶν: Pindar. παρὰ ποδός. Hoc loco τὰ ἐν ποσὶν: quæ ante pedes erant, hoc eſt, obvia quæque: quæcunque occurrebant. Thucyd. τὴν ἐν ποσὶν ἀεὶ αἱρεῖν κώμην, obvium ſemper quemque vicum capere.

Pag. 48. lin. 19. ὀξύνη, vel ὀξύα & ὀξύη Jon. arbor apud Theophraſtum abieti non multum abſimilis, cui folium eſt ἐξακανθίζον ἐξ ἄκρου καὶ εἰς ὀξὺ συνηγμένον, unde & denominata eſt. Gaza vertit Sciſſima. Alii fagum eſſe dicunt.

Pag.

Pag. 48. lin. 20. φεύγει, lege καταφεύγει

Pag. 48. lin. 25. καταικερτομήσαντες, maledictis inceſſentes, vel deridentes. Odyſſ. N.

—— σὲ δὲ κερτομέουσαν ὀίω,

Te autem illudentem puto:

Propriè verbis cor ſcindo. Unde κέρτομος λόγος, ὁ κέαρ τέμνων, inquit Euſtat. θυμοδάκης.

Pag. 49. lin. 3. περαιτέρω: codex meus habebat παραιτέρω.

Pag. 49. lin. 7. εἰρεσίᾳ ταλαιπωροῦντες, remigatione perfungentes, Thucyd. lib. 1. οὐ δὲ βουλομένοις ταλαιπωρεῖν, cum laboribus illis perfuugi nollent. Aliquando ταλαιπωρεῖν, eſt vexari. Greg. ὑπαιθρίοις κρυμοῖς, καὶ ὄμβροις ταλαιπωρεῖν, ſubdialibus frigoribus, imbribuſque vexari.

Pag. 49. lin. 16. κωκύων, plorans. Codex habebat κοκκύων. Hom. Il. τ.

Ἀμφ' αὐτῷ χυμένη, λίγ' ἐκώκυε,

Circa ipſum (Patroclum) fuſa ſtridulè lamentabatur, Briſeis. Il. χ.

Κώκυσεν δὲ μάλα μέγα κατεμέμφετο.

Pag. 49. lin. 21. Ἐφ' ἃς ἑλκομένη καταπέφυγεν, verti ad quas illa ſe vertens, confugerat, ut ſubaudiatur, ἑαυτήν. Uſus enim Hom. activa ſignificatione eſt Il. λ.

Αὐτίκα τόξον ἕλκετ' ἐπ' Εὐρυπύλῳ.

Statim tendebat & vertebat arcum adverſus Eurypylum.

At ſi paſſ. ſign. capias, expones τὸ ἑλκομένη, quum traheretur. Quod nequaquam improbo. Advertendum eſt hoc verbum de iis dici, qui ad templa & ad aras confugiunt. Pauſan. libr. 5. Αἴας ἕλκων Κασσάνδραν ἀπὸ τοῦ ἀγάλματος τῆς Ἀθηνᾶς, & libr. 10. αὐτὴν (Κασσάνδραν) ὁ Αἴας ἀφεῖλκε. Virg. Æneid. 2.

Ecce trahebatur paſſis Priameia Virgo, Crinibus à templo.

In verbo quippe ineſt contumelia, trahi enim noxiorum eſt.

Pag. 49. lin. 27. ἡ σπένδουσα τοῦ πρώτου γάλακτος. Crebrò lactis mentio in uſu ſacrorum. Theocrit εἰδ. 5.

στάσω δὲ κρητῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος,

Ταῖς Νύμφαις,

Statuam craterem magnum albi lactis Nymphis.

Plut. in Rom. ἐπισπένδουσι γάλα τοῖς ἱεροῖς. Firmat hoc Maro, cujuſvis antiquitatis tenaciſſimus, Eclog. 5.

Pocula bina novo ſpumantia lacte quotannis &c.

Quale lac Græci Νεόβδαλτον, & Νεαλεῖς γάλα vocant. In ſacrificio Mithridatis facto Jovi militari, etiam lac adhibitum fuiſſe refert Appianus.

Pag. 50. lin. 10. Πόλεμον leg. πολέμιον.

Pag. 50. lin. 20. Μεγάλαι γυναῖκες. Homerus ait Vlyſſem apparuiſſe μείζονα, majorem. Dabant quippe veteres ſuis diis corpus majus corporibus mortalium.

Pag. 50. lin. 21. ἡμίγυμνοι καὶ ἀνυπόδετοι, &c. Talis habitus tribuitur etiam Europæ comitibus ab Achille Tatio libr. 1. κόμαι κατὰ τῶν ὤμων λελυμέναι. Τὸ σκέλος ἅπαν γεγυμνωμέναι. Τὸ μὲν ἄνω, τοῦ χιτῶνος, τὸ δὲ κάτω, τοῦ πεδίλου, Crines per humeros diffuſi, crus totum illis nudum, ſupernè quidem tunica, infima verò parte calceo.

Pag. 51. lin. 13. Συνήθης γὰρ στρατοπέδοις μᾶλλον ἡμῖν, qnam nos magis aſſuevit enim caſtris. Pan ipſemet apud Lucianum bellatorem ſe prædicat in bis accuſat. Τὰ δὲ ἄλλα αἰπόλος, καὶ χορευτὴς, καὶ πολεμικὸς ἢν δέῃ, cæterum etiam paſtor, ſaltator, & ſi ſit opus bellator. Suam etiam in bello jactat fortitudinem apnd Luc. in dial. Merc. & Panis. πρώην δὲ καὶ Ἀθηναίοις συμμαχή-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

σαις, οὕτως ἠρίςευσα ἐν Μαραθῶνι, ὥςε καὶ ἀριςεῖον ἠρέθη μοι, τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλαιον, Nuper quoque Athenienſibus opem ferens, ita ſtrenuè in Marathone me geſſi, ut fortitudinis præmium tulerim, antrum illud ſcilicet, quod eſt ſub arce. Fuit etiam Pan Bacchi ſocius in expeditione Indica.

Pag. 41. lin. 25. Νομοθέσετε. Codex habebat, Νεμήσεσθε.

Pag. 51. lin. 30. καὶ ὑφ' ἡδονῆς. In codice erat: καὶ κοινῇ ἡδονῆς.

Pag. 52. lin. 6. τραγοσκελὲς, κερασφόρον. Ejuſmodi deſcriptio Panis extat apud Lucian. ἐν τῇ ἐκκλ. τῶν θεῶν: ὧν ὁ μὲν κέρατα ἔχων, καὶ ὅσον ἐξ ἡμισείας ἐς τὸ κάτω αἰγὶ ἐοικὼς, καὶ γένειον βαθὺ καθειμένος, ὀλίγον τράγου διαφέρων ἐςὶν, Quorum hic quidem cornutus, dimidiati corporis, inferiore parte capram referens, barbaque promiſſa, parum ab hirco differt. Et in dial. Pan. & Mer. εἰδὲ κερασφόρος, καὶ τραγοσκελὴς, μὴ λυπείτω σε, quod ſi cornutus es, ſunt verba matris ad Pana, ac pedibus hircinis, ne id ægrè tibi ſit.

Pag 52. lin. 8. Τῇ δὲ τράγον πηδῶντα κατέχε, malo κατέχεν.

Nullus dubito, quin noſter alludat ad ritum Athenienſium, qui Pani hircum coleatum ſacrificare ſolent. Lucian. in bis accuſat. Ubi Pan ipſe loquens inducitur: ὅμως δὲ δὶς, ἢ τρὶς τοῦ ἔτους ἀνιόντες, ἐπιλεξάμενοι τράγον ἔνορχιν, θύουσί μοι, Sed tamen bis terve quotannis aſcendentes, ſegregato ad hoc hirco aliquo coleato, mihi ſacrificant.

Pag. 52. lin. 8. Τῇ μὲν σύριγγα. Altera manu tenens fiſtulam. Rectè: Pan enim Muſicus inter Paſtores perhibetur. Lucian. in citato ſupra dial. Panis & Mer. καὶ μὴν οὐ καταισχύνω σε, ὦ πάτερ, μουσικός τε γάρ εἰμι, καὶ συρίζω πάνυ καπυρόν. Atqui, pater, non futurus ſum tibi dedecori: Muſicus enim ſum, & fiſtula prorſus ſtridulum cano. Hinc συρίκτης, id eſt, fiſtulator nuncupatus, ut Phurnutus habet.

Pag. 52. lin. 16. καὶ τὸ ἀμφὶ τὸν λαμῶνα πένθους ἀπαλλάξας leges καὶ τοὺς ἀμφὶ &c. τοὺς ἀμφὶ λαμῶνα, idem eſt, quod λαμῶνα. Ita Hom. Il. γ.

Οἱ δὲ ἀμφὶ πρίαμον καὶ πάνθοον,

Pro Priamus & Panthous.

Lucian. Οἱ μέν τι ἀμφὶ Ἀρίστιππόντε, καὶ Ἐπίκουρον τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἐφέροντο, Ariſtippus & Epicurus primas apud ipſos tenebant. Tenendum tamen in nonnullis, ut rectè monet Stephanus, locis ambiguum eſſe, utro modo intelligendus ſit hic ſermo: Hinc nonnulli verba Thucydidis, οἱ ἀμφὶ τὸν ὀρφέα, Orpheus & ejus ſectatores. Alii tamen ſimpliciter Orpheus verterunt.

Pag. 52. lin. 17. εὐφροσύνης. lege καὶ εὐφροσύνης.

Pag. 52. lin. 21. τὰς Νύμφας ὄναρ ἰδεῖν, In ſomnis videre Nymphas. Videtur ſubaudiri præpoſitio κατά. Matth. 2. de magis: Χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς ἡρώδην, in ſomno divinitus admoniti, ne reverterentur ad Herodem: Attamen à probatis autoribus crebro id dicendi genus enunciatur ſine præpoſitione, ut videre eſt hoc loco, & apud Plutarch. in Pericl. ἡ θεὸς ὄναρ φανεῖσα, Dea per quietem ſe offerens: Et Lucian. ἔδοξεν ὄναρ ἐπιςάντα οἱ τὸν Ἀλέξανδρον. Item de mercede conduct: οὐδ' ὄναρ λευκοῦ ἄρτου ἐμφορηθεὶς, Qui ne per ſomnum quidem unquam fuerit albo pane ſaturatus.

Pag. 53. lin. 6. Ναῦς ἐπ' ἀγκυρῶν διορμίσας, navibus anchoris ſtabilitis. Ad eundem modum Thucyd. ὁρμίζοντες ἐπ' ἀγκυρῶν, anchoris ſtabilientes.

Pag. 53. lin. 6. Μετεώρους μετέωροι ναῦς, ſunt, inquit Budæ. naves, quæ in alto navigant. Sic Thucyd. lib. 1. καθορῶσι τὰς τῶν κερκυραίων ναῦς μετεώρους

καὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

καὶ ἐπὶ σφᾶς πλεούσας. Hinc Suidas: μετεώρους ναῦς, παρὰ Θουκυδίδῃ, ἀντὶ τοῦ πελαγίους, καὶ μὴ ἐπ᾽ ἀγκυρῶν ἱσταμένας, ἀλλ᾽ ἀπεχούσας τῆς γῆς. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀπεχόντων τῆς γῆς, καὶ ἐν ὄρει ὄντων. ἢ περὶ τοῦ ἀφεῖναι τὴν γῆν, καὶ περὶ τὸν ἀέρα λοιπὸν εἶναι, hoc eſt, Μετεώρους νῆας apud Thucydidem legimus libr. 1. pro navibus, in pelago verſantibus, & fluctuantibus, & quæ non ſtant in anchoris, id eſt quæ nullis anchoris firmantur: ſed à terra ſunt remotæ. Per tanſlationem, ductam ab illis, qui remoti ſunt à terra, & qui ſunt in montibus, vel quod terram reliquerint, & in aere poſtea verſentur. Sed illa explicatio nequaquam huic loco convenit: Quippe Naves, quæ hic dicuntur μετέωροι, ſtabant ad anchoras, & quidem in ſtatione. Itaque tenendum eſt, falli in eo Suidam, cum non tantum naves μετέωροι dicantur, quæ altum tenent, verum etiam ad anchoras collocatæ naves. Thucyd. libr. 4. καὶ τῶν νεῶν οὐκ ἐχουσῶν ὅρμον, αἱ μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ᾑροῦντο κατὰ μέρος, αἱ δὲ μετέωροι ὥρμουν, Hic Scholiaſt in μετέωροι annotat ἦγουν ἐπ᾽ ἀγκυρῶν. Hoc eſt, Quædam navium quæ ſtationem non habebant, per vices commeatum in terra ſumebant, quædam ad anchoras ſtabant.

Pag. 53. lin. 12. ἔπινον, ἔπαιζον. Epizeuxis, quando nempe ſonus idem continuò iteratur in eadem ſententia.

Pag. 53. lin. 24. Vide νυκτομαχίαν apud Maronem. libr. 2. Æneid.

Vadimus immiſti Danais haud numine noſtro
Multaque per cæcam congreſſi prælia noctem
Conſerimus. Et poſtea,
Hic, primū ex alto delubri culmine telis
Noſtrorum obruimur: oriturque miſerrima cædes
Armorum facie, & Grajarum errore jubarum.

Pag. 53. lin. 11. Ἐπινίκιον ἑορτὴν ἐμιμοῦντο. Id vocavit Lucianus in Navig. εὐωχεῖσθαι τὰ ἐπινίκια, victoriæ convivium celebrare. Et Demoſth. ἐπινίκια ἑστιᾶν, epulum dare ob partam victoriam.

Pag. 54. lin. 3. Πίτυος ἐστεφανωμένη, ſcil. στεφάνῳ. Plat. in ſym. ἐστεφανωμένον κιττοῦ στεφάνῳ.

Pag. 54. lin. 14. σύριγγος ἦχος ἀλλὰ οὐκ ἔτερπεν ὡς σύριγξ, &c. Sine dubio noſter poëtarum alludit fabulam, qui narrant, Pana concham illam tortilem, ac turbinatam, quæ Græcis κόχλος nominatur, primum reperiſſe, eaque perſonantem quondam Titanas, contra quos bellabat, in fugam egiſſe.

Pag. 54. lin. 23. ὅτι ἐκ πανὸς τὰ φαντάσματα. Innuit Parœmiam, πανικὸς φόβος, panicus terror, ſive caſus. Veteres repentinos terrores ſine cauſa obortos, animique inanes conſternationes Pani tribuebant. Non rarenter uſu venit in exercitibus, ut nulla idonea comparente cauſa, viri pariter, atque equi perturbati fuerint: cujus rei meminit Herodot. libr. 7. cum narrat πανικὸν φόβον exercitum Xerxis invaſiſſe. Pauſan. in Phociacis: ἐν δὲ τῇ νυκτὶ φόβος σφίσιν ἐμπίπτει πανικός: Τὰ γὰρ ἀπὸ αἰτίας οὐδεμίας δείματα ἐκ τούτου φασὶ γίνεσθαι, cæterum noctu irruit in eos pavor panicus, ſiquidem terrores nulla de cauſa exortos, ajunt ab hoc immitti. Hac de re copioſius diſſerit Angelus Politianus in miſcellan. annotatione 28. Hoc adagium ſubinde refertur à Cicerone. Pindarus Nem. od. 9. ſcribit, non oportere fortibus viris vitio verti, ſi fugiant iu ejuſcemodi tumultu, addita ratione:

Ἐν γὰρ δαιμονίοισι φόβοις
Φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν,
In terroribus enim divinitus immiſſis,
Fugiunt etiam Deorum filii.

Cujus

Cujus adagii originem narrat Poliæn. libr. 1. ſtratagem. Ipſaque autoris verba, quia rarus eſt, aſſcribere in lectoris gratiam, non gravabor. Διονύσου στρατηγὸς ἦν ὁ πάν. οὗτος πρῶτος τάξιν εὗρεν, ὠνόμασε φάλαγγα, κέρας ἔταξε δεξιὸν, καὶ λαιόν. Ταύτῃ τοι ἄρα κερασφόρον τὸν πᾶνα δημιουργοῦσι: ἀλλὰ δὴ καὶ πρῶτος οὗτος πολεμίοις φόβον ἐνέβαλε σοφίᾳ καὶ τέχνῃ. ἦν γὰρ Διόνυσος ἐν κοίλῃ νάπῃ· ἤγγειλαν οἱ σκοποὶ μυρίαν χεῖρα πολεμίων ἐπέκεινα στρατοπεδεύειν: ἔδεισεν ὁ Διόνυσος· οὐ μὴν ὅγε πάν· ἀλλὰ ἐσήμαινε νύκτωρ διονυσιακῇ στρατιᾷ ἀλαλάξαι μέγιστον. οἱ μὲν ἠλάλαξαν. ἀντήχησαν δὲ αἱ πέτραι, καὶ τὸ κοῖλον τῆς νάπης ἦχον πολλῷ μείζονος δυνάμεως τοῖς πολεμίοις ἐνεποίησεν. οἱ μὲν δὴ φόβῳ πληγέντες ἔφυγον· ὅθεν δὲ πανὸς τὸ στρατήγημα τιμῶντες, τὴν ἠχὼ τῷ πανὶ φίλην ᾄδομεν, καὶ τοὺς κενοὺς, καὶ νυκτερινοὺς τῶν στρατευμάτων φόβους πανὶ, lege, πάνικα, κληίζομεν, id eſt, Bacchi Dux fuit Pan, is primum invexit aciem, phalangem nominavit, cornu inſtituit dextrum, & ſiniſtrum. Hac de cauſa ferentem cornua, Pana fingunt. Sed primus etiam hic terrorem hoſtibus per ſolertiam, & artem immiſit. Cum Baccho in concavo ſaltu nunciaſſent ſpeculatores, infinitas hoſtium copias in ulteriore parte caſtra metari, metus Bacchum inceſſit, non item vero Pana: ſed noctu bacchico exercitui ſignum dedit, ut maximum & inconditum clamorem tolleret. His verò clamantibus, petræ locum exceptum referebant, & cavitas ſaltus longè majorum copiarum fremitum hoſtibus reddebat. Quare metu perterriti, ſe in fugam conjiciebant. Hoc Panis igitur ſtratagema, in pretio habentes, Echo Pani gratam & amicam eſſe fingigimus: atque inanes, nocturnoſque terrores panicos appellamus. Et quidem de panicis varii varia referunt: Attamen hæc Polyæni, & Autoritate Theonis in Aratum, confirmantur.

Pag. 54. lin. 25. Μλωίοντος. lege μλωύοντος.

Pag. 55. lin. 8. ἀπεσπάσατε δὲ βωμῶν, traxiſtis ab aris. Hoc verbo uſus eſt Demoſthenes 1. olyn. & advertit Ulpianus ſumi ab his, qui ad aras confugiunt, & inde abſtrahuntur.

Pag. 55. lin. 16. ἀλλὰ ὑμᾶς βορὰν ἰχθύων θήσω.

Cum Achilles Lycaonem Priami filium obtruncaſſet, atque in profluentem conjeciſſet, hancce execrationem addidit:

Ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν, οἵ σ' ὠτειλῆς
Αἷμ' ἀπολιχμήσονται ἀκηδέες,
Iſtic nunc iace cum piſcibus, qui vulneris
Sanguinem lambent ſecuri.

Quin Pan hic interminatur aquis illos ſuffocaturum ſe, ut reſtituant ablata; Hoc mortis genus maximè miſerabile antiquis viſum fuit: Quippe anima, quæ igneæ eſt naturæ, contrario elemento perire credebatur: proinde opinabantur mortem in aquis exitiabilem eſſe animæ. Syneſ. ait epiſt. 4. proprerea ab Homero minorem Ajacem apud inferos nunquam introduci, ὡς τῆς ψυχῆς οὐκ οὔσης ἐν ᾅδου, ut cujus anima non ſit in inferno, quod aquis omnino perierit. Hinc Heraclitus dixit: ψυχῇσι θάνατος ὕδωρ γίνεται Animis aqua mors eſt. Ariſtot. 3. Ethicor. de viris fortibus loquens, qui moriuntur in mari, ait: καὶ τὸν θάνατον τὸν τοιοῦτον δυσχεραίνουσι, ferunt moleſtè tale genus mortis. Syneſius refert, milites quoſdam ſtatuiſſe ſibi necem ſua manu conſciſcere, ne naufragio perirent: quia mors aquarum exitiabilis habebatur animæ.

Pag. 55. lin. 17. Τὴν ταχίστην. Eleganter Græcis τὴν ταχίστην, pro adverbio

bio τάχιϛα uſurpatur: Latinè, quam citiſſimè, quanta poteſt fieri maxima celeritate. Demoſth. ἀπιέναι τὰς πρέσβεις τὴν ταχίϛην, primo quoque tempore legati proficiſcerentur. Herodian. libr. 3. ἀγγεῖλαι τῷ Παυλίνῳ ἥκειν τὴν ταχίϛην, nunciaſſe Paulino, ut acceleret, & adſit quani primum; cujuſmodi locutio paſſim occurrit apud Herodot. quæ videtur plena eſſe, quando dicitur, κατὰ τὴν ταχίϛην ὁδόν.

Pag. 55. lin. 25. Βρύαξις, nomen Ducis Methymnæornm, forſan à βρυάζω, floreo, veneror, etiam bacchor. Eſtque nomen inſignis. ſtatuarii, qui cum Leochare, & Timotheo, Mauſoleum in Caria ex marmore excidit.

Pag. 56. lin. 4. ἐπὶ αὐτῆς ναυαρχίδος. Ναυαρχίδα, ſive ϛρατηγίδα Græci vocarunt, quam Latini prætoriam vocabant, eaque majoris apud Romanos erat formæ. Lucan. libr. 3. verſ. 535.

Celſior aſt cunctis Bruti prætoria puppis
Verberibus ſenis agitur, molemque profundo
Invehit.

Prætoriæ navis inde nomen eſt, quia Prætor, hoc eſt ſummus claſſis præfectus ea utebatur. Sic apud Tacitum Hiſt. V.

Germanos videas prætoriam abripere (iccirco) quia illic ducem eſſe credebant. Atque Ναυαρχὶς dicitur, quod ea ὁ ἄρχων, hoc eſt, dux ſummus veheretur. Vel ϛρατηγὶς, quod ea haberet τὸν ϛρατηγὸν, hoc eſt, Imperatorem, vel belli ducem navalis: neque maxima tantum, ſed optima firmiſſimaque ad hoc munus eligebatur. Sane apud Græcos hoc notabile eſt, ut notat clariſſ. Schefferus, quod Imperator ſibi ipſi navim eligeret, quam præſtantiſſimam in omni claſſe putaret, ſicut ex Demoſthenis non uno loco obſervare licet.

Pag. 56. lin. 25. τὸν Πᾶνα ἀνευφημούντων, cum alacri vociferatione proſequerentur, ſive Pana exciperent. Herodian. Τοιαῦτά τινα εἰπόντα τὸν Ἀλέξανδρον πᾶς ὁ ϛρατὸς ἀνευφήμησε, Talia quædam locutum Alexandrum, alacri vociferatione milites exceperunt.

Pag. 57. lin. 1. καὶ τῆς Ναυαρχίδος ἡγεῖτο δελφὶν, Et ducem ſeſe præbuit prætoriæ navis Delphin. Suſpicor Longum innuere velle hiſtoriam, quam graviſſimus autor Plutar. libro de ſolertia animalium narrat. Dictynnæ Dianæ, & Delphinii Apollinis aræ, templaque per Græciam multa paſſim ſunt. Et locum, quem ipſe ſibi Deus peculiarem elegit, eum Cretenſium poſteri Delphino duce tenuerunt. Non enim Deus, ut fabularum ſcriptores tradunt, ſed delphino miſſo, qui curſum hominum dirigeret, eos Cirrham deduxit. Ferunt etiam Sinopen miſſos à Ptolomæo Sotere ad Sarapidam avehendum & Bacchum, violento vento ejectos ſupra Maleam navigaſſe, invitos, ita ut Peloponneſum ad dextram haberent. Heic iis vagantibus & oberrantibus Delphinum ante proram apparuiſſe, qui quaſi invitans in commodas ſubinde ſtationes deduxerit, tantiſper, dum navigium ad Cirrham conſtitueret.

Pag. 57. lin. 2. πηδῶν ἐξ ἁλὸς, Recte: Apparent frequenter delphini, luduntque, atque per mare laſciviunt. Bellonius ait, ſe non aſſentiri, qui delphinos ſalientes tempeſtatem præſagire ſcripſerunt, quod pluries, & diverſis in locis per mare obſervaret, eos non minus ſequi ventum, quam contra ire, nec minus turbato mari, quam tranquillo placidoque apparere: ſubinde enim per æquoris ſumma ſe oſtendere reſpirationis cauſa, qua ut ſemper, ita & ante, & poſt tempeſtates indigent.

Pag. 57. lin. 27. συρίσματα, vel συρί-

γματα: Hæc vocabula ætas poſterior uſurpavit pro συριγμὸς, vel συρισμὸς, ſibilus, ſonitus: & hic pro fiſtulæ cantu, aut ſono, qui fiſtula editur; eſt à verbo συρίζω, vel συρίσσω, quod inter alia ſignificat, fiſtulo, fiſtula cano. Ariſtot. de cervis: καταχηλεῖνται ὑπὸ τῆς ἡδονῆς συριττόντων, καὶ ᾀδόντων. Quod Plin. mulceantur fiſtula paſtorali, & cantu.

Pag. 58. lin. 11. Κιττῷ στεφανώσας; hedera cum coronaſſet. Mos ſolennis veterum in ſacrorum cultu ad magnificentiam oſtentandam victimas coronare. Act. 14. §. 13. ταύρους καὶ στέμματα, ἐπὶ τοὺς πυλῶνας, id eſt, Tauros coronatos, ſive vittatos. Minne. in Octav. Victimæ ad ſupplicium ſaginantur, hoſtiæ ad pœnam coronantur. Plutar. in parall. de Medullina Arantii filia; Μεθύσασα τὸν πατέρα, καὶ στεφανώσασα, ἤγαγεν ἐπὶ τὸν βωμὸν &c. καὶ δακρύσασα ἀνεῖλε, cum patrem inebriaſſet, atque coronaſſet, ad aram adduxit, atque illachrymans interfecit: Idem de defect. oraculorum; οὐδέγε προθυόμενοι καὶ καταστέφοντες ἱερεῖα, καὶ καταςπένδοντες ἐναντία τῷ λόγῳ τούτῳ πράττομεν, Neque verò ante ſacrificando, neque infulis vittiſque victimas coronando, contra rationem iſtam facimus. Diod. Sicul. ὥσπερ τὸν ταῦρον ἐστεμμένον σφαγιάσασθαι. Euripid. in Aulid. ait Iphigeniam coronandam ad ſacrum, ὥστε μόσχον.

Pag. 58. lin. 13. καὶ γάλα τῶν κεράτων καταπείσας. Videtur forſan Paſtor hic juvenis, etiamnum imperitus ritus ſacrorum, pro vino, molaque ſalſa, lacte aſperſiſſe cornua. Imo is ritus antiquus. Plut. Romul. ἐπισπένδουσι γάλα τοῖς ἱεροῖς, lac infundunt victimis conſecratis. Eſt vero Græcis σπένδω τῇ σπονδῇ perfundo; ut, quum hoſtiæ mactandæ vinum infunditur. Atque quando mola ſalſa hoſtia aſpergebatur initio ſacrificii, latinis immolari, mactari hoſtia dicebatur.

Pag. 58. lin. 22. ἀποσωρεύσας. lege ὑποστρέψας.

Pag. 59. lin. 4. ἐπισπείσαντες οἶνον, Eadem uſus eſt ſyntaxi Herodian. libr. 5. καὶ οἶνον σπένδουσι. Plutarch. tamen accuſativo. ἐπισπείσαντες αἷμα. & ἐπισπείσαντες οἶνον, vino libato, ſeu è patera victimæ ſuperinfuſo.

Pag. 59. lin. 5. Ἔθυσαν, ἐκρέμασαν &c. Epizeuxis.

Pag. 59. lin. 10. δέρμα κέρασιν αὐτοῖς ἐνέπηξαν,

Ferarum cornua, & pelles ad arbores Diis ſuſpendebant venatores. Apul. initio Florid. aut ara floribus redimita, aut ſpelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata.

Pag. 59. lin. 12. ποιμενικῷ θεῷ, Hinc ἄγριος θεὸς, hoc eſt, agreſtis Deus nuncupatur. Hinc ἐπίσκοπος, ſpeculator, videlicet pecudum & armentorum. Hinc in Bucolicis Ruſticus dicitur Deus.

Pag. 59. lin. 13. ἀπήρξαντο τῶν κρεῶν. ἀπέσπασαν κρατῆρος. Plut. in ſympoſ. ſeptem ſapient. τί δὲ θύσομεν, ἢ σπείσομεν, τίνος δὲ ἀπαρξόμεθα; quid ſacrificabimus, quid libabimus, quas offeremus primitias? Priſci Romani, teſte Plinio, non guſtabant vina, aut novas fruges, priuſquam ſacerdotes primitias libaſſent.

Pag. 59. lin. 22. Τίτυρος, filii paſtoris nomen. Eſtque à verbo τιτύσκομαι, id eſt obſervo. Virg. hoc videtur expreſſiſſe, quando ait Ecl. 5.

Paſcentes ſervabit Tityrus hædos.
Et alibi:
Tityre, dum redeo, brevis eſt via, paſce capellas.

Alii dicunt τίτυρον appellatum fuiſſe, nomine muſici inſtrumenti ita dicti, qua de re Athenæus libr. 4. ὁ δὲ καλάμινος

μινος αὐτὸς τιτύρος καλεῖται παρὰ τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ Δωριεῦσιν, Tibiam è calamis factam Tityrinum vocant Dores Italici. Nonnulli dictum volunt à ſaltationibus, quæ propriæ hujus generis hominum. Ælian. libr. 3. var. hiſtor. cap. 40. ὅτι οἱ συγχορευταὶ Διονύσου σάτυροι ἦσαν, οἱ ὑπὸ ἐνίων τίτυροι ὀνομαζόμενοι, ἔχον δὲ τὸ ὄνομα ἐκ τῶν τερετισμάτων, οἷς χαίρουσι σάτυροι, Comites Bacchi fuerunt Satyri, quos nonnulli Tityros appellant. Habuerunt hoc nomen à teteriſmatis, hoc eſt, laſcivis & procacibus ſaltationibus, quibus gaudent Satyri. Quidam dicunt, hircum Afrorum lingua vocari Tityrum; ac perinde eandem eponymiam manſiſſe hircorum cuſtodi. Servius notat, hircum majorem Laconibus dictum fuiſſe Tityrum.

Pag. 59. lin. 29 κατακλίναντες πλησίον αὐτῶν. Verba ſunt ambigua, Nimirum cum Daphnis atque Chloë ſeſe prope illos, videlicet compotores reclinaſſent. Vel cum Philetam apud illos diſcumbere feciſſent.

Pag. 59. lin. ult. πότον ἐποιοῦντο, compotationem inſtituebant. Legitur apud Athenæ. libr. 4. ὅταν δὲ βασιλεὺς πότον ποιῆται, cum Rex compotationem inſtitueret, ſive adornaret. Ad hæc Caſaubon. Aliud eſt πότος, compotatio, cujus finis voluptas: aliud uſus vini ordinarius, videlicet. ἡ καθημερινὴ χρῆσις, cujus finis utilitas, & valetudinis bonæ conſervatio. Etſi ne hic quidem voluptate caret. Falluntur tamen neque autoris mentem capiunt, qui hæc confundunt.

Pag. 60. lin. 1. καὶ οἷον δὲ γέροντες ὑποβεβρεγμένοι πρὸς ἀλλήλους &c. Ac ut ſenes leviter rore uvæ aſperſi. Pindar. Nem. od. 9.

θαρσαλέα δὲ παρὰ
κρητῆρα φωνὰ γίνεται,
Audax autem apud craterem eſt vox.

Rectè & decorè ſenibus ἀδολεσχίαν hic tribuit: quippe, ut Ariſtotel. 2. Rhet. inquit: ἀναμιμνησκόμενοι ἥδονται, ante actorum reminiſci cum delectantur, libenter ſua narrant facinora. Solent nonnulli etiam res jam diu à ſe geſtas glorioſè referre. Plutarch. de laude ſui: ᾧ μάλιστα περιπίπτουσι οἱ γέροντες, ὅταν εἰς τὸ νουθετεῖν ἑτέρους καὶ κακίζειν ἤθη φαῦλα καὶ πράξεις ἡμαρτημένας προαχθῶσι, μεγαλύνοντες αὑτοὺς ὡς περὶ ταῦτα θαυμασίους δή τινας γενομένους hoc in vitii cum primis incidunt ſenes, ubi ad caſtigandum alios, & culpandum malos mores ac male facta converſi, eò progrediuntur, ut ſe ipſos laudibus evehant, qui mirabilem in tali re virtutem oſtenderint ſuam. Idcirco ab Hom. Neſtor introducitur ſuarum virtutum ipſe buccinator. Iliad. γ. Ubi poëta dicit, ſenes eſſe τεττίγεσσιν ἐοικότας, cicadis ſimiles, quod, teſte Plutar. eſt ζῶον λαλίστατον, animal loquaciſſimum. Unde Horat. dicitur: *Laudator temporis acti.*

Pag. 60. lin. 1. ὑποβεβρεγμένοι. ὑποβεβρεγμένος, propriè, qui leviter vino imbutus eſt. Aliquantum appotus; ferme idem quod βεβρεγμένος, quod Heſych. exponit ὑπομεθύων, quaſi dicas ſubebrius.

Ἐγὼ βεβρεγμένος ἥκω καὶ κεκωθωνισμένος,
Πέπωκας οὗτος, πέπωκα ἐγὼ μὰ,
Δία τὸν μενδαῖον,
Appotus venio, ac temulentus,
Potavit hic: bibi ego per Iovem
Mendæum.

Lucian. in Gallo.

Ἄχρι μοι βαθείας ἤδη ἑσπέρας ἧκες ὑποβεβρεγμένος, Donec profunda tandem veſpera ſubuvidus revertiſti. Latini uvidum appellant. Horat. ode 5. 4.

Longas ô utinam dux bone ferias
Præſtes Heſperiæ: dicimus integro
Sicci mane die, dicimus uvidi,
Cum ſol oceano ſubeſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Eſt verò βρέχειν madefacere, irrigare: etiam bibere. Athenæ libr. 1. fol. mihi 25. εἴρηται δὲ τὸ βρέχειν, καὶ ἐπὶ τοῦ πίνειν. Veteres bibere βρέχειν dixerunt. Ἀντιφάνης: δεῖ γὰρ φαγόντας δαψίλως βρέχειν, Antiphanes: *qui abunde comederunt, bibere oportet largius.*

Pag. 60. lin. 13. φιλετᾶς, nomen hoc paſtoris: forſan à φιλέω, amo. Eſt autem φιλητὴς, amator: at φιλήτης, fur, latro. Eſt etiam poëtæ nomen elegiographi in inſula Co, qui Philippi & Alexandri Macedonum ætate floruit; Præceptor Ptolemæi Philadelphi. Fuiſſe fertur corpore adeò tenui, ut neceſſe ei fuerit plumbum adhibere, ne ventorum flatu raperetur.

Pag. 60. lin. 16. ἤδε ἦν μικρά, hoc eſt, μικροτέρα: Attici enim ſæpè utuntur poſitivo pro comparat: Menan. καλὸν τὸ μὴ ζῆν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως, melius eſt non vivere, quam miſerè vivere. Alias veteres ſolebant tibias cæteris minores, ſonoque minus claro, ſive τῶν τελείων ἐλάσσονας, vocare ἡμιόπους αὐλοὺς, teſte Athenæ. libr. 4 ideoque ab Anacreon. τέρενας ἡμιόπους, quaſi teneras ac molliculas fiſtulas dicas vocari: majores autem μακροὺς αὐλοὺς; quas ſacris, minores ταῖς εὐωχίαις, adhibitas fuiſſe legimus.

Pag. 60. lin. 18. ἐν στόματι; ἐν ſæpiſſimè redundat. Matth. 26. §. 52. ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται, gladio peribunt. vid. ſupra.

Pag. 60. lin. 20. ἀπεχούσης σταδίους δέκα, decem diſtabat ſtadia. στάδιος, vel στάδιον, ἀπὸ τῆς στάσεως, i. e. ſtatione. Eſt autem ſtadium Græcorum milliare. Suidas ſcribit tamen, ſeptem ſtadia & ſemis facere milium, ſive miliare. Τὸ στάδιον, inquit, ἔχει πόδας χ΄. τὸ μίλιον πόδας δ. σ. Pes verò δακτύλους ις΄. ſtadium habet pedes 600. milliare continet pedes 4200. Pes digitos 16.

Pag. 60, lin. 22. ἐγκόμβωμα, à verbo ἐγκομβόομαι, illigo, involvo, genus quoddam veſtimenti. Lubinus in antiquario: Encombomata, genera veſtium puellarum. Non: Encombomata, veſtes ſunt puellares, quemadmodum & Parnacides. Varro de liber. educandis: Ut puellæ habeant potius in veſtitu Chlamydas, Encombomata, ac parnacidas, quam togas. Varin. ἐγκόμβωμα ὁ δεσμὸς τῶν χειρίδων, ὃ λέγεται παρ᾽ Ἀθηναίοις ὄχθοιβος, ὑπὸ τῶν ἄλλων κοσύμβη. Apud Pollucem libr. 4. περὶ ὑποδημάτων, καὶ ἐσθήτων, eſt veſtimenti genus, quod ſervorum erat: Τῇ δὲ τῶν δούλων ἐξωμίδι καὶ ἱματίδιόν τι πρόσκειται λευκὸν, quod ἐγκόβωμα, lege ἐγκόμβωμα, λέγεται, id eſt, Servo exomidi adiacet candidum quoddam palliolum, quod Encomboma dicitur. Heſych. dicit, κόσυμβον, ſive κοσύμβην fuiſſe ἐγκόμβωμα καὶ περίζωμα αἰγύπτιον.

Pag. 61. lin. 3. Νεμούσης, παιζούσης &c. Epizeuxis.

Pag. 61. lin. 5. ἐς ὅτι ἔχρηζε. Herodian. in vit Caracal. Τί γὰρ ἔχρησεν αὐτῶν πρὸς γάμους; Nam quid illis opus ad nuptias?

Pag. 61. lin. 5. Ἐς δόνακας κρύπτεται, ἐς ἕλος ἀφανίζεται. pro ἐν δόναξι, ἐν ἕλει. Ita Græci ἐν τὸ φανερὸν, pro ἐν τῷ φανερῷ. Dion. Halicar. libr. antiqui. Rom. Ταῦτα τὰ γράμματα λαβόντες οἱ καταλειφθέντες ὑπὸ τοῦ τυράννου εἰς τὸ στρατόπεδον, has literas cum accepiſſent, qui à Tyranno in caſtris relicti fuerant. Zoſim. libr. 5. ἐπειδὴ Στελίχων εἰς τὴν Ῥάβενναν ἦν, inde cum eſſet Ravennæ Stelicho. Eſt autem δόναξ, ut obiter hoc addam, calamus craſſiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungoſa replet medulla, habens longiſſima internodia, & dum calefactus eſt, facile flectitur, aptiſſimus ſagittis, & fiſtulis.

Pag. 61. lin. 18. Τοὺς καλάμους κηρῷ

σύν-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

συνδήσας αὐίσȣς. Mar. Eclog. 2.

Pan primus calamos cera conjungere plures
Inſtituit. Et paulo poſt.
Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula. Nemeſ. 3. Eclog. ipſo Pane loquente.
——*Nulli fas eſt inflare cicutas,*
Quas ego Mænaliis cera conjungo ſub antris.

Hinc Æſchylus fiſtulam κηρόπλαστον vocat. Pollux, κηρῷ συνδεθεῖσαν. Theocr. εἰδ. 1. v. 129.

ἐκ κηρῶ σύριγγα καλάν,

Ex cera fiſtulam pulchram. Hujus ſupra facta mentio.

Pag. 62. lin. 2. ἣν ὁ πὰν πρῶτον ἐπήξατο, Bion. in Bucolicis. εὗρε πλαγίαυλον ὁ πὰν, ὡς αὐλὸν Ἀθάνα, fiſtulam invenit Pan, ut tibiam Pallas. De loco, ubi fiſtulam Pan primum invenerit, ita narrat Pauſan. Arcad. Conſurgunt montes, qui Nemii dicuntur. Eſt in illis Nomii Panos fanum: vicum proximum Melpeam, acſi modulatricem dicas, nominant, quod fiſtulæ modos illic Pani primum excogitatos dictitant. Vide hanc fiſtulam ab Achille Tatio libr. 8. ſatis artificiosè depictam.

Pag. 62. lin. 20. Τὸ ποιμενικὸν: codex habebat τὸ ποίμνιον.

Pag. 62. lin. 26. διονυσιακὸν μέλος, Hæc cantilena vocatur Græcis ἐπιλήνιον ᾆσμα, vel μέλος, vel αὔλημα; hæc cantio cani ſolet, inter premendas uvas Baccho. Poll. libr. 4. c 6. καίτι καὶ ἐπιλήνιον αὔλημα, ἐπὶ βοτρύων θλιβομένων. Hanc cantilenam feſto Bacchi πρὸς αὐλὸν cantabant Satyri.

Pag. 62. lin. 27. ἐπιλήνιον ὄρχησιν. Hæc ſaltatio etiam in honorem Bacchi fiebat, dicta Græcis ὄρχημα φαλικὸν, ſive φαλλικόν. Dicebatur etiam ἰθυμβός. Poll. lib. 4. cap. 14.

Pag. 63. lin. 2. Ταῦτα πάντα ὅτως εὐσχημόνως ὤρχ: ὥστε ἐδόκȣν βλέπειν &c. Quæ ita concinnè omnia ſaltavit Dryas, ut coram cernere cuncta putarent. Apud Athenæ. ab arte ſaltandi Teleſtes his laudatur verbis: καὶ τελεστὴς ὁ ὀρχηστοδιδάσκαλος πολλὰ ἐξεύρηκε σχήματα ἄκρως ταῖς χερσὶ λεγόμενα δεικνύουσαις. Ἀριστοτέλης γοῦν φησὶν, ὅτι τελεστὴς ὁ Αἰσχύλȣ ὀρχηστὴς ὅτως ἦν τεχνίτης, ὥστε ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι τȣ̀ς ἑπτὰ ἐπὶ θήβας, φανερὰ ποιῆσαι τὰ πράγματα δι' ὀρχήσεως, Et Teleſtes quidam ſaltandi magiſter multas quoque geſticulandi ſpecies reperit: manibus tam argutis, ut quæ pronunciaret, omnia manifeſtiſſimè declararent. Ariſtoteles ſcribit, Teleſten Æſchyli ſaltatorem illam ſic artem calluiſſe, ut cum ſaltaret duces ſeptem Thebas obſidentes, res ab illis geſtas, ſaltationis geſtibus evidenter oculis ſubjecerit. Lucian. περὶ ὀρχήσεως, ſcribit, Saltatorem tempore Neronis, ſpectante Demetrio, ſaltaſſe Veneris ac Maris adulterium ita accuratè, ita concinnè, ut Demetrius exclamaverit, magnaque voce pronunciaverit: ἀκȣ́ω, ἄνθρωπε ἃ ποιεῖς, ȣ̉χ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν, Audio, quæ facis, mi homo, nec video tantum, ſed manibus ipſis loqui mihi videris. Hac de cauſa Veteres ejuſcemodi hominem Pantomimum, ab eo quod agitur, appellavere. Leg. Lucian. Encom. ſaltat.

Pag. 63. lin. 16. ἐπὶ ἄκρων τῶν ὀνύχων ἔτρεχε. Proverbialis dictio, ἐπὶ ἄκρων τῶν ὀνύχων βαδίζειν, Idem Græci aliquando adverbio compoſito venuſtè efferunt, ἀκροποδητὶ, h. e. ſuſpenſo gradu, & ſuſpenſis pedibus. Qui clanculum, aut cautim conantur aliquid, ſummis pedibus ingredi ſolent. Eſt enim traductum à geſtibus eorum, qui ſic ingrediuntur, ne quis ſtrepitum pedum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ſentiat: aut qui viæ diffiſi, cautim & leviter figunt veſtigia.

Pag. 64. lin. 9. Ἐνέπλησαν ἀλλήλους, hic videtur ſubaudiendum ἡδονῆς, aut quiddam ſimile. Se mutuo explevere gaudio. In eodem ſignificatu, quo verbum expleo apud Comicum uſurpatur in Heauton: Hem, tot mei ſolius ſoliciti ſunt cauſa, ut me unum expleant.

Pag. 64. lin. 22. ἔπιον οἶνον μίξαντες γάλα, biberunt vinum lacte dilutum, quod vinum vocatur οἰνόγαλα, cujus mentionem fecit & Hippocrates, cedrim creticam ſcribens fœminarum incommodis auxiliari ἐν οἰνογάλακτι; id quod tamen nonnulli tepidum aut egelidum interpretantur in modum lactis, Id enim γαλακτῶδες videtur ſignificare. Gorr.

Pag. 64. lin. 23. καὶ τούτοις ἅπασι θερμότεροι γενόμενοι, καὶ θρασύτεροι, calidiores, audacioreſque redditi iis omnibus. Inflammantur animi vino. Unde Callimach.

Οἶνός τε πυρὶ ἴσον ἔχει μένος,
Vinum igni æqualem vim habet.

Diphilus εἰς οἶνον.

Ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλέστατε
Διόνυσε, καὶ σοφώτατ᾽, ὡς ἡδύς τις εἶ,
Ὅταν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιῇς μόνος.
Τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν,
Τόν τ᾽ ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασύν,

O prudentibus omnibus amiciſſime
Bacche, ac ſapientiſſimè, quam ſuavis es:
Cum humilem ſolus magnificè de ſe ſentientem facias,
Supercilia tollenti, ut rideat ſimul perſuades:
Imbecillumque audere quicquam, & timidum alacrem eſſe. Vide Athenæ. libr. 10. cap. 12.

—— ὃς μόνος θνητοῖς ἄγει τὴν τόλμαν, *Quod ſolum mortalibus audaciam præbet. Adimit curas*, inquit Horat. *Et ſpes jubet eſſe ratas.* καὶ λύει, ut Pindarus canit, τὸ τῶν δυσφόρων χοινίον καὶ μεριμνῶν.

Pag. 64. lin. 25. πρὸς ἀλλήλους ἤριζον ἔριν ἐρωτικήν, atticiſmus. Sentiunt ſtimulos Veneris epoto vito. καλῶς ὁ Ἀριστοφάνης, Ἀφροδίτης γάλα τὸν οἶνον ἔφη, *Vinum lac eſſe Veneris.*

Pag. 64. lin. 28. Τὸν Πᾶνα ὤμοσεν, juravit Pana, ut ſcilicet teſtis & conſcius eſſet. Formula jurisjurandi apud Athenienſ. erat hæc: ἵστορες θεοὶ τούτων, Horum mihi Dii teſtes & conſcii ſunto.

Pag. 65. lin. 3. τὸν αὐτὸν ἕξειν θάνατον καὶ βίον.

Geminum fatis properantibus amantium votum commori, etiam ſepeliri. Hinc comœdiarum multarum materia συναποθνήσκοντες. Apud Athenæ. & Scholi. Ariſtoph. nec non Horat. 17. lib. 2. Hinc luſus Antonii & Cleopatræ. P. Arbiter: Si nihil aliud, certò diutius, inquit, juncta nos mors feret. Vide de hac re plura in animadverſion. doctiſſ. juxta ac celeberrimi Bourdelotii, ad libr. 2. Heliod. Ubi Theagenes ratus Charicliam ſuam eſſe interemptam, ita infit: ὦ Χαρίκλεια πιστὸν ἔχεις τὸν ἐρώμενον. ἀπολήψῃ με μικρὸν ὕστερον. ἰδοὺ γάρ σοι ἐπάξω τὰς ἐμαυτοῦ σφαγάς, καὶ σπείσομαι τὸ σοὶ φίλον αἷμα τοὐμόν, O Chariclia fidum habes amatorem, haud ita multò poſt me recuperabis. Jam tibi inferias peragam mea ipſius cæde, & libabo tibi ſanguine amico meo.

Pag. 65. lin. 9. ἠράσθη μὲν πίτυος, ἠράσθη δὲ Σύριγγος, Amavit puellam Pityn. Pan, quæ in arborem Pinum mutata fertur, Unde Pinum quoque arborem Pani attribuit Conſtantinus in libr. XI. Geoponicôn, ubi & fabulam

exequi-

exequitur Pitys puellæ. Amavit & Syringam nympham, quam cum ſequeretur, illa, implorato Terræ auxilio, in calamum converſa narratur ſupra; quem Pan ad ſolatium amoris incidit, & ſibi fiſtulam fecit; & paulo poſt παύεται οὐδέποτε ἐνοχλῶν. Ubique laſcivus, & libidinoſus hic ipſe Deus inducitur. Hinc & ipſum Nymphas inſequi dicunt. Sed & formoſos pueros, ut eſt apud Theocritum. Vide Lucian. dial. Panis & Mercur. ubi ipſe dicit: ἐρωτικὸς γάρ εἰμι.

Pag. 66. lin. 1. Φιλῆσαι φιλοῦσαν. Heſiod. ἐν ἔργ. v. 351.

Τὸν φιλέοντ' φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι,

Amantem te ama, & juvantem te juva.

Moſch. Idyll. 6.

Στέργετε τοὺς φιλέοντας, ἵν' ἢν φιλέητε, φιλῆσθε,

Diligite amantes, ut, ſi ametis, redamemini.

Pag. 66. lin. 4. pro ἀποκλείνειν, legi ἀποκλινεῖν.

Libri II. Finis.

NOTÆ

NOTAE & ANIMADVERSIONES IN Longi Paſtoralia

LIBRI TERTII.

Μιτυληναῖοι, ita dicti à *μιτυλήνη*, quæ civitas eſt in Lesbo, de qua ſtephan. constantinopoli: *Μυτιλήνη, πόλις ἐν λέσβῳ μεγίστη. ἐκλήθη ἀπὸ Μυτιλήνης τῆς Μάκαρος θυγατρὸς, ἢ Πέλοπος, οἱ δὲ, ὅτι Μυτίλης ἦν ὁ οἰκιστής: οἱ δὲ ἀπὸ Μύτωνος τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ Μυτιλήνης· ὅθεν Μυτωνίδα καλεῖ τὴν λέσβον Καλλίμαχος, ἐν τῷ τετάρτῳ. Παρθένιος δὲ Μυτωνίδας τὰς λεσβικάς φησι. λέγονται καὶ μύτωνες, καὶ μυτωναῖοι, καὶ μυτιληναῖοι.* Hæc ſtephanus. Strabo libr. 13. habet, ut noſter Μιτυληναῖοι. Vide ſupra hujus urbis deſcriptionem pag. 2. lin. 18.

Pag. 67. lin. 7. Μηθυμναίων. Ita dicti ſunt incolæ τῆς Μηθύμνης. Methymna eſt etiam civitas Lesbi, cui natales debet Arion citharædus nobilis, quem Herodotus â prædonibus in mare projectum, & à Delphine incolumen devectum in portum Tænarum refert. Apud hanc urbem naſci generoſum vinum, fama eſt Ovid. 1. arte amandi.

Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos. Stephanus de hac urbe: *Μήθυμνα πόλις ἐν λέσβῳ τῇ νήσῳ, ἀπὸ Μηθύμνης τῆς Μάκαρος θυγατρὸς, καὶ γυναικὸς λεπέτυμνου. ὁ πολίτης, μηθυμναῖος.*

Pag. 67. lin. 7. Ταῦτα ἐκ Μηθυμναίων παθεῖν. Uſitatius verbum πάσχω conſtrui-

ſtruitur cum præpoſitione ὑπὸ, vel πρὸς. Demoſth. πάσχω κακῶς ὑπό σου. Thucyd. κακῶς πεπονθὼς ὑπ' αὐτῶν, ab iis malè affectus. Lucian. in caucaſ. δίκαια πεπονθὼς πρὸς ὑμῶν. Dixit tamen noſtro ſimiliter Euripid. at in meliorem partem. ὃς ἐξ ἐμοῦ μὲν ἔπαθες, pro ὑπὸ, vel πρὸς ἐμοῦ.

Pag. 67. lin. 10. Καταλέγω inter alias ſignificationes ſæpè apud Hiſtoricos pro conſcribo ſumitur, quemadmodum hoc loco, nec non apud Xiphilinum in Galba. τοῖς δορυφόροις αἰτοῦσι χρήματα οὐκ ἔδωκε, καὶ ἔφησε ὅτι καταλέγειν στρατιώτας, ἀλλ' οὐκ ἀγοράζειν εἴωθα, prætorianis poſtulantibus pecuniam, non dedit; Conſcribere, inquit ſoleo milites, non emere.

Pag. 67. lin. 10. Ἀσπίδα τρισχιλίαν.

Ἀσπὶς Græcis non tantum eſt clypeus; verum etiam clypeatorum agmen, ſivè milites clypeati. Quippe ἀσπίδες τρισχιλίαι, ſunt τρισχίλιοι ἀσπιδοφόροι, quos Homerus ἀσπιδιώτας nominat. Apud Herodotum: ἀσπὶς ὀκτακισχιλίη. Apud Lucian. in navig. ſeu voto. ἀσπίδος τοσαύτης ἄρχειν, Tanto clypeatorum agmini imperare.

Pag. 68. lin. 1. ἵππον πεντακοσίαν, equites quingentos.

Ἵππος fœm. gen. accipitur frequenter pro ipſo equitatu, ſeu equitibus. Herodot. ἡ Κροίσου ἵππος, Crœſi equitatus. ἵππον χιλίην ἀπέπεμψαν, mille equites miſerunt. Item ὀκτακοσίη ἵππος, octingenti equites. Dicuntur Xiphilino libr. 21. οἵτε ἱππεῖς οἱ στρατιῶται. Lucian in navig. ſeu vot. ἡ δὲ ἵππος ἅπασα τῶν βαρβάρων, univerſus autem Barbarorum equitatus. Hujus loquendi modum explicat nobis magnus Scaliger Poët. 36. quando ita loquitur: Proprium Hiſtoricorum Græcorum uti μετωνυμίᾳ. ἵππον equum, pro equitatu. Et in eo mutare genus τὴν ἵππον: quoniam equæ patientiores laborum: quibus idcirco ad prælia barbari uterentur, & de quibus cibum capiunt ac potum Scythæ.

Pag. 68. lin 3. ἵππαρχος, nomen Imperatoris, ſive ducis exercitus Mitylenæorum, dictus ἀπὸ τῆς ἱππασίας, hoc eſt, ab equitatu. Fuit eodem nomine appellatus Philoſophus quidam Metapontinus, auditor Pythagoræ, qui mundi mutationi certum tempus præfinitum eſſe ajebat. Vide Laërt.

Pag. 68. lin. 10. Ταχὺ δὲ, lege σπεύδει δὲ. Et ita verti.

Pag. 68. lin. 13. κήρυξ ἀπαντᾷ, σπονδὰς κομίζων. Homeri ætate κήρυκες caduceatorum fungebantur munere. Il. η. Ibi Idæus Præco à Trojanis ad Græcos petitum belli inducias mittitur.

—— αἴκ' ἐθέλωσι
Παύσασθαι πολέμοιο δυσηχέος, εἰσόκε νεκροὺς
Κήομεν, alii καίομεν,
Ceſſare à bello lamentabili, donec cadavera
Combuſſerimus.

Eâ ratione κήρυκες, teſte Euſtat. dicuntur inviolabiles, dicente: ἄσυλοι ἐς τὸ παντελὲς ἦσαν οἱ κήρυκες, οἷα θεῖον γένος νομιζόμενοι. Quapropter legimus Lacedæmonios & Athenienſes pœnas violatorum caduceatorum dediſſe, apud Pauſan. libr. 3. cum inquit: ταλθυβίου δὲ τούτου μήνιμα ἐπὶ τῷ φόνῳ τῶν κηρύκων οἱ παρὰ βασιλέως Δαρείου γῆν τε καὶ ὕδωρ αἰτήσοντες ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπέμφθησαν, λακεδαιμονίοις μὲν ἐπεσήμαινεν ἐς τὸ δημόσιον, ἐν Ἀθήναις δὲ ἰδίᾳ, Et Talthybius quidem iram ob violatos Darii caduceatores, qui terram & aquam petitum venerant, in Lacedæmonios publico, in Athenienſes, privato malo exercuit. Hujuſmodi κήρυκες latinis Caduceatores appellabantur: item oratores cum caduceo. Liv. libr. 4. dec.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

5. Oratores cum caduceo mittit. Hos Græci etiam εἰρηνοδίκας, Latini Fetiales, Varroni ita à fide & faciendo dictos, appellârunt. De Fetialium ἐπικηρυκείᾳ inſignis eſt Livii locus, quem ad cognoſcendas antiquitatis formulas huc tranſcribere libuit. Jus ab antiqua gente Æquicolis, quod nunc Fetiales habent, deſcripſit, quo res repetuntur. Legatus ubi ad fines eorum venit, unde res repetuntur, capite velato, (filum lanæ velamen eſt) *Audi, Iupiter*, inquit, *audite fines* (cujuſcumque gentis ſunt, nominat) *audiat fas. Ego ſum publicus nuntius populi Romani: juſtè pieque legatus venio, verbiſque meis fides ſit.* Peragit deinde poſtulata: inde Jovem teſtem facit: *Si ego injuſtè impièque illos homines, illaſque res dedier nuntio populi Romani mihi expoſco, tum patriæ compotem me numquam ſinas eſſe.* Hæc quum fines ſuperaſcendit; hæc, quicumque ei primus vir obvius fuerit; hæc portam ingrediens; hæc forum ingreſſus, paucis verbis carminis concipiendique jurisjurandi mutatis, peragit. Si non deduntur quos expoſcit, diebus tribus & triginta (tot enim ſolennes ſunt) peractis, bellum ita indicit: *Audi Iupiter, & tu Iuno, Quirine, diique omnes cæleſtes, voſque terreſtres, voſque inferni, audite: ego vos teſtor, populum illum* (quicumque eſt nominat) *injuſtum eſſe, neque jus perſolvere. Sed de iſtis rebus in patria majores natu conſulemus, quo pacto jus noſtrum adipiſcamur.* Hæc & alia ibi Livius. Vide & Gell. lib. 16. cap. 4. & in primis Dionyſ. Hal. antiq. Rom. libr. 2.

Pag. 68. lin. 27. αὐτοκράτωρ στρατηγὸς κεχειροτονημένος, electus eſt Dux belli cum imperatoria poteſtate, ut illius auſpiciis bellum gereretur. H. e. Ut Xiphilinus libr. 5. in Claud. loquitur: τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔλαβε, ſummum principatum in caſtris eſt adeptus. αὐτοκράτωρ στρατηγὸς, paſſim apud bonos autores occurrit. Dion. libr. 51. καὶ ὄπιμα ἀνέθηκεν, εἴπερ αὐτοκράτωρ στρατηγὸς ἐγεγόνει, Et opima ſpolia Jovi Feretrio conſecranda poſuit; ſi quidem ſuis auſpiciis rem geſſerat. Plutar. in vita Dionis: ὅτε πρῶτον αὐτοκράτωρ ἐπὶ τὸν πόλεμον ᾑρέθη στρατηγὸς, cum primum imperator eſſet cum libera poteſtate ad bellum deſignatus.

Pag. 69. lin. 1. στρατόπεδον βαλλόμενος, caſtra metatus: eodem modo quo dicitur βάλλεσθαι χάρακα, vallum jacere, vallare ſepimento. Nonnumquam utuntur Græci verbo ἱδρύω. Thucyd. libr. 4. ὁ μὲν ἱδρύσας τὸν στρατὸν; quod eodem libro dicit καθίσας τὸν στρατόν. Herodian. lib. 7. ἐπὶ τῷ βυζαντίῳ ἱδρῦσαι στρατόπεδον, Quod Iſocrat. unica dictione στρατοπεδεύσας dixit: Cic. collocare caſtra.

Pag. 69. lin. 5. μὴ ἀδικήσοντα. lege μηδὲν ἀδικήσοντα.

Pag. 69. lin. 8. τὴν εἰρήνην εὕρισκον κερδαλεωτέραν, pacem utpote commodiorem, ſive utiliorem obtinebant, vel acquirebant; verbatim inveniebant. Ita & nonnunquam apud Latinos verbum invenio uſurpatur. Teren. in Eunuch. Utinam tam aliquid facile invenire, hoc eſt, acquirere, poſſis Phædria, quam hoc peribit. Cic. 3. Philipp. Qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis cognomen ex contumelia invenit, hoc eſt, adeptus eſt. Rectè bello pacem præferebant. Quippe nulla ſalus bello. Et ut Herodot. ait. οὐδεὶς οὕτως γὰρ ἀνοητός ἐστι, ὅστις πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται, Nemo adeò amens eſt, ut anteferat bellum paci. Nam, ut Sil. —— *Pax optima rerum, Quas homini noviſſe datum eſt, pax una triumphis Innumeris potior.* In ea ſecuritas & fœlicitas:

licitas: ut paſſim eorum infœlices ſucceſſus monent, quos ibi lapſus oppreſſit, ubi ortum augurabantur. Omne quidem bellum ſumitur facile (veriſſimè hoc à Saluſtio dictum) cæterum acerrimè deſinit, neque in ejuſdem poteſtate initium eſt, & finis. Incipere etiam cuivis ignavo licet, deponitur cum victores velint, ait Liv. εἰρήνη μὲν μετὰ δικαίου καὶ πρέποντος, κάλλιστόν ἐστι κτῆμα, καὶ λυσιτελέστατον, Pax juſtè ac decorè inita, pulcherrimum quid, & utiliſſimum eſt.

Pag. 69. lin. 20. ἡ γῆ πᾶσα ἀφανὴς ἦν. Oppian. libr. 1. Hal.

Ὡς δ' ὁπότ' εὐρύπεδον σκιάσῃ νιφάδεσσιν ἀλωὴν,
Ἑσπερίου ζεφύροιο θοὸν μένος, οὐδέ τι γαίης,
Κυανέης ἰδέειν ὑποφαίνεται, ἀλλ' ἄρα πᾶσα
Ἀργεννὴ χιόνεσσιν ἐπασσυτέροις κεκάλυπται,
Vt autem quando ſpatioſum obtexit nivibus campum,
Occidui zephyri velox robur, nihil terræ
Nigræ conſpectui apparet, verum tota,
Candida nivibus denſis cooperta eſt.

Pag. 69. lin. 21. ὅτι μὴ. forſan, οὔτε. Neque.

Pag. 69. lin. 25. περὶ ᾠδὰς ἀλεκτρυόνων. Gallicinium innuit: Gallos ter noctu occinere ajunt, & probat id Theocritus, Idyll. 24.

Ὄρνιτες τρίτον ἄρτι τὸ ἔσχατον ὄρθρον ἄειδον,
Poſtremâ auroram galli jam voce canebant.

Hoc gallicinium poſtremum hic videtur noſter intelligere. Dictus eſt ἀλεκτρύων, παρὰ τὸ λέγεσθαι, & α privante, quod gallus jacentes è lecto excitet, faciens homines ἀλέκτρους. Hinc priſci vocarunt illum κήρυκα νυκτὸς, καὶ προφήτην ἡμέρας, præconem noctis, & prophetam luminis. Itaque hoc loco pro tempore matutino uſurpari veriſimile eſt.

Pag. 69. lin. 26. οἱ δ' αἰγῶν τρίχας ἔπλεκον, alii caprarum contexebant pilos. Utilitatis hircinorum pilorum plurima mentio apud Auctores. Varro libr. 2. de re Ruſt. c. 11. ita ſcribit: ut fructum ovis è lana ad veſtimentum, ſic capra pilos miniſtrat ad uſum nauticum, & ad bellica tormenta. Auctor Geop. libr. 18. ἡ δὲ θρὶξ ἀναγκαία πρός τε σχοίνους, καὶ σάκκους, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια, καὶ εἰς ναυτικὰς ὑπηρεσίας, οὔτε κοπτόμενα ῥαδίως, οὔτε σηπόμενα φυσικῶς, Pilus ipſe neceſſarius ad funes, ſaccos, & his ſimilia, & ad nautica miniſteria: nam hi neque facile inciduntur, neque putreſcunt naturaliter. Philo de animalibus, quæ idonea ad ſacrificium. αἰγῶν δὲ αἱ τρίχες καὶ δοραὶ συνυφαινόμεναί τε, καὶ συρραπτόμεναι φορηταὶ γεγόνασιν ὁδοιπόροις οἰκίαι, καὶ μάλιστα τοῖς ἐν στρατείαις, οὓς ἔξω πόλεως ἐν ὑπαίθρῳ διατρίβειν ἀναγκάζουσιν αἱ χρεῖαι τὰ πολλὰ, Ex caprorum pilis ac tergoribus contextis conſutiſque, fiunt penulæ viatoriæ, velaminaque militibus, & aliis, quos neceſſitas aliqua cogit exrra urbem ſub dio degere.

Pag. 70. lin. 4. ἄκυλον καὶ βαλάνους; ἄκυλος vocatur Columellę glans iligna. Theophraſt. hiſtor. plant. libr. 6. cap. 6. καλοῦσι δὲ τὸν μὲν τοῦ πρίνου καρπὸν, ἄκυλον, τὸν δὲ τῆς δρυὸς, βάλανον. Confirmat id Athenæ. ὁ πρῖνος ἀκύλους φέρει. Homerus quoque inter ἄκυλον, & βάλανον diſcrimen facit, atque inter eſcam porcorum recenſet, odyſſ. κ. verſ. 242.

Πὰρ ῥ' ἄκυλον βάλανόν τ' ἔβαλε, καρπόν τε κρανείης,
Ἔδμεναι, οἷα σύες χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσιν,

Hic Scholiaſtes: ἄκυλον τὸν τῆς πρίνου καρ

πὸν

πόν, βάλανον, δρυὸς καρπόν. Interpretes ita vertunt:

Glandem juglandemque appoſuit, fructumque corni arboris,
Edere, perinde ac ſues humi cubantes ſemper edunt.

Ariſtot. Hiſtor. animal. libr. 8. cap. 6. dicit, τοῦτο τὸ ζῶον πιαίνεσθαι ἀκύλοις, ſaginari glandibus hoc animal.

Pag. 70. lin. 6. οἱ μὲν ἄλλοι γεωργοὶ καὶ νομεῖς ἔχαιρον, cæteri agricolæ atque paſtores agebant hilares. Reſpicit procul dubio autor noſter ad convivia, quæ hyberno tempore, ruricolæ mutitabant, ut cum antiquis loquar, hoc eſt, alternantia celebrabant, mutuaque agitabant. Quod nequaquam poëtarum princeps Maro ignoraſſe videtur, quando ita canit:

—— Hyems ignava colono,
Frigoribus, parto agricolæ plerumque fruuntur,
Mutuaque inter ſe læti convivia curant.
Invitat genialis hyems, curaſque reſolvit.

Pag. 70. lin. 10. καθεύδοντες μακρὸν ὕπνον. Adduntur interdum etiam accuſativi neutris cognatæ ſignificationis, tametſi origine diſcrepent: ut, ὕπνον καθεύδειν. Antipho: τὸν ἄνδρα ὁμολογῶν τύπτειν τὰς πληγάς, confitens ſe hominem affeciſſe plagis. Lucian. οἱ μὲν οἶνον, οἱ δὲ γάλα, εἰσὶ δὲ οἱ καὶ μέλι ἔῤῥεον, alii vino (fluvii) alii lacte, nonnulli etiam melle manabant. Latini quoque dicunt dormire ſomnum. Apul. 9. metamorph. Poſt multum equidem temporis ſomnum humanum quievi, ὕπνον καθεύδασα. Ibidem, Prima ſtipendia Veneri militabam. Plaut. Caſ. Lucebis novæ nuptæ facem. Martial. præluxêre faces. Cic. de amic. prælucere bonam ſpem. Apul. Domus tota lauris obſita, tædis lucida, conſtrepebat Hymenæum. Lucianus non ſine venere περὶ τοῦ ἐνυπνίου, μακρὸν ὕπνον, vocat χειμερινόν: εἶτ' ἄλλος ὑπέκρουσε, χειμερινὸς ὄνειρος, ὅτι μήκισταί εἰσιν αἱ νύκτες, alius deinde oblocutus eſt, hyemale, dicens, eſt hoc ſomnium, quoniam noctes ſunt longiſſimæ.

Pag. 70. lin. 19. διῆγον καὶ λυπηρὰς, καὶ τὴν εἰρήνης ὥραν: forſan hic legendum κατὰ τὴν εἰρήνης ὥραν, καὶ ἀνέμενον; Triſtes tranſigebant noctes hoc otii tempore, atque expectabant è morte, rerum renaſcentiam. Donec videlicet humus, nive diſcuſſa, aperiri iterum cæperit, atque cuncta cœlo Solique reddantur, quæ jam nunc defoſſa latebant. Dixerat enim ante, nives altas preſſiſſe terram, gelu atque rigore fontes aquarum eſſe conſtrictos. Plato quietem atque otium etiam εἰρήνην dixit, libr. 1. de Repub. εἰρήνη τῶν τοιούτων, quies ab hujuſmodi rebus. Ut noſter etiam hoc loco. Poſt ὥραν ſcribatur comma.

Pag. 70. lin. 29. Δεῖξαι ποτε αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀγέλαις ἥλιον.

Quemadmodum occidere iis Sol dicitur, aut jam occidiſſe, qui infœlices aut extra ſpem ſunt. Sic apud Theocrit. Idyll. 1. v. 102. Daphnis,

Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκειν.

Sic contra ἀναδεικνύειν ἥλιον, monſtrare Solem, ſignificat. Vide clariſſ. Heinſ. in exerc. Sacr. Luc. cap. 1. v. 78.

Pag. 71. lin. 13. Ὁ κιττὸς ἐπεφύκει. Achill. Tat. libr. 1. κιττὸς καὶ σμίλαξ παρεπεφύκει, hedera & ſmilax adnatæ erant.

Pag. 71. lin. 24. κόψυχος.

Suid. κόψυχος εἶδος ὀρνέου, copſychus genus avis. Alii ſcribunt κόψιχος Ut Heſych. qui dicit eſſe avem, quæ à nonnullis vocatur κόσσυφος; vocatur Ariſtoteli κόττυφος libr. 9. de hiſtor. animal.

animal. cap. 49. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τῶν ὀρνίθων μεταβάλλουσι κατὰ τὰς ὥρας, καὶ τὸ χρῶμα, καὶ τὴν φωνήν, οἷον ὁ κόττυφος ἀντὶ μέλανος ξανθὸς, καὶ τὴν φωνὴν ἰσχύει. ἐν μὲν γὰρ τῷ θέρει ᾄδει, τοῦ δὲ χειμῶνος παταγεῖ, καὶ γίνεται θορυβώδης. Ex quo ſua habuit Plinius. Merula ex nigra ruffeſcit, canit æſtate, hyeme balbutit, circa ſolſtitium muta: adeo ut videatur dici à καῦσις, uſtio, & ὑφὴ, textura, quia eſt velut uſtis, ſeu nigris pennis. Unde μελάγχρους, μελανόστικτος, epitheta. Hodiè, teſte Aldrovando κόττιφος, & magis barbarè κότζιφος appellatur. Latinis merula, quod mera, teſte Varrone, hoc eſt, ſola volet, quam etymologiam ridet Fabius. Iſidorus dicit, antiquitus Modulam fuiſſe dictam, eo quod moduletur. Alii à nigro colore Nigrettam dixere, ſed minus latinè: Noſtrates *een Lyſter:* alii Belgæ *een Meerle* appellant. Eſtque ex iis avibus, quæ baccis paſcuntur.

Pag. 71. lin. 25. πολλὴ κίχλη. frequens turdus, id eſt, multi turdi; quemadmodum dicitur πολὺς λαὸς, multus populus, ſive numeroſus. Genera turdorum tria eſſe prodidit Ariſtoteles libr. 9. Hiſt. animal. cap. 20. Unum magnitudine picæ, alterum magnitudine merulæ, quod genus hic accipi videtur, quia id baccivorum eſt, inprimis lentiſci, & myrti baccas appetens. Hinc Turdi modernis Græcis Schinoulli, & myrtopoulli, teſte Bellonio appellantur. Tertium reliquis minus, minuſque maculis eſt diſtinctum.

Pag. 71. ˈlin. 25. φάτται Att. comm. φάσσαι. φάσσα, avis eſt columbini generis, latinè palumbes, noſtratibus *een Ringduive*; forſan à φάζω, occido, quod obnoxia occidioni: veſcuntur leguminibus, & glandibus, atque fortaſſis præ penuria eorum etiam baccis.

Pag. 71. lin. 26. καὶ ψᾶρες, vide ſupra. pag. 46. lin. 15.

Pag. 72. lin. 5. Ἔρωτι δὲ ἄρα πάντα βάσιμα. Non. Dionyſ. libr. 31.

Ὅττι γυναιμανέων τις ἐπ' ἐλπίδι πάντα τελέσσει,

Quod quiſpiam mulieres inſaniens ob ſpem omnia perficiet.

Leander apud Muſæum,

Παρθένε, σὸν δι' ἔρωτα καὶ ἄγριον οἶδμα περήσω,
Εἰ πυρὶ παφλάζοιτο, καὶ ἄπλοον ἔσσεται ὕδωρ.
Οὐ τρομέω βαρὺ χεῦμα τὴν μετανεύμενος εὐνὴν,
Οὐ βρόμον ἠχήεντα βαρυγδούποιο θαλάσσης.
Ἀλλ' αἰεὶ κατὰ νύκτα φορεύμενος ὑγρὸς ἀκοίτης,
Νήξομαι Ἑλλήσποντον ἀγάρροον.

Mea Virgo tuum propter amorem, etiam aſperam traſibo undam;
Etiamſi igni ferveat, & innavigibilis fuerit aqua:
Non timeo graves fluctus, tuum dum adeo cubile,
Non fremitum reſonantem graviſoni maris,
Sed ſemper per noctem unda vectus madidus maritus
Nando trajiciam Helleſpontum valde fluentem.

Pag. 72. lin. 24. ὡς οὐκ αἰσίοις ὄρνισι, tanquam inauſpicatis avibus. Ad eundem modum Sophocles. ὄρνιθι αἰσίῳ; videtur in id genus dictionibus ſubaudiri particip. χρησάμενος. Plenè & planè Plutat. in vita Fabii: χρησάμενος ὄρνισιν οὐκ αἰσίοις, quum non fauſtas aves habuiſſet. Xen. pæd. 3. Τότε δὴ οἰωνοῖς χρησάμενος αἰσίοις. Vel poteſt ſubintelligi præpoſitio ἐπὶ. Ita Heliodor. lib. 1. καὶ γαμεῖν ἐπ' αἰσίοις ἐκέλευον, & matrimonium inire bonis avibus jubebant.

Pag. 72. lin. 8. τῆς δὲ αὐλῆς προῆλθεν οὐδείς.

Α'υλὴ, locus apertus, & vacuus ante magnas ædes, ab ἄω, ſpiro, quia ventis perflatur: & quoniam apud Hom. oves & alia animalia ſtabulantur ἐν αὐλῇ, ideo redditur etiam caula, ovile: at hoc loco pro villa capitur, quemadmodum etiam apud Dionyſ. Halicar. libr. antiquit. 6. καὶ αὐλὰς διαρπαζομένας ὁρῶντες, & villas diripi ſpectantes. Idem libr. 8. τελευτῶντες γὰρ καὶ πῦρ εἰς τὰς αὐλὰς φέροντες ἐνέβαλον οὐολοῦσκοι, Tandem ignem villis injecere Volſci.

Pag. 73. lin. 2. Χθὲς καὶ πρώην, heri & nudiuſtertius: eſtque proverbialis hyperbole, ſignificatq; tempus admodum nuper actum. Plutar. in commen. de contentione ignis & aquæ: ἡ δὲ χρῆσις πυρὸς χθὲς, φασὶ, καὶ πρώην, ὑπὸ Προμηθέως, βίος πυρὸς οὐκ ἄνευ ὕδατος ἦν, Atqui ignis uſus heri, ac modo, quod ajunt, ſub Prometheo, ignis vita non citra aquam erat. Subinde hæc phraſis apud Lucianum occurit, atq; nominatim de merced. conduct. Item apud Platon. libr. 3. de leg. Τὰ δ' ἄλλα ἄλλοις πάμπολλα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, χθὲς καὶ πρώην γεγονότα, quin & alia, quæ aliis plurima heri, ut ita loquar, ac nudiuſtertius acciderant.

Pag. 73. lin. 13. Μὴ εἵμαρτο, fato non erat decretum, non deſtinatum fato, non erat fatale. Poëtis magis hoc dicendi genus uſitatum, quam eſt proſæ ſcriptoribus. Attamen Xiphilin. ita etiam habet in Tib. ὅτι καὶ τοῦτ' αὐτῷ εἱμαρμένον ἦν, quia id ei certum & fatale erat.

Pag. 73. lin. 26. Ε'δίωκα κατ' ἴχνος. Soph. κατ' ἴχνος ἀΐσσω, feror per veſtigia, id eſt, veſtigia ſequor.

Pag. 74. lin. 1. καὶ ἀποσοβεῖν. ἀποσοβέω, quod rarum, ſignificat hic citato gradu abeo, ſumiturque neutraliter, Suid. καὶ ἀποσοβῶμεν, ἀποτρέχωμεν, Μένανδρος. Currentes aufugiamus.

Pag. 74. lin. 18. ἀγχάλλων πρὸς τὴν οἰκείαν. Aliquando conſtruitur cum præpoſitione ἐπὶ: Plut. ἀγχάλλοντες ἐπὶ τῷ πολέμῳ, ægrè ferentes bellum. Xenoph. ſolo eſt uſus dativo, de re equeſtr. ἵνα ὁπόταν μὲν τοῦτον λάβῃ, ἀγχάλλων τῇ τραχύτητι, διὰ τοῦτο ἀφείη, ut, ubi frænum hujuſmodi acceperit, ob aſperitatem ægrè ferens, dimittat. At Chryſoſtomus, ut noſter: ἀγχάλλειν πρὸς τὴν σύλληψιν.

Pag. 74. lin. 23. ἐπῄνουν τὸ ἑκάεργον. leg. ἐπῄνουν τὸ ἔργον, laudabant factum. Vel ἐπῄνουν τὸν ἑκάεργον, laudabant illum tanquam alterum Apollinem: eſt enim ἑκάεργος, qui longè, ſive procul operatur: compoſ. παρὰ τὸ ἕκαθεν ἐργάζεσθαι: ut ſit mens: laudabant illum, quod non domi tanquam ſutor claudus deſideret, ſed tanquam alter Apollo foris aucupio invigilaret. Vocatur ab Homero Apollo ἑκάεργος. Il. α.

Ο'φρ' ἡμῖν ἑκάεργον ἱλάσσεαι, *ut nobis longè jaculantem*, id eſt, *Apollinem, places*. Hinc factum, ut ἑκάεργοι dicerentur, qui quacunque in re, præcipuè in aucupio & venatione non invita Delia venarentur.

Pag. 74. lin. 24. ἐσθίειν ὧν ὁ κύων καταλίπῃ, ut ea ederet, quæ canis feciſſet reliqua. Caſus hujus anomaliæ Græcis propria eſt, eaque implicita ellipſi: quum videlicet omiſſo antecedente, relativum eo caſu ponitur, quo poni debebat antecedens. Iſocrat: ὑποσχέσεις μείζους ὧν ἔμελλον ἐπιτελεῖν, promiſſiones majores iis, quæ præſtituri erant. Hic conciſè ὧν dicitur pro τούτων ἅ. Et quamvis plerumque τὸ ἐσθίω regat accuſat. ut apud Hom. od. κ.

—— ἐσθίετε βρώμην.

Galen. ἐσθίειν τὸ φάρμακον, videtur Longus tamen magis aſtipulari iis

Gram-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Grammaticis, qui contendunt potius dicendum eſſe ἐσθίειν τοῦ ἄρτου, quam τὸν ἄρτον.

Pag. 75. lin. 1. Πρὶν προσενεγκεῖν, ἀπέπιεν μάλ' ἐρωτικῶς.

Juno zelotypa exprobrat ſuo Jovi, quod bibente Ganymede, calicem arriperet, dicens, ὅσον ὑπόλοιπον ἐν αὐτῇ, πίνεις, ὅθεν καὶ αὐτὸς ἔπιε, καὶ ἔνθα προσήρμοσε τὰ χείλη, ἵνα καὶ πίνῃς ἅμα, καὶ φιλῇς, quantum in ipſa reſtat, ebibis, qua parte ipſe bibit, & ubi labia applicuit, ut & bibas ſimul & oſculeris. Inculcat hoc idẽ Veneriis nepotulis Naſo.

Fac primus rapias illius tacta labellis
Pocula, quaque bibit parte puella, bibas.

Pag. 75. lin. 6. ἡ μὲν δὴ τράπεζα ταχέως ἐγένετο κενὴ ἄρτων καὶ κρεῶν, menſa citò carnibus atque panibus vacua fuit. Apud Romanos menſam tollere vacuam nefas erat. Plut. in problem. Rom. Διὰ τί τὴν τράπεζαν οὐκ εἴων ἀναιρεῖσθαι κενὴν, ἀλλὰ πάντως τινὸς ἐπόντος; Cur menſa cum tolleretur, ſemper omnino aliquid ſuper eâ volebant relinqui? Rationes ibidem vide. Nota κενὴ τράπεζα creberrimè Græcis abſolutè dicitur, quemadmodum & πλήρης τράπεζα, ſubaudito βρωμάτων, quod hoc loco non fit.

Pag. 75. lin. 8. Μυρτάλη, nomen uxoris Lamonis, à μύρτος, myrtus.

Pag. 75. lin. 18. ἐκείνους προσεκύνησεν. προσκυνέω, oſculor, veneror, adoro. Apud Perſas veneraturi Regem, in terram procidebant, atque ita quaſi regem adorabant. Hinc Spartiatæ, apud Herodot. ſibi lege interdictum eſſe dicunt, ἄνθρωπον προσκυνεῖν. Hic ritus poſtmodum & ad alias gentes tranſiit. Xiphilin. ubi de Decebalo agens, ait: καὶ ἐς τὴν γῆν πεσὼν, καὶ προσκυνήσας αὐτῷ, ad pedes proſtratus eum veneratur. Lucian. Perſicum illum ritum in Navig. ſive vot. ad vivum nobis delineavit; καὶ ὑποκύψας εἰς τὸ περσικὸν, προσκυνῶν σε, περιαγαγὼν ἐς τοὐπίσω τὼ χεῖρε, τιμῶν τὴν τιάραν ὀρθὴν οὖσαν, & perſico more procumbens, adoro te, circumactis poſt tergum manibus, rectam iſtam tiaram, & diadema venerando.

Pag. 75. lin. 21. Δεύτερος κρατὴρ ἵστατο, ſecundus ſtatuebatur crater. κρατὴρ alias videtur ſumi pro vini hauſtu. Poll. lib. 6. c. 16. πρῶτος κρατὴρ διὸς σωτῆρος, ἀγαθοῦ δαίμονος, ὁ μετὰ τὰς τραπέζας ἄκρατος. ἑρμῆς, ἡ τελευταία πόσις: ὅθεν ὅμηρος, τὸ πυμάτω ἐπινδέσκον, primus crater Jovis ſervatoris, & vinum merum, quod bibitur, ſublatis menſis, boni Dæmonis dicitur: ultima potio Mercurius appellatur. Quare Homerus dicit: *Vltimo libabant.* At quia hoc loco additur ἵστατο, ſtatuebatur, videtur intelligi poculi genus grandioris. Virg. libr. 1. Æneid.

Crateras magnos ſtatuunt.

Ibi Maro ad formam alludit craterum, qui magni. Nam cum alia pocula minora eſſent, ſemper crater capaciſſimus fuit. Rex Colchorum apud Val. Flaccum, lib. 5. Argonaut.

——— *Æolidem magno cratere laceſſit.* Iterum.

Fertque gravem Phrygius circum cratera miniſter.

id eſt, prægrandem. Theocr. εἰδ. ϛ.

Στάσω δ' κρητῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος,

Statuam autem createrem magnum albi lactis.

Mirum auditu, mirum relatu, quod Arrianus lib. 8. narrat de convivio quodam Alexandri, cui novem hominum millia interfuiſſe fama eſt, omneſque ex eodem cratere bibiſſe. Ipſa etiam compotatio in ſecunda menſa, cujus hic autor meminit, ſolet eſſe hilarior, atque major: proinde neceſſaria erant etiam majora

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

jora pocula, ubi præcipue poculis, vino, invitationibus indulgendum. Hinc de ſecunda menſa dicebatur, majoribus poſcere, & græco more bibere, id eſt, majoribus poculis.

Pag. 75. lin. 22. Δεύτερον πῦρ ἐκάετο, alter accendebatur, ſivè ardebat ignis. Non neceſſe eſt, ut pro κάετο ſcribatur ἀνεκάιετο; ut quidam putarunt, quippe ita Xenophon habet libr. 6. Hellen. pag. 601. ὁ μὲν λύχνος ἐκάετο, τὸ δὲ ξίφος αὐτοῦ ἐξενήνεγκεν. Lucerna ardebat, vel accendebatur, & gladium ejus extulit. Nam κάομαι, & ardeo, ut apud Lucian. de ſacrif. ἐκ τῆς μητρὸς ἔτι καομένης, ex matre adhuc ardente: & accendor denotat; ut apud Xen. eod. libr. πῦρ νύκτωρ οὐκ ἔκαε, ignem non accendebat noctu.

Pag. 75. lin. 24. Δευτέρας τραπέζης ἐνεφορεῖτο, hoc eſt, σιτίων, καὶ παραπεθειμένων, ferculis explebantur. Athenæ. libr. 14. παρεισηνέχθησαν ἡμῖν καὶ αἱ δεύτεραι καλούμεναι τράπεζαι, allatæ ſunt nobis ſecundæ, ut vocant, menſæ; quæ vocantur eidem Athenæo alio loco ἐπιδόρπιαι, quando apponebantur fructus, & τραγήματα. Plat. politic. 2. καὶ τραγήματά που παραθήσομεν, & apponemus illis, nimirum civibus, quæ in ſecunda menſa apponi ſolent: atque ibidem patet, τραγημάτων nomine, ac eorum, quæ ſecundis menſis apponi ſolent, non ſolum comprehendi ficus, ſed etiam cicer ac fabam: item myrti baccas, & faginas glandes, nimirum ſub cinere coctas, ut hodie apud nos coqui ſolent caſtaneæ. Quin τράπεζας pro ferculis ſumi, teſtis eſt Pollux, libr. 6. c. 12. τράπεζας δ' ἐκάλουν καὶ τὰ σιτία ἐπ' αὐτῶν τιθέμενα, vocabant menſas, etiam fercula menſis appoſita Athenæ. libr. 2. πάντων τράπεζας καλούντων τὰς παραθέσεις ταύτας. Virg. libr. 3. Æneid.

Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas, id eſt edulia.

Tres fuiſſe menſas apud veteres legimus. Pollux cap. citato: ἦσαν δέ τινες πρῶται τράπεζαι, καὶ δεύτεραι, καὶ τρίται. Lipſius ſcribit libr. 3. antiquarum lectionum, Cænam antiquos in tres partes tribuiſſe, ſive placet dicere, miſſus; primum miſſum antecænam, ſive guſtum dixiſſe: Secundum, in quo præcipui & laudatiſſimi cibi, propriè cænam: Tertium in quo bellaria, menſam pomorum, ſive menſas ſecundas. Vid. Macrob. Satur. 3. c. 18. 19. & 20.

Pag. 75. lin. 27. Τὰ δὲ ᾄσαντες, partim canendo. Veterem alludit ritum, qui in conviviis, ſublatis ferculis, tripudiare, cantare, atque muſicam exercere ſolent. Suet. in Neron. Poſt cænam canenti, videlicet Terpno citharædo, in multam noctem aſſidens. Apul. lib. 5. Poſt opimas dapes quidam introceſſit, & cantavit inviſus. Vid. Scal. in poët. & Chriſtianum in Veſp. Ariſtoph. Apud Maronem, ſublatis primis menſis, atque à Didone libato in menſam vino, meroque jam incaleſcente convivio, Jopas muſicus introducitur, cithara ſua aurata perſonans. Cantum Deorum convivio Homerus, Pindarus Alcinoi epulis adhibet. od. 1. olymp.

Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
Μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ
Οἷα παίζομεν φίλαν
Ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ
Τράπεζαν,
Clarus eſt vero etiam,
Muſicæ in flore
Cujuſmodi ludimus amicam
Nos viri frequenter circa
Menſam.

Homerus cantum & citharam odyſſ. 21. affirmat eſſe ἀναθήματα δαιτὸς, hoc eſt additamenta convivii.

Pag. 76. lin. 6. Ταῦτα πάντα ποιεῖν χλόην ὀνειροπολούμενος. Apud Achill.

Tat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Tat. lib. 1. amator ita fatur: πάντα δὲ ἦν μοι λοιπὰ τὰ ἐνύπνια, διελεγόμην αὐτῇ, συνέπαιζον, συνεδείπνουν, ἡπτόμην, καὶ γὰρ κατεφίλησε, Sed omnia mihi de Leucippe ſomnia erant, cum illa loquebar, ludebam, cænabam, tangebam, atque oſculabar. Sentiunt frequenter amantes in ſomnis varios affectus. Apud Ovid. Sappho Phaoni.

Tu mihi cura Phaon, te ſomnia noſtra reducunt. Deinde,

Illic te invenio, quanquam regionibus abſis.

Laodomia Protes.

Aucupor in lecto mendaces cælibe ſomnos.

Albinovanus in Liviam.

Et modo per ſomnos agitaris imagine falſa,
Teque tuo Druſum credis habere ſinu.
Et ſubito tentaſque manu, ſperaſque receptum,
Quæris & in vacui parte priore thori.

Teren. Dies nocteſque ames, me deſideres, me ſomnies, me exſpectes, de me cogites. Ariſtoph. ὀνειροπολεῖ γὰρ, καὶ καθεύδων ἱππικήν, Ita addictus eſt equis, ut etiam in ſomnis, & dormiens de iis cogitet. Unde proverbialiter dicuntur amantes ſibi fingere ſomnia: Ita enim plerumque uſuvenit, ut quæ impenſius amamus, ea ſomniemus. Hinc Theocriticum illud.

Πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται, ἰχθύα κ᾽ ἠγών,

Somnia cuncta canum panes, ego ſomnio piſcem.

Quamobrem qui ſuis votis blandiuntur, ii Græcis dicuntur ἑαυτοῖς ὀνειροπολεῖν, id eſt, ſibi ipſis ſua interpretari ſomnia, quique omnia rapiunt nocte dieque in alimentum ſpei ſuæ.

Pag. 76. lin. 9. Ἄνεμος βόρειος ὑπέκαε πάντα, Boreas adurebat omnia. Quomodo frigus adurat mox docebo ex Ariſtotele, prius adductis locis Auctorum, qui frigori uſtionem tribuunt. Auct. Geopon. libr. 5. ὑπὸ πάχνης ἀποκαιομένας ἀμπέλους: à pruinis aduſtas vites. Xeno. de venat: ἡ χιὼν καίει τῶν κυνῶν τὰς ῥῖνας, Nix urit canum nares. Phil. libr. περὶ φιλανθ. ὡς μήτε θέρος περιψύχοι, μήτε κρύος περιφλέγοι, Ut ne æſtus refrigeret, nec frigus adurat. Baſil. de quadragint. martyr. narrans, quod ſupplicii genus eſſet pati in lacu frigoribus gelato, ait ſimile eſſe, ac ſi ab igne fieret exuſtio in ſummas partes, ὥσπερ ἀπὸ πυρὸς καιομένων τῶν ἄκρων. Et poſtea Sancti ipſi, ubi ſe mutuò hortantur ad ſubeundum acre illud genus frigoris, ajunt, καυθήτω ὁ πούς, uratur pes. Eadem phraſi ſunt & uſi Latini. Lucan. libr. 4.

Vrebant montana nives, campoſque jacentes
Non duraturæ conſpecto Sole pruinæ.

Virg. Geor. 1. *Aut Boreæ penetrabile frigus adurat* Tacit. libr. 13. Annal. Ambuſti multorum artus vi frigoris, & quidam inter excubias exanimati ſunt. Philoſophus libr. 4. Meteor. c. 5. frigus calefacere, atque exurere ait, non quidem ex ſe, ſed κατὰ συμβεβηκός, ex accidenti. Quod explicans ait: καίειν λέγεται, καὶ θερμαίνειν τὸ ψυχρὸν, οὐχ ὡς τὸ θερμὸν, ἀλλὰ τῷ συνάγειν, ἢ ἀντιπεριιστάναι τὸ θερμόν; Dicitur frigidum urere, & calefacere, non quidem more caloris, ſed quod calidum conducatur unum in locum, & adverſo teneatur conatu. Quam Ariſtotelis ſententiam multis impugnat Magius, quod frigus ſimilitudine tantum adurere dicatur, quod calorem plantis innatum extinguat, omnemque evocet humorem, ac prorſus inareſcendi cauſam præbeat.

Græcis &, quod penè omiſeram, αἶθρος frigus matutinum eſt, παρὰ τὸ αἴθω, uro: unde & Suidas αἶθρον καῦμα

exponit, ut Latini pruinam ab uro deducunt.

Pag. 78. lin. 11. Τῷ διονύσῳ, διόνυσος dicitur Bacchus, quaſi υἱὸς τοῦ διὸς, filius Jovis. Aliam rationem reddit Nonnus, libr. 9. Dionyſiacorum, cum inquit:

Κικλήσκων διόνυσον, ἐπεὶ ποδὶ φόρτον ἀείρων
Ἦϊε χωλαίνων κρονίδης βεβαρηότι μηρῷ,
Νῦσος ὅτι γλώσσῃ συρακοσίδι χωλὸς ἀκούει,

Appellans Dionyſum, poſtquam onus pede tollens
Fuit claudicans Saturnius, gravato femore,
Eo quod νῦσος lingua Syracuſana claudus dicatur.

Vel potius Διόνυσος dicitur ἀπὸ τοῦ διὸς, à Jove, & Nymphis Nyſæis, à quibus educatus fertur.

Pag. 76. lin. 11. Κριὸν ἐνιαύσιον, anniculum arietem. Vlyſſes dicitur etiam ſacrificaſſe ſuem anniculum, Odyſſ. π.

—— δόρπον ἐπισταδὸν ὡπλίζοντο,
Σῦν ἱερεύσαντες ἐνιαύσιον,
Hi autem ſcitè cœnam in ſtabulo parabant,
Suem ſacrificantes anniculum.

Pag. 76. lin. 25. Τίς οὖν σοι γένομαι habebat codex meus. leg. γίνομαι. Quis ergo tibi ſum? id eſt, quo me loco habes? quæ mihi pars amoris apud te eſt? Vel hoc modo: ſumne igitur tibi aliquis? hoc eſt, Num ſum igitur apud te aliquo numero, ſive in pretio aliquo? Nam τὶς eo ſenſu apud probatos autores ſæpè uſurpatur. Demoſth. in Lept. Μεσσήνιοί τινες εἶναι φάσκοντες, Meſſenii dicentes ſe aliquos eſſe. Act. 5. §. 36. ἀνέστη θευδᾶς, λέγων εἶναί τινα, & exortus eſt Theudas, dicens ſe eſſe aliquid. Vocant enim Græci Τινὰ, Aliquem, Eum qui cæteris præſtet, qui magnus, aut alicujus eſt pretii, ſicut contrà οὐδένα, hominem nihili, futilem & abjectum. Pindarica ſententia eſt Pyth. η. Τί δέ τις; τί δ' οὔτις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. Quid eſt, eſſe aliquem? Quid verò, eſſe nullum? Homo umbræ eſt ſomnium. In eodem ſignificatu etiam à Theocrito ſumitur Idyll. 11.

Δηλονότ' ἐν τᾷ γᾷ κἠγών τις φαίνομαι ἦμεν,

Scilicet ego in terris quoque eſſe aliquid videor. Lucian. ὁπόσοι τέως μηδὲν ὄντες, qui ante nullius erant pretii. Idem in Sympoſ. vel Lapith. καὶ κατεγίνωσκον αὐτῶν, οἶμαι, οὓς γε ἐθαύμαζον, οἰόμενοί τινας εἶναι ἀπὸ τῶν σχημάτων, Eoſque opinor damnabant, quos ſuſpexerant, ex habitu judicantes eſſe alicujus pretii. Ita Iſocrat. in panathenaic. Τίνας οὖν ἔχω πεπαιδευμένους; Quos igitur in eruditorum numero habeo?

Pag. 76. lin. 27. εἰς ἐκεῖνο τὸ ἄντρον, pro ἐν ἐκείνῳ τῷ ἄντρῳ, vide ſupra pag. 61. lin. 5.

Pag. 77. lin. 3. Ὡς τὸ καῖον πῦρ τὴν καρδίαν τὴν ἐμήν. Achill. Tat. libr. 4. θυμὸς δὲ καὶ ἔρως δύο λαμπάδες, ira atque amor duæ animi faces ſunt. Lucius de hoc igni ita ait: ὅλῳ με ἐμπρησμῷ ἐπέθηκας· καὶ διὰ τῶν ὀμμάτων τῶν ἐμῶν, τὸ σὸν μὴ φαινόμενον πῦρ, κάτω ἐς τὰ σπλάγχνα τὰ ἐμὰ ῥίψασα φρύγεις, plenæ me conflagrationi addixiſti, & immiſſo per meos oculos igni tuo occulto ima torres præcordia. Elegantiſſimè Hadr. Jun. Emblem. 40. vim amoris ardentis expreſſit.

Hinc tædam ut ſuus ignis edat teretem, vide
Illinc ut rapido malè liquitur à rogo.
Viſæ tabet amans miſer igne puellulæ:
Abſens tabifico haud minus ulcere carpitur.

Epictetus: Quid eſt amor? otioſi pectoris moleſtia: in puero pudor: in virgine rubor:

rubor: in juvene ardor: in ſene riſus.

Pag. 77. lin. 9. Νάπη, paſtoris Dryantis uxor, mater habita Chloës. Græcè Νάπη vallem nemoroſam ſignificat.

Pag. 77. lin. 11. Ἀπαρξάμενοι Διονύσῳ κρατῆρος. Non abſimili locutione uſus fuit Plut. in Theſ. ἀπάρχεται τῷ θεῷ τῆς κόμης, de coma primitias dat Deo. Apud Maronem in regali iſtoc convivio, Regina Dido, invocatis Jove, Baccho atque Junone *in menſa laticum libabat honorem*, *h. e.* Vinum è patera in menſam effundebat in honorem prædictorum Numinum.

Pag. 77. lin. 12. Κιττῷ τὰς κεφαλὰς ἐστεφανωμένοι. Hedera Baccho ſacra, inque ejus tutela eſſe credebatur, quia ut ille ſemper eſt juvenis, ita & hæc ſemper viret. Ideo Bacchantes hedera coronabantur. Legimus inter pocula aliis etiam floris corollis redimitos veteres fuiſſe. Videatur Plutar. quæſt. 1. libr. 3. ſympoſiacῶn. Hinc Euander apud Maron. libr. 7. Æneid.

Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.

Liquet hoc in Plauto, Pſeud. cum corona ebrium Pſeudolum tuum vidi. Et in Menæc. capiam coronam in caput, atque me ebrium ſimulabo. Vell. Cum corona exit foras peracto convivio. Videntur in conviviis compotationibuſque adhibitæ fuiſſe coronæ, quo florum fragrantia ebrietatis fervor ſedaretur.

Pag. 77. lin. 14. Ἰακχεύσαντες habebat codex; legi ἰακχάσαντες. Eſt ἰακχάζω, clamo & vociferor bacchantium more. Apud Herodot. ἰακχάζουσι φωνὴν, vocem tollunt, bacchantur. Orgia Bacchi magnis clamoribus celebrant. Athenæ. libr. 5. c. 14. καὶ τὴν φωνὴν, τῆς ἀκούεις ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ ἰακχάζουσιν, Et vox, quam audis eſt hominum Bacchum decantantium, vel orgia voce ſua celebrantium. Uſus eſt Orpheus initio libr. περὶ λίθων, pro vocem ac clamorem tollo.

Ὅσσα τε κεκλήγασι μετὰ φρεσὶν ἠεροφοῖται,
Ἀνθρώποις ἄφραστον ἰακχάζοντες ἀοιδὴν
Οἰωνοὶ,

Et quæcunque reſonaverunt cum mentibus in aëre euntes
Hominibus inconſideratum clamantes cantum,
Aves.

Pag. 77. lin. 15. Προσέπεμπον habebat codex. lege προέπεμπον, aut προύπεμπον.

Pag. 77. lin. 25. ἦλθεν ὁδοὺς. Philo de vita Moſis: τριῶν ἡμερῶν ἔξω τῆς χώρας προελθὼν ὁδὸν, quum progreſſus eſſet extra regionem trium dierum viam: dicunt etiam πορεύεσθαι ὁδὸν. Ita & Latini, viam ire. Ovid. *Itque reditque viam toties.* Cæſ. Tridui viam à ſuis finibus proceſſit.

Pag. 78. lin. 1. ἀνθούσης. lege ἐπανθούσης.

Pag. 78. lin. 4. μείζονι δουλεύοντες ποιμένι, Innuit Cupidinem.

Pag. 78 lin. 17. πρωτοφορήματα, fructus terræ, qui primum prodeunt, ita vocat, pro πρωτογεννήματα, quæ primum ſunt enata, & edita. Exod. 23. πρωτογεννήματα θερισμοῦ, meſſis primitivæ fruges.

Pag. 78. lin. 20. καὶ τοὺς στεφανοῦντες τὰ ἀγάλματα; coronantes ſimulacra. Ex more veterum, qui coronare ſtatuas Deorum, aut in numerum Deorum relatorum, ſolent. vid. pag. 35. ſupr. lin. 6.

Pag. 78. lin. 25. Τὸν Ἴτυν ἠκριβοῦν. Ariſtophanes Ἴτυν vocat πολύδακρυν. Fuit Itys Terei Thracum Regis filius, converſus in Phaſianum, cum epulandus patri Tereo à matre Progne appoſitus fuiſſet. De Philomela, Tereo,

Progne, Ity, vide Ovid. Metamorph. libr. 6. Martial. lib. 14. Epigrammat. in Apophoretis:

Flet Philomela nefas inceſti Tereos, & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur avis.

Pag. 78. lin. 27. ἐκ μακρᾶς σιωπῆς, poſt longum ſilentium. Nota præpoſitionem ἐκ aliquando recipere ſignificationem præpoſitionis μετὰ, poſt; quemadmodum apud Latinos à, vel ab. ἐκ τῆς ὑπατείας, poſt conſulatum. Eutrop. libr. 7. δωδεκάτῳ μὲν ἐκ τῆς ὑπατείας ἔτει, duodecimo anno poſt conſulatum. Idem libr. eodem. καὶ τὰς ἐκστρατείας ἐκ μεγίστων ἐποιήσατο συμφορῶν, & poſt maximas calamitates expeditiones habuit.

Pag. 78. lin. 29. ὑποκλάσαντες αὐτοὺς. legè ὑποκαλύψαντες αὐτοὺς

Pag. 78. l. ult. τὴν θηλὴν ἔσπαζον, verbatim, traxerunt mammam; verti premebant mammam: quoniam videmus agnos ubera premendo lac elicere, quod veteres fellare dixerunt.

Pag. 79. lin. 11. Οἱ δὲ νέοι καὶ σφριγῶντες. Herodian. lib. 3. νεανίας σφριγῶντας, καὶ ὑπὸ βασιλικῆς ἐξουσίας εἰς πάσας ἡδονῶν ὀρέξεις ἀπλήστως ὁρμωμένους, Quæ Politianus ita vertit: Illos adoleſcentes adhuc in ipſo ætatis fervore, atque in ſumma licentia, voluptatum omnium irritamentis incitatos. Bud. Juvenes ætate florentiſſima, & fervido ac corpore valentes. Suidas, σφριγῶν, αὔξων, σφύζων, βρύζων, εὐσωματῶν, ἀκμάζων, ἀνθῶν, Hoc eſt, juvenili vigore præditus, augens, creſcens, ſubſultans, fervens, bulliens, bonam corporis conſtitutionem habens, vigens, florens. Ariſtoph. ὡς δὲ εὐχροεῖς! ὡς δὲ σφριγᾷ τὸ σῶμά σου! Quam verò bonum colorem habes! Quam etiam floret, luxuriat, vigetque corpus tuum! Unde Galli vocis græcæ originem ſervantes, dicunt: Ils ſunt fringant σφριγῶντες· Belgæ. *Sy ſijn fris.*

Pag. 79. lin. 14. ἐτήκοντο, liqueſcebant ad verbum. Τήκω, inquit Suidas, eſt κατὰ μικρὸν ἀναλίσκω: paulatim conſumo. Propterea verti carpebantur: ut Virg. de Didone. *Et cæco carpitur igni.* Proper. libr. 3. Et. 5.

Nec tamen inviſo pectus mihi carpitur auro.

Pag. 79. lin. 21. πρός τε τὰ φιλήματα ὤργα, ad oſcula vehementer ſtimulabatur. Τὸ ὀργᾶν propriè de animantibus dicitur, quæ libidine turgent, atque impatienter appetunt: ab ὀργὴ, impetus. Heſych. ἐπιθυμητικῶς ἔχω. Ariſtot. ὀργᾷ ὀχεύεσθαι, per libidinem turget, ac prurit ad coitum.

Pag. 79. 22. πρὸς τὰς περιβολὰς ἐσκυτάλισε. lege πρὸς τὰς περιβολὰς ἐσκύζαλίαν. Eſt verò σκυζᾶν, propriè catulire, diciturque de catella catellum appetente. Suid. σκυζᾶν, ἐπὶ συνουσίαν ὁρμᾶν, id eſt, in congreſſum ruere, Venerem appetere. Qua in ſignificatione hoc loco uſurpatur. Dicitur de quibuſlibet animantibus, quæ in Venerem prona feruntur. ἡ κάμηλος κύει μῆνας δέκα. τῷ δὲ ἑνδεκάτῳ τίκτει. καὶ πάλιν διαλιποῦσα ἐνιαυτὸν, σκυζᾷ, camelus decem menſes fætum in utero geſtat, undecimo vero parit, & anno intermiſſo, rurſus prurit, & coitum appetit. Ariſtot. libr. 6. c. 18. Quin equæ dicuntur etiam σκυζᾶν. Ita & verbum catullio de aliis etiam dicitur. Plaut. Quin meam uxorem vidit catulientem.

Pag. 79. lin. 26. Συγκατακλιθῆναι, in eodem accumbere lecto, una cubare. Ariſtoph. ibi ruſticus ſecunda de uxore ſua verba faciens, ita ait: Ταύτην ὅτ' ἐγάμουν συγκατεκλινόμην ἐγὼ ὄζων τρυγὸς, Ubi hanc duxiſſem, uno accumbebam lecto, ego quidem fecem olens.

Pag. 79. lin. 26. καὶ γυμνὴν γυμνῷ, nudam

nudam cum nudo. Quo majori in Venerem uterque ardore ſolvatur ſexus nudi in amplexus Veneris nepotuli ruere geſtiunt, Ovid.

Quam bonus eſt ludus cum virgine ludere nuda.

Palæſtra apud Lucian. ἐν ὄνῳ: ἡδὲ ἀποδυσαμένη τὴν ἐσθῆτα, καὶ στᾶσα ὅλη γυμνὴ, ἔνθεν ἤρξατο ἐπιτάττειν. ὦ μειράκιον, ἔκδυσαι, Illa exuta veſte, & ſtans nuda, hinc mandata dare cæpit: Exue te, adoleſcens. Apulei. de Photide ſua ita loquitur: Illa laciniis cunctis renudata, crinibuſque diſſolutis ad hilarem laſciviam, in ſpeciem Veneris, quæ marinos fluctus ſubit; quare quidam dixit: In amore vix ulla etiam nuda, ſat nuda eſt.

Pag. 80. lin. 6. ὃ οἱ κελοὶ ποιοῦσι τὰς ὄϊς, καὶ οἱ τράγοι τὰς αἶγας. Eſtque hoc loco verbum ποιέω obſcænæ ſignificationis, quemadmodum Latinis interdum facio. Plaut. Si tibi cordi eſt facere, licet. Idem: mavult ancillæ facere quam liberæ. Rariſſimè tamen legitur hoc verbum ποιεῖν abſolutè ſumptum, rem veneream deſignare: ſed παιδοποιεῖσθαι, & μίξιν ποιεῖσθαι, conjunctim legimus. Herodot. ἐπίκοινον δὲ τῶν γυναικῶν τὴν μίξιν ποιοῦμαι, ἵνα κασίγνητοί τε ἀλλήλων ἔωσι, In commune cum mulieribus coëunt, ut inter ſe germani ac domeſtici ſint omnes. Abſolutè tamen uſurpavit Demoſthenes, quando pro corona ait: ἔμπουσαν ἅπαντες ἴσασι καλουμένην ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν, καὶ πάσχειν δηλονότι, quam Empuſam omnes norunt fuiſſe dictam, videlicet quod omnia faceret, ac pateretur. Hinc Prodicus πρᾶξιν & ἐργασίαν honeſtam habere ſignificationem; ſed ποίησιν interdum etiam turpem. Lucian. in dial. mer. καὶ ποιεῖς τὴν Δημώνασσαν ὅπερ οἱ ἄνδρες. Idem in Pſeudologiſt. Τὰ δὲ τοιαῦτα ποιεῖν, καὶ πάσχειν, ἄλλοις μέρεσι προστέτακται, Sed talia facere & pati, aliis partibus eſt injunctum.

Pag. 80. lin. 12. γλυκύτι. Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς ἀφροδίτης; Qualis nam vita foret, aut quid jucundi ſine aurea Venere? Plut. de amore: ἀλλ' ἡδονή τις τοὺς ἐρῶντας ἐπάγεται εἰς συνουσίαν, ſed voluptas quædam amantes allicit ad congreſſum. Pind. od. 6. olymp. γλυκείας ἀφροδίτας, *dulcis veneris*. Dido libr. 4. Æneid.

——— *Fuit aut tibi quicquam*
Dulce meum. Verecundè ſanè id, quod alioquin in legitimo conjugio ſanctè honeſtèque fit, verbis notat, qua dulcedine maximè amor conglutinatur: quippe συνάφεια ἄρρενός τε καὶ θηλείας, ἣν γάμον προσαγορεύομεν, φυσικοῦ νόμου ἐστὶ, qua animi utriuſque ita invicem innectuntur, ὥστε δύο εἰς σάρκα μίαν εἶναι. Unde illa στοργὴ πρὸς τοὺς τεχθέντας ἐν τῷ ἀνατρέφειν, ἣν ὁρῶμεν οὐ μόνον ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἀλόγοις ζώοις.

Pag. 80 lin. 17. ὀρθαὶ δὲ ἐκεῖναι πάσχουσι. Quemadmodum verbum ποιέω obſcænè aliquando dicitur: ita & πάσχω: Æſchin. in Cteſiph. ᾤκησε πολὺν χρόνον ἐν τῇ Δημοσθένους οἰκίᾳ ὅ,τι δὲ πράττων, ἢ πάσχων, ἀμφίβολος ἡ αἰτία, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδαμῶς εὔσχημον ἐμοὶ λέγειν. Lucian. in dialog. meretr. τοιαύτας γὰρ ἐν λέσβῳ λέγουσι γυναῖκας, ὑπὸ ἀνδρῶν μὲν οὐκ ἐθελούσας αὐτὸ πάσχειν, γυναιξὶ δὲ αὐτὰς πλησιαζούσας, ὥσπερ ἄνδρας, Tales enim mulieres in Leſbo eſſe perhibent, quæ à viris quidem illud pati nolint, cum mulieribus autem ipſæ, perinde ac viri, congrediantur.

Pag. 81. lin. 6. λυκαίνιον, Lycænium, uxor ſenis cujuſdam ruſtici, dicta à λύκαινα, lupa; alludens ita ad latinum nomen lupa, quod meretricem etiam notat. Cic. pro Mil. ille qui ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Pag. 81. lin. 18. ἐκ νευμάτων, videlicet ὄψεως, ſicuti ab Herodiano eſt additum: Τοιοῦτος γὰρ ἦν ὁ Μαξιμίνου φόβος, ὡς μηδὲν αὐτὸν λανθάνειν, παραφυλάττεσθαι δὲ πάντων οὐ μόνον τὰ διὰ φωνῆς καὶ γλώττης προφερόμενα, ἀλλὰ τὰ διʼ ὄψεως νεύματα, Quippe tantus erat Maximini metus, ut nihil illum planè lateret, omniumque non ſolum verba, ſed nutum quoque, ſpeciemque oris obſervaret.

Pag. 81. lin. 24. λόγχην ἐγκύψασα. lege ἐγκρύψασα, ita etiam verti.

Pag. 82. lin. 5. παρὰ τὴν γυναῖκα λαβὴν τὴν τίκτουσαν, D. Jongermanus legit hic cum clariſſ. Heinſio pro λαβὴν πάλιν, vel αὖθις. Ego nihil mutandum cenſeo.

Pag. 83. lin 12. διδαξαμένη τὰ ἔρωτος ἔργα, Palæſtra apud Lucian. ἐγὼ μὲν, νόμῳ διδασκάλου, καὶ ἐπιστάτου τὰ ὀνόματα τῶν παλαισμάτων, ὧν ἐθέλω εὑροῦσα, ἐρῶ, ego doctoris & præſidis more, certaminum nomina, quæ volo, tibi præſcribam.

Pag. 84. lin. 4. Τυροὺς ἁπαλοὺς. Hos caſeos Græci alias vocant Νεαλέας, νεαροὺς, aut νεοπαγέας. Ariſtophan. in Ran. nominat χλωροὺς: τὸν τυρὸν τὸν οὐδὲ χλωρὸν σὺν αὐτοῖσι ταλάροις κατέδηδε, caſeum non recentem cum ipſis caniſtris devoravit. Huic caſeo opponitur ὁ ξηρὸς, & ὁ παλαιὸς: nam vetuſtate caſei dicuntur areſçere.

Pag. 84. lin. 4. πρωτορρύτου γάλακτος, ad verbum, lactis quod primum defluxit, ſive defluit: ſic Græcis dicitur πρωτόρρυτος ῥητίνη, reſina quæ prima profluit. Videtur intelligere lac integrum, quale primum uberibus exprimitur, quod pinguius lacte ſuo cremore atque flore deſtituto eſſe ſolet, cujuſmodi lac Nicander Alexiphar. v. 141. γάλα πῖον hoc eſt, lac pingue, vocavit. Noſtrates *Soete melck*.

Pag. 84. lin. 7. ἀφθονίαν, retuli hoc ad munera plura quæ offerebat. Si ad animum referas, ut aliquando etiam refertur; Ita vertes: Ubi advertit tantam illius æquitatem.

Pag. 84. lin. 11. ὡς εἶχε, ut erat, quo tunc erat habitu; hæc dictio admodum familiaris eſt Græcis, & pro diverſa materia, diverſè redditur. Apud Xiphilin. in M. Anton. libr. 17. διενήξατο εὐθὺς ὥσπερ εἶχε, ſtatim ut erat, tranavit. Idem libr. 8. in Commod. ἐφίλει ὥσπερ εἶχε διὰ τοῦ κράνους, oſculabatur per galeam, quam gerebat. Zoſim. libr. 3. ὡς εἶχον, εἰς τὰ πλοῖα ἐμβάντες, ἐπεραιώθησαν, Tunc omnes eo quo erant habitu, naves ingreſſi, tranſmiſerunt. Idem libr. 9. μετὰ τῆς οὔσης αὐτῷ δυνάμεως, ὡς εἶχεν, ὁρμήσας, cum iis, quas tum ſecum habebat copias, profectus. Herodot. libr. 1. ubi loquitur de Arione. ὡς εἶχε σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ. Gell. in Noct. att. libr. 16. c. 19. vertit, cum omni ornatu, ſicut ſtabat. Valla, ut erat ornatus. Lucian. in Timon. καί σὺ μὲν σκάπτε, ὡς ἔχεις, Tu verò fode, ita ut facis. Veruntamen hæc verſio non placet omnibus. Apud Thucyd. ὥσπερ εἶχε, Scholiaſtes vertit, αὐτῷ τῷ σχήματι, eodem habitu.

Pag. 84. lin. 14. ἐκαθέσθη, forſan ἐκάθητο: quoniam apud Lucian. in Solæciſta καθέσθητι dicitur eſſe ἔκφυλον, hoc eſt, barbarum.

Pag. 81. lin. 22. Simulans ſe mane apud Chromin vicinam ire. Verba diſtorta ita digere in hac verſione, & lege: ſimulans mane apud Chromin ad vicinam ſe ire.

Pag. 84. lin. 21. Τὸ δὲ ἐντεῦθεν οὐδὲν περιηγάγετο ξένον, Deinde non circumduxit ultra peregrinum. Niſi quis putet ſcribendum pro περιηγάγετο, ἐπαιδαγώγετο, atque tum vertendum fuerit: Deinde non inſtituit hunc peregrinum. Non eſt inarguta hæcce conjectura, cum

mox

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

mox ſequatur, τελεσθείσης δὲ τῆς ἐρωτικῆς παιδαγωγίας: mihi prolubium vertendi fuit, ξένον, peregrinum. Tyro enim Daphnis, imo peregrinus in caſtris Veneris merito haberi poterat. Si neutraliter τὸ ξένον accipiatur, expones, id quod poſtidea factum eſt, non erat novum, aut inſolens.

Pag. 85. lin. 7. Συμπαλαίουσά σοι ταύτην τὴν πάλην. Loquitur tanquam palæſtra, & luctatio quædam ſiet, venereus concubitus. Hinc Domitianus clinopalen, veluti palæſtram lecti & exercitamentum dixit. Ea propter veteres nocturna bella, militiamque amatoriam, nugas illas cupidinis vocarunt.

Pag. 85. lin. 8. οἰμώξει καὶ κλαύσεται, Prima coitio, ut ait ille, acerbiſſima eſt. Theocr. Idyll. 8. v. 90.

Ὡς δὲ κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπη
Ὥτερος, οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο,
Ita verò doluit, & animo dejectus eſt mærore,
Alter, ut ſponſa primo concubitu dolet.

Scholiaſt. λυποῦνται γὰρ αἱ τοιαῦται, διὰ τὸ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον διατρώσκεσθαι. Crobyle non videtur id tanti feciſſe apud Lucian. quando Corinnam natam ſuam ita affatur: ὦ κόριννα, ὡς μὲν οὐ πάνυ δεινὸν ἦν, ὃ ἐνόμιζες, τὸ γυναῖκα γενέσθαι ἐκ παρθένου, μεμάθηκας ἤδη, Non ita grave eſſe, Corinna, ceu tu putabas, ex virgine mulierem fieri, jam didiciſti.

Pag. 86. lin. 14. Τὴν κόμην ἐφίλησεν. Moris fuiſſe videtur antiquis & comam oſculari & caput. Philippus præ gaudio oſculum fixit capiti Alexandri: Plut. in Alexand. καὶ καταβάντος αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν φιλήσας, at poſtquam deſiliit ex equo, caput ejus oſculatus eſt. Plutar. de conjuratis in Bruto, dicit illos fuiſſe Cæſaris oſculatos caput: καὶ στέρνα, καὶ κεφαλὴν κατεφίλουν, Pectus & caput deoſculabantur. Apulejus de Photide ait: Veſperi quoque cum ſomno concederes, & in cubiculum te duxit comiter, & blandè lectulo collocavit, & ſatis amanter cooperuit: & oſculato tuo capite, quam invita diſcederet, vultu prodidit. Quin & oculos oſculari ſolent. In Argonaut. apud Orphea, Peleus diſcedens filii Achillis deoſculatur κεφαλήν τε, ὄμματα καλά.

Pag. 86. lin. 16. Παλάθης μοῖραν. Eſt autem παλάθη, maſſa ficorum, & pinguium caricarum, quas in morem laterum figurantes, ut illæſæ permaneant, calcant, atque compingunt. Apud Lucian. reperitur παλάθη ἰσχάδων, παλάθη καρυκῶν. Grammatici dictam volunt à παλάσσω, contundo. Vel à παλαιὸς, vetus, ut ſit carica ad vetuſtatem compacta.

Pag. 86. lin. 23. ἄνεμος μὲν οὐκ ἦν γαλήνη δὲ ἦν καὶ ἐρέττειν ἐδόκει. Vetus dictum eſt: Ventis deſtitutus, remos adhibe. Heliodor. 5. Æthiop. ἐπειδὴ τὴν θάλασσαν ἐστόρεσεν ἡ γαλήνη, τὰς κώπας ἡ χρεία παρεκάλει, poſtquam mare factum eſt tranquillum, neceſſitas remos advocabat. Maximus Tyr. diſſert. 5. Non velles imitari agiles vectores, qui interdum, etiamſi nautæ non ſunt, ſolent προσάψασθαι κώπης ἐν γαλήνῃ, hoc eſt, remos in manus ſumere, ſi magna ſit tranquillitas.

Pag. 86. lin. 26. Νεαλεῖς ἰχθῦς, id eſt, νεωστὶ ἁλόντας, ἑαλωκότας, νεωστὶ εἰλημμένους, recentes, vel captos recens. Vel nuper ſale conſperſos. Eſtque hic διασώσασθαι, vivos, vel incorruptos transferre.

Pag. 87. lin. 1. τῶν τινῶν πλουσίων, putavi hic ſubaudiendum eſſe χάριν, ἕνεκα; cujuſmodi voculæ ſæpius ſubintelliguntur. Niſi quis malit ſubaudiri ὄντας, qui erant quorundam opulentorum ex civibus.

Pag.

Pag. 87. lin. 4. τὰς κώπας ἀνέφερον, attollebant remos. Nautæ remos attollere dicuntur, cum navim remis propellunt. Contra quando navis inhibent curſum, dicuntur καθιέναι, demittere in aquas remos. Thucyd. lib. 11. αἱ μὲν τίνες τῶν νεῶν καθεῖσαι τὰς κώπας ἐπέστησαν τοῦ πλοῦ, navis demiſſis remis curſum inhibuere. Liv. libr. 36. c. 44. Demittere in aquam remos ab utroque latere remiges ſtabiliendæ cauſa navis juſſit. Dion libr. 50. ita de Cæſare narrat. ἐν ἀπόρῳ ἔσχετο (ὁ καῖσαρ) καὶ τὰς κώπας ἐς τὸ ὕδωρ τοῖς ναύταις καθεῖναι κελεύσας, ἀνέσχε χρόνον τινά, Cæſar hæſitans remigibus, ut remos demitterent juſſit, ac paulum cunctatus eſt.

Pag. 87. lin. 5. κελευστὴς, juſſor, hortator, à κελεύω jubeo, hortor: ſed uſus obtinuit, ut reſtringatur ad eum, qui remiges hortatur, tanquam navigationis moderator, à Nonio portiſculus appellatur. Verè fuit portiſculus in navi, qui præco in ſpectaculis, & aliis rebus, malleum, ſive perticam, quæ ipſa portiſculus dicebatur, manu tenens, remiges hortabatur, urgebat, & cuncta pro poteſtate moderabatur. Vocatur Latinis, etiam Hortator. Plautus in Mercatore. Act. 4. ſc. 2.

——— *Coquos quaſi in mari*
Solet hortator remiges hortarier
Ita hortabatur.

Vocatur Senecæ pauſarius, quia remiges pergere, & pauſare jubet. Epiſt. 56. Audire vel pauſarium poſſim voce acerbiſſima remigi modos dantem. Egregie celeuſtæ autoritatem extollit Polyb. libr. 1. Μέσον ἐν αὐτοῖς στήσαντες τὸν κελευστὴν ἅμα πάντας ἀνάπιπτειν, ἐφ' αὑτοὺς ἄγοντας τὰς χεῖρας, καὶ πάλιν προνομεύειν ἐξωθοῦντας ταύτας συνείθιζον ἄρχεσθαί τε καὶ λήγειν τῆς κινήσεως πρὸς τὰ τοῦ κελευστοῦ παραγγέλματα, Hortatore in medio locato omnes ſimul reclinare ſeſe manus adducendo, & rurſus incumbere eaſdem propellendo, principio & fine motus ad hortatoris juſſionem facto aſſuefaciebant. Deſcribitur etiam ab Arriano ejus officium libr. 6. Exped. Alexandr. ἦν δ' ὅτε κτύπος τῆς εἰρεσίας οὐδενὶ ἄλλῳ ἐοικὼς, ἅτε ἀπὸ πολλῶν νεῶν ἐν ταυτῷ ἐρεσσομένων, καὶ βοὴ ἀπό τε τῶν κελευστῶν ἐνδιδόντων τὰς ἀρχάς τε καὶ ἀναπαύσας τῇ εἰρεσίᾳ καὶ τῶν ἐρετῶν ὁπότε ἀθρόοι ἐμπίπτοντες τῷ ῥοθίῳ ἐπαλάξειαν, miranda res erat, remorum ſtrepitum exaudire tot navibus uno temporis momento, remigantibus, & hortatoribus ſuo celeuſmate remigationis initium intermiſſionemque præſcribentibus, tot remigum uno impulſu flumen remis verberantium clamoribus ſublatis. Stat. Theb. 4.

——— *Sic Ambracii per littora ponti*
Nauticus in remis juvenum monſtrante magiſtro
Fit ſonus.

Pag. 87. lin. 5. Ναυτικὰς ᾠδὰς. Ναυτικὴ ᾠδὴ, eſt quod Græci unica dictione κέλευσμα appellant, & Latini græcam dictionem retinentes, celeuſma. Hoc celeuſma remigibus cani conſuevit, juſſis modo remis incumbere, modo fortius remigare, modo à remigando quieſcere. Idque fiebat interdum per ſymphoniacos pueros, & per aſſam vocem, id eſt, ore prolatam, interdum per citharam, ut in Argonaut. Aliquando pro voce lapidum concuſſione uſos fuiſſe legimus. Xenoph. libr. 5. λίθων ψόφῳ τῶν κελευστῶν, ἀντὶ φωνῆς, lapidum concuſſione, pro voce, ἀντὶ φωνῆς inquit, quia nempe alias hoc proprium ac ſolenne fuit: voculæ, quibus κελευσταὶ Græci, dum hortantur, uti ſolent, fuerunt: ὦ εἶα νῦν, ὦ εἶα πᾶς, ô eia nunc, ô eia omnis. Quamvis ſcholiaſtes Ariſtoph. ſcripſerit iſtis ſolere remiges cohiberi: οὕτω γὰρ ἐώθα-

σιν οἱ ἐπιςατοῦντες ἐπέχειν τὴν ὁρμὴν τῶν ἐλκόντων. Quod non ita ſe habet: quippe illis vocibus, remigum turba incitabatur, quod liquidum ex ipſo Ariſtophane: clamatur enim à Choro viſa pace: ἄγε νῦν, ἄγε πᾶς. Hic non dubito, quin verba interpretis cubent in mendo. Maro optimus moris rituſque antiqui interpres græcas illas voculas expreſſit per Nunc, o.

Nunc, ô lecta manus, validis incumbite remis.

Erat & alia quædam vox, qua remigare jubebantur, videlicet ῥύππαπαι. Scholiaſtes ad verſum, qui eſt in Ranis Act. 4. ſcen. 2.

σὐκ ἠπίςαντ' ἀλλ' ἢ μάζαν καλέσαι καὶ ῥύππαπαι εἰπεῖν, Inquit: τὸ ῥύππαπαι ἐπίφθεγμα ναυτικὸν παρασκευαςικὸν ἢ παρακέλευσμα Rhippape clamor nauticus eſt, quo jubentur navigare. Vox, qua deſiſtere jubebantur, erat ὠόπ, ut patet è verſu, qui eſt in eadem comædia Act. 1. ſc. 4.

πει, ὠόπ. κι ἀλαδρόμον ἀλάμενος.

Scholiaſtes iterum hoc loco: κέλευσμα τῶν ἐρεσσόντων τὸ ὠόπ παῦον τὴν κωπηλασίαν, Oop eſt clamor nauticus, quo remiges jubentur ab opere quieſcere.

Pag. 87. lin. 18. κοιλὸς γὰρ τῷ πεδίῳ αὐλὼν ὑπερκείμενος.

Convallis campo imminens, id eſt, vicina.

Pag. 87 lin. 21. φωνὴν ἀπεδίδου, reddebat vocem. Stat. lib. 4. ſub fin.

——*Longuſque virum ſuper ora cucurrit*
Clamor aquæ: ſic Ambracii per littora ponti,
Nauticus in remis juvenum monſtrante magiſtro
Fit ſonus, inque vicem contra percuſſa reclamat,
Terra, ſalutatus cum Leucada pandit Apollo.

Virg. in re haud abſimili libr. 5. Æneid.

Tum plauſu fremituque virum, ſtudiiſque faventum
Conſonat omne nemus, vocemque incluſa volutant
Littora, pulſati colles clamore reſultant. Geor. 4.
——*Aut ubi concava pulſu*
Saxa ſonant, vociſque offenſa reſultat
Imago.

Poëta ibi reſultantem ſonitum ex locorum cavitatibus, vocat egregiè vocis imaginem, quam noſter τῶν λεγομένων μιμητὴν hic appellat; Echo etenim revera nihil eſt aliud, quam repræſentatio, & vocis imitatio, quam imitationem rectè etiam imaginem dixeris: eſt enim imago dicta ſubtractis literis, quaſi imitago: ut tegmen à tegimen, & crimen à diſcernimen.

Pag. 87. lin. 24. καὶ ἐγίνετο ἄκουσμα τερπνὸν, erat gratum auditu. Herodian. libr. 1. In Commod. θεάματά τε καὶ ἀκούσματα τερπνὰ διηγούμενοι, commemorantes, quæ illic viſu audituque jucunda forent.

Pag. 88. lin. 1. Τῇ νηῒ παρατρεχούσῃ τὸ πεδίον θᾶττον πτεροῦ,

Ita Hom. odyſſ. η.

Τῶν νέες ὠκεῖαι ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα,
Horum naves veloces, veluti penna atque cogitatio.

Et Odyſſ. N. comparat cum pernicitate avium.

ἡ δὲ μάλ' ἀσφαλέως θέεν ἔμπεδον οὐδέ κεν ἴρηξ.
κίρκος ὁμαρτήσειεν, ἐλαφρότατος πετεηνῶν
Ὡς ἡ ῥίμφα θέουσα θαλάσσης κύματα ἔταμνεν,
Et valdè tutè currebat firmiter, neque accipiter
Circus ſecutus fuiſſet citiſſimus volucrum.
Sic illa celeriter currens maris undas ſecabat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Pag. 88. lin. 8. Τῶν ναυτῶν κελευόντων, Hortantibus nautis, videlicet ad impellendos remos. Rectè atque propriè hic uſurpatur vox hæc: quippe habet & peculiarem hortandi ſignificationem, à qua κέλευσμα, quod cani remigibus ſolet, de quo ſupra. In hoc ſignificatu etiam apud Athenæ. libr. 12. fol. mihi 535.

Χρυσόγονος μὲν ηὔλει τὸ τριηρικὸν, Καλλιπίδης δὲ ὁ τραγῳδὸς ἐκέλευε, Chryſogonus claſſicos numeros eſt modulatus: Callipedes verò Tragædiarum actor, clamore nautico illos eſt adhortatus.

Pag. 88. lin. 11. παρακελευσάντων habebat codex: Sed παραπλευσάντων, præſtat.

Pag. 89. lin. 16. Si legas pro ᾄδουσιν, ᾄδοντα, longè alia erit ſententia: & vertes, jactant etiamnum canentia membra.

Pag. 88. lin. 25. Μελιναὶ· lege Μελιάδες. Sunt enim Meliades Nymphæ, dictæ à μελία, quæ arbor Latinis fraxinus dicitur, vel quod cum fraxinis ſint natæ, vel quod eas ament, circaque eas verſentur.

Pag. 88. lin. 25. Δρυάδες, & ἀμαδρυάδες, ſunt Nymphæ, dictæ à δρῦς, quercus, quod cum quercubus naſci, & cum iiſdem una interire crederentur.

Pag. 88. lin. 26. Ἕλειοι, ſunt Nymphæ paluſtres, dicuntur & ἑλειονόμοι, quia in paludibus degunt & paſcuntur. Apollonio dicuntur Νύμφαι τῶν ναυπηκῶν.

Pag. 89. lin. 10. ὁ πὰν ὀργίζεται τῇ κόρῃ, ſuccenſet Pan puellæ. Apud Lucianum tamen jactat Pan, ſe rem habere cum Echone & Pity, quando inquit: ἐγὼ δὲ τῇ τε ἠχοῖ, καὶ τῇ πίτυι σύνειμι, καὶ ἁπάσαις ταῖς Διονύσου Μαινάσι, καὶ σπουδάζομαι πρὸς αὐτῶν, At ego cum Echone & Pity, omnibuſque Bacchi Mænadibus rem habeo, magnoque ſtudio ab ipſis obſervor.

Pag. 89. lin. 21. καὶ μιμεῖται πάντα καθάπερ τότε ἡ κόρη θεοὺς, ἀνθρώπους, ὄργανα, θηρία. Puellam hanc imitari omnia ſua voce; & ante, etiam in Nympham tranſmutatam narrat noſter, cum alluſione fortaſſis ad primum ortum Muſicæ, quam natam inter paſtores volunt: Nam hi natura duce, & avium concentu edocti, eam primi invenerunt, quod etiam adnotavit Jul. Scaliger. Refert Joannes de La cerda, ſe noviſſe juvenem Hiſpanum in regia Philippi Regis Hiſpaniarum prodigio ſimilem, qui cum nullas ſciret literas, neque prima ipſa Muſices elementa, tamen ſuaviſſimè modulabatur, & ore ipſo exprimebat voces omnes omnium inſtrumentorum, avenæ, tibiæ, buccinæ, claſſici, cornuum, organorum; ad hæc ſclopetorum ſibila, æris tinnitus, bombos omnes; dicens in vita paſtorali uſum ſe tantum magiſterio rupium, & arborum, cum in eas ventus ingruebat, atque edebat varia murmura, ſtrepitus, ſonores, raucedinem, mugitum: tum etiam attendiſſe ruentium fluminum cataractis & fragoribus, & inde excepiſſe quicquid ſciret, non aliunde, adeò ut, ſi quis tantum audiret, neque videret, putaret, ſe mera inſtrumenta audire, non humanam vocem.

Pag. 90. lin. 1. Πολλά. lege πολλάκις.

Pag. 90. lin. 2. εἶπεν ἠχώ. Unum tantum Auſonii epigramma de Echus imagine, quod illius naturam exprimit, hoc loco afferam, quod eſt:

Vane quid affectas faciem mihi ponere
pictor,
Ignotamque oculis ſollicitare Deam?
Aëris & linguæ ſum filia, mater inanis
Indicii, vocem quæ ſine mente gero.
Extremos pereunte modos à fine reducens,
Lu-

Ludificata ſequor verba aliena meis.
Auribus in veſtris habito penetrabilis Echo:
At ſi vis ſimilem pingere, pinge ſonum.

Pag. 91. lin. 1. αἰτοῦντες περὶ γάμον, petentes in uxorem. Plut. εἰς γάμον διδόναι, collocare in matrimonium. Baſil. περὶ γάμον ἄγεσθαι, ducere uxorem. Aliquando abſolute αἰτεῖν κόρην. Lucian. in Τοξ: ἔθος δέ ἐστιν ἐν Βοσπόρῳ ἐπὶ τῷ δείπνῳ μνηστῆρας αἰτεῖν τὰς κόρας, Eſt autem mos in Boſporo, uti proci in convivio petant puellas.

Pag. 91. lin. 4. Ταῖς ἐλπίσι ἐπαιρομένη. Spe elata, impulſa. Thucyd. libr. 3. ὅμως δὲ τῇ ἐλπίδι ἐπαιρόμενοι κινδυνεύουσι, ſpe tamen impulſi ſe periculis exponunt. Et libr. 1. μὴ γὰρ δὴ ἐκείνῃ γε τῇ ἐλπίδι ἐπαιρώμεθα, Neque ſpe illa erigamur. Herodian. libr. 2. Ταύταις ἐπαιρόμενοι ταῖς ἐλπίσι, hac ſpe ſublati.

Pag. 91. lin. 11. καὶ ἄνδρα ποιήσεταί τινα ἐπὶ μήλοις ἢ ῥόδοις; verti, alicui paſtorum, acceptis roſis maliſque, nuptura. Veluti pro arrhis ſponſalitiis, ejuſmodi quiſquiliis acceptis. Ad verbum, virum aliquem, hoc eſt conjugem ſibi faciet, propter roſas, aut mala. Niſi malis in eo ſignificatu hic ſumere τὸ ποιεῖσθαι ἄνδρα, ut ſupra pag. 85. Ubi Lycænium dicit Daphnidi: καὶ μέμνησο ὅτι σε ἄνδρα ἐγὼ πρὸ Χλόης πεποίηκα. Ita ut, ſecundum meam verſionem, ea ſit ſententia. Chloë fortaſſe perditura ſuam erit virginitatem, ſuamque alicui paſtorum aſtrictura fidem, ea conditione, ut roſas malaque habeat. Quippe conditiones pactorum, ſimiliumque rerum, per præpoſitionem ἐπὶ cum dandi caſu exprimuntur. Dion. Halicar. libr. antiquitat. 10. ἐπὶ τούτοις ἔφη χαρίεσθαι τὰς ἀναπαύλας τῶν πολέμων, reſpondit ſe requiem à bellis ea conditione ipſis daturum. Herodian. libr. 1. πάντοθεν τοὺς ἐπὶ λόγοις δοκιμωτάτους, ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτους καλῶν, viros eruditione clariſſimos, non contemnendis ſtipendiis undique accerſens. Σύνταξις hic ſtipendia, Gagie, penſie denotat. Videtur ad amantium mores hic alluſiſſe Longus, quorum qui vulgari amabant more, nec nimium inſaniebant, dicebantur ἐρᾶν μήλοις, καὶ ῥόδοις, aut μήλοις καὶ στεφάνοις: Nam nihil vetat quo minus per metonymiam materiæ hic ſerta intelligantur, Theocr. Idyll. XI.

Ἤρατο δ' οὔτι ῥόδοις, οὐ μάλοις, οὐδὲ κικίννοις,
Amavit verò non roſis, aut pomis, aut cicinnis.

Qui impensè donabant, dicebantur ἐρᾶν ἢ δωρεῖσθαι οὐ κατὰ μῆλα καὶ στεφάνους. Quia hæc munera vulgo ad amicas mittebantur. Firmat hæc Lucianus lepidiſſimus in Toxari. Quando ait: τὰ μὲν γὰρ δῶρα οὐ κατὰ μῆλα καὶ στεφάνους ἀντεδίδου αὐτῇ, non mala dedit ſemiroſa, & corollas ſemiaridas, cujuſmodi munera Diniæ miſſitaverat juveni meretrix illa Chariclea, ἀλλὰ συνοικίαν ὅλην, καὶ ἀγρὸν, καὶ θεράπαιναν, καὶ ἐσθῆτας εὐανθεῖς, καὶ χρυσὸν ὁπόσον ἐθελήσειε, ſiquidem mulieri reddita ſunt dona non pro pomorum aut ſertorum pretio: ſed ſolidæ domus, agri, famulæ, veſtes floridæ, auri quantum optaret. Crediderunt veteres vim quandam arcanam ineſſe roſis amorem conciliandi, de malis ſivè pomis dictum memini (p. 19. l. 4. & p. 30. l. 26.) Quia Venus ſibi amorem illis conciliavit: quare Philoſtratus ſatis præclarè alibi vocat τὰ ῥόδα ἐρωτικὰ, καὶ πανοῦργα, roſas amatorias, & verſutas: & quæ tacita quadam fraude amorem ſui alliciant. Iterum πεφαρμαγμένα, quaſi armatæ ſint veneno. Alibi illas cum Cupidine comparat: nam ſicut is Deus ſagittas habet, faces,

alas: ita ῥόδα τὴν ἄκανθαν ἀντὶ βελῶν ἔχει, τὸ πυῤῥὸν ἀντὶ δᾳδῶν, τοῖς φύλλοις ἐπτέρωται, Roſæ ſpinam ſagittarum loco habent, rutilum colorem pro facibus, foliis alatæ ſunt. Hinc iterum coronatos roſis, ait coronatos eſſe πυρὶ, quia hic flos incendit ad amorem animos, uti ignis ipſe incendit corpora. Quamobrem alibi, οἷαν τὸ πῦρ ἔχει τὴν ἀκμὴν, habent vigorem igneum. Eaſdem delicias Philoſtrato habet libro 2. de eodem hocce flore Achilles Tatius: Si regem floribus conſtituere Jupiter voluiſſet, non alium certè, quam roſam, hujuſmodi honore dignatus eſſet. Hæc terræ ornamentum eſt, plantarum, ſplendor, oculus florum, prati rubor, flos omnium pulcherrimus. Hæc amorem ſpirat, Venerem conciliat, odoratis foliis luxuriat, tremulis frondibus, ac Zephyri afflatu ridentibus delectat.

Alex. 2. Pæd. cap. 8. ῥόδον vult dictum ἀπὸ τῆς ῥοῆς ὀδωδῆς, à fluxu odoris, vel quaſi ὄδον pro ὄζον, ab ὄζω oleo, τὸ εὔοσμον ὄν.

Pag. 91. lin. 17. ποτὲ μὲν ἔθελγετ τοῖς λεγομένοις, μείζονα δῶρα &c. Rectè Menander.

ὅστις ὑπέχει χρυσίῳ τὴν χεῖρα, κἂν μὴ φῇ, πονηρὰ βουλεύεται, Quicunque manum auro ſupponit, ille quamvis inficietur, mala conſilia molitur. Exod. 13. δῶρα οὐ μὴ λήψη. Τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς βλεπόντων, καὶ λυμαίνεται ῥήματα δίκαια, dona non accipito: quippe dona cæcant etiam perſpicaces, bonorumque virorum orationem pervertunt.

Pag. 91. lin. 25. Εἷλκε χρόνον ἐκ χρόνου; niſi pro εἷλκε malis ἤνεγκε, ad verbum tempus è tempore trahebat. Quod Demoſthenes dixit, χρόνον ἐνεποίει τοῖς πράγμασι. Herodian. διατρίβων χρόνον ἐποίησε. Baſil. ἀναβάλλεσθαι ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, diem de die ducere. Latini moras nectere, differre, moram adhibere, moram interponere, prorogare, protrahere.

Pag. 92. lin. 2. ἐλυπεῖτο, μᾶλλον μὴ μανθάνων, Nam parvulum differt patiaris adverſa, an exſpectes: niſi quod tantum eſt dolendi modus, non eſt timendi. Doleas enim quantum ſcias accidiſſe: ut pulchrè Plin. Secund. in epiſt. quadam loquitur.

Pag. 92. lin. 10. ἔκφρων, qui eſt extra mentem, idem quod ἄφρων: ſed minus uſitatum. Suid. ἔκφρων, ἐξεστηκὼς, παραπαίων, ἔξω φρενῶν γενόμενος, ex ſano mentis ſtatu egreſſus, delirans, extra mentem exiſtens. Plut. uſus eſt in Caton. min. ἡ μὲν πόλις τοῦ τὸν ἄγγελμα μικροῦ δεῖν ἔκφρων γενομένη, cives ad eum nuncium penè amentes facti.

Pag. 92. lin. 18. ἕνα τῶν μνωμένων, ſe unum eſſe, ex iis qui ambirent puellam. Eſt enim μνᾶσθαι, teſte Budæo, ambire puellam, conjugium, connubium petere, procum eſſe. Lucian. in Toxar. loquens de Arſacoma Scytha. διότι μνηστευόμενος ἥκει, quare ad ambiendas nuptias venit, & paulo poſt: καὶ μνηστεύεσθαι τὴν παῖδα, & ſponſam ambire. Hom. odyſſ. α.

Τόσσοι (μνηστῆρες) μητέρ' ἐμὴν μνῶνται,
τρύχουσι δὲ οἶκον,

Tot matrem (proci) meam ambiunt,
deſtruunt autem domum.

Dixit etiam Lucia. μνᾶσθαι γάμον, pro eodem.

Pag. 92. lin. 28. λόγους προσήνεγκεν, ſermonem intulit, injecit. Elegans dicendi modus, veteribus nequaquam incognitus: Nam quod Latium dixit, inferre, injicere ſermonem: Græcia προσφέρειν λόγον, Herodot. in Thalia, προσφέρει Δαρείῳ λόγον τοιόνδε, Budæ. in comment. græc. ling. exponit etiam προσφέρειν λόγον, verba facere, appellare aliquem, ſollicitare, alloqui. Plut.

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

in Ariſtid. παυσανίας Ἀριστείδῃ προσέφερε λόγον, Pauſanias verba fecit apud Ariſtidem, vel ut alii vertunt, ſermonem intulit.

Pag. 93. lin. 4. εἰ παιδὶ προξενεῖ. εἰ hic ſignificat idem quod ὅτι, quod, quia. Plut. in vita Cat. min. εἰ δὲ Φιλόστρατον ἐν σικελίᾳ μέσον εἶχεν περιπατῶν ἐπὶ τιμῇ φιλοσοφίας, ἐγκαλοῦσι. quod verò Philoſtratum in Sicilia Philoſopiæ honoris cauſa acceperit in deambulando medium, id exagitant. Vide ſupra. pag. 4. lin. 11.

Pag. 93. lin. 5. προξενεῖ, nuptias conciliat. Habet nonnunquam hanc ſignificationem hoc verbum, & dicitur προξενεῖν ὁ μετερχόμενος καὶ μνώμενός τινι νύμφην: atque hoc qui fungitur munere προξενητὴς, & mulier προξενήτρια, vel ἡ προμνήστρια, conciliator, & conciliatrix matrimonii appellatur. Xiphil. in Auguſt. καὶ τούτῳ οἱ τοῦ Ἀντωνίου στρατιῶται τὴν θυγατέρα τῆς Φουλουίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἣν ἐκ τοῦ Κλωδίου εἶχε, τῷ Καίσαρι, καίτοι ἑτέρᾳ ἐγγεγυημένῳ, προεξένησαν, Interim milites Antonii, Fulviæ uxoris ejus filiam, quam ipſa ex Clodio habuerat, cæſari, etſi ante ſponſalia cum alia fecerat, deſponderunt, hoc eſt, ejus filiæ matrimonii contrahendi amici interpretes & conglutinatores fuere.

Pag. 93. lin. 17. ἴθι δὴ, πεῖσον, Ito nunc, & perſuade. Frequenter imperativus hicce apud probatos autores uſurpatur, quando ſignificatum volunt, alium hortari alium ſeriò. Dionyſ. Halicar. libr. antiq. Rom. 8. ἴθι δὴ, Μινύκιε, ἀπόκριναι, i nunc Minucie, reſponde. Et paulo poſt : ἴθι δὴ σκόπει, i nunc conſidera. Alias adverbialiter ponitur pro εἶα, ἄγε, idque ſequente alio imperativo, ſivè mediate, ſivè immediatè. Hom. Il. β.

Βάσκ' ἴθι οὖλε ὄνειρε,

Vade, age pernicioſum ſomnium.

Vide ſupra pag. 24. lin. 3.

Pag. 93. lib. 19. μηδὲν αἰτεῖν μέγα, καὶ γαμεῖν: verti, te nihil magni petere, ſed ducere velle. Vel ita poteſt verti: ne quid magni petat (pater) ſed vos matrimonio jungat.

Pag. 93. l. 19. καὶ γαμεῖν. copulativa καὶ pro adverſativa ἀλλὰ aliquando ſumitur, ſicut apud Matth. cap. 11. §. 19. καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, ſed juſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis. Atque pluribus locis in fæderis novi tabulis reperitur: quamobrem nonnulli putarunt id hebræorum more dici: Sed ὁ ἀττικώτατος Theophraſt. non ſemel ita loquitur. Ita & Demoſth. de Cherſon. αἴτιον δὲ τοῦτο, καὶ μοι πρὸς θεῶν, Iſtorum autem cauſa hæc eſt, ſed per Deos.

Pag. 93. lin. 24. παρῃτῆσθαι, paſſiva voce hic uſurpatur, cum ſemper fermè alias hoc verbum activam ſignificationem recipiat, niſi quod legamus apud Suidam παραιτηθεὶς δὲ διὰ τῶν φίλων, τοῦτον ἀπέλυσε τῆς αἰτίας, Hunc autem amicorum deprecationibus èxoratus, illius criminis abſolvit: & apud Lucam c. 14. §. 18. ἔχε με παρῃτημένον, habe excuſatum me.

Pag. 93. lin. 26. Τὰ λεγόμενα, potius τὰ λελεγμένα.

Pag. 93. lin. 28. λειπόμενος δὲ πολὺ τῶν αἰτουμένων, cum longè eſſet inferior iis, qui ambiebant; niſi quis malit pro πολὺ hic legere πλούτῳ, cum divitiis cederet, vel inferior eſſet reliquis illam petentibus. λείπομαί σου γνώμῃ, dixit Euripides, ſuperor à te conſilio. Plat. μηδὲν λείπομαί σου, nulla re tibi ſecundus. Dion. Halicar. lib. 2. antiq. οὔτε πλήθει λειπόμενοι τῶν πολεμίων, nec numero cedentes hoſtibus.

Pag. 93. lin. 29. αἰτουμένων, Rectè: qui enim conjugium affectant, aut puellas ambiunt, dicuntur αἰτεῖσθαι vel

αἰτεῖν. Lucian. in Toxar. Τοὺς μνηστῆρας ἐπὶ τῷ δείπνῳ αἰτεῖν τὰς κόρας. Et paulo poſt: κατὰ τόνδε τὸν νόμον ἀπειστάντων, καὶ αἰτησάντων.

Pag. 94. lin 8. γάμου τὸ ἀλόης μέλει ἄλλῳ θεῷ, conjugii amaror alii Numini curæ eſt. Hoc eſt conjugium, cui plurimæ ſunt admixtæ moleſtiæ ac ærumnæ. Eſt aloe frutex quidam, odore gravi, ſapore amariſſimo, cujus meminit Dioſcorid: ut & Plaut. cum dicit vitam hominis plus aloes, quam mellis habere. Juvenal. de uxore: plus aloes, quam mellis habet. Niſi malis legere pro ἀλόης: Χλόης, Alii Deo Chloë curæ eſt, quod malo.

Pag. 94. lin. 18. ἐξεβράσθη. Ulpian. l. 3. §. 6. ff. de incend. Ruin. naufr.

Qui ejecta nave quid rapuit, hoc edicto tenetur. Ejecta, hoc eſt, quod Græci ajunt ἐξεβράσθη.

Pag. 94. lin. 20. Βαλάντιον δὲ τετρακισχιλίων δραχμῶν. Eadem forma dixit Herodian. lib. 5. in Macrino: Βαλάντια τε χρημάτων (μέγα δέλεαρ προδοσίας) αὐτοῖς ἐδείκνυσαν, ſacculos quoque nummorum plenos, magnam nimirum eſcam proditionis, illis oſtentarunt. Videtur in his loquendi formulis, ſubaudiri μεστὸν, aut huic ſimile quid. βαλάντιον dicitur, ἀπὸ τοῦ βάλλειν ἐντὸς, quod in eo aliquid condatur vel reponatur.

Pag. 94. lin. 20. δραχμῶν, δραχμὴ à δράττομαι dicta, manu corripio, quæ tantum κερμάτων continet, quantum aliquis manu in pugnum contracta capere poſſit, ut Theocriti ſcholiaſtes, & alii grammatici tradunt. Drachma attica ſex obolorum eſt. Eſtque idem quod Latinis denarius ſive denarium, quod Judæis dimidius Siclus.

Pag. 95. lin. 10. πλησίον κυματώδους γῆς, propè fluctuoſum littus. Ariſtoteles in problemat. κυματωδέστεραι γαῖαι, terræ, ſive littora fluctuoſiora: ſed forte hic legendum eſt κυματωγῆς, vel κυματώγης: eſt autem κυματωγὴ, littus ad quod undæ feruntur atque franguntur, pro quo poëticè συνωνύμως dicitur αἰγίαλος, atque ῥηγμίν. Apud Herodot. in Calliope. κηρυκήιον ἐφάνη ἐπὶ τῆς κυματώγης κείμενον, viſum eſt caduceum in littore poſitum. Lucian. καὶ φοβερωτάτην ποιεῖ τὴν κυματώγην. Alibi apud Herodot. ſcribitur κυματωγὴ, ὀξυτόνως: alibi verò κυματώγη, παροξυτόνως. Sed fortaſſe cum idem ſit vocabulum, & eadem ſignificatio, conſtanter etiam idem accentus videretur ſervandus. Vel ſi codex eſt ſanus, hæc accentus varietas eſt obſervanda.

Pag. 96. lin. 6. Σοβεῖ. Verbum σοβέω ſignificanter hic uſurpatur ab Autore: quippe ſignificat vado, curro: obvios quoſque ſummovendo. Demoſth. in Mid. καὶ τρεῖς ἀκολούθους ἢ τέτταρας αὐτὸς ἔχων, διὰ τῆς ἀγορᾶς σοβεῖ, Atque pediſſequos tres aut quatuor habens per forum proficiſcitur, obvios quoſque ſummovens: ubi interpres ait, τὸ σοβεῖν eſſe συνεχοῦς κινήσεως τεκμήριον. Heſych. σοβεῖν, τρέχειν. Suid. σοβεῖν eſſe μετὰ σεμνότητος πορεύεσθαι, cum gravitate progredi, graviter, ac inſolenter, & ſuperbè incedere, quæ omnia optimè huic loco quadrant.

Pag. 96. lin. 8. ἀλωνοτριβοῦντα. Eſt autem ἀλωνοτριβῶ juxta Suidam ἐπὶ τῆς ἅλωνος διατρίβω, in area verſor, dego, idem quod ἀλωνίζω. At hic ſignificat trituro, excutio in area grana, compoſitum, ex ἅλων, area, & verbo τρίβω, tero, contero, tundo: Nam boves dicuntur Græcis τρίβειν, quando triturant: ut videre eſt apud Hom. I. *υ*. verſ. 495.

Ὡς δ᾽ ὅτε τις ζεύξῃ βόας ἄρσενας εὐρυμετώπους,
Τριβέμεναι κρῖ λευκὸν ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Vt autem quando quis ſubjugavit boves mares latifrondes,
Ad terendum hordeum album rotunda in area.

Quo ſenſu uſus eſt etiam verbo terere Virg. Geor. 1.

Et medio toſtas æſtu terit area fruges.

Pag. 96. lin. 10. ἐμοὶ δὸς χλόην γυναῖκα. Ita Arſacomas apud Lucian. δὸς μοι, ὦ βασιλεῦ τὴν θυγατέρα σου Μαζαίαν, γυναῖκα ἔχειν, colloca mihi, rex, filiam tuam Mazæam.

Pag. 96. lin. 17. ἔθρεψα καὶ τράγους μεγάλους, magnos enutrivi hircos videlicet, capellis admittendos; commendat ſuam induſtriam in re ruſtica Daphnis, non ignarus fortes, juxta Venuſinum, creari fortibus & bonis; ita & magnos magnis atque bonis. Quamobrem paſtor ille apud Maronem monet prudenter primis ab annis maximam adhibendam eſſe curam illis pullis, qui adſervandi ſint ad admiſſuram equarum, quandoquidem ex parentibus optimis, exiſtat ſoboles optima:

Tu modo quos in ſpem ſtatuis ſubmittere gentis.

Pag. 96. lin. 19. Τὰς αἶγας ὑπεβάλλομεν, capras ſubmittebamus. Rectè propriéque: quippe capellæ hircis ſubmittuntur. Theocr. Idyll. 9.

Μόσχως βωσὶν ὑφέντες,
Vitulos bobus ſubmittentes.

Quod Homer.

ὑποχὼν θήλεας ἵππους. Scholiaſt. ὑποχὼν, ὑποβαλών. Fuere tamen, qui verſum hunc non caperent de admiſſura, ſed furto.

Pag. 96. lin. 19. πρότερον ἀλλοτρίοις. Quaſi dicat, olim alienis præ inopia bonorum hircorum, uti nos neceſſitas cogebat in admiſſura, at jam noſtros ipſorum admittimus, ut pote robuſtos, atque egregios. Eſt enim, ut Columella ait, vernaculum pecus peregrino longe utilius.

Pag. 96. lin. 28. παρ᾽ ἐμοῦ δ᾽ αἱ τριχίλιαι. Ita habebat codex, pro eo legi παρ᾽ ἐμοῦ αὖθ᾽ ὑμῖν τριχίλιαι.

Pag. 97. lin. 5. ἰδόντες τοσοῦτον ἀργύριον, αὐτίκα τε δώσειν &c.

Hic videre licet, quam nummis omnia ſint facilia. Τὰ γὰρ τοῖς ὅπλοις ἀδύνατα κρατηθῆναι, τῷ χρυσῷ ῥάδιον καταπολεμῆσαι, inquit Diod. Sicul. Quæ enim armis erant invicta, facile auro expugnaveris. Timon ille μισάνθρωπος apud Lucianum, Νῦν, inquit, πείθομαί γε Δία ποτὲ γενέσθαι χρυσόν. τίς γὰρ οὐκ ἂν παρθένος ἀναπεπταμένοις τοῖς κόλποις ὑποδέξαιτο οὕτω καλὸν ἐραστὴν διὰ τοῦ τέγους καταῤῥέοντα, Nunc demum credo, vel Jovem ipſum aurum eſſe factum. Etenim quæ tandem virgo non exporrecto ſinu uſque adeò formoſum amatorem excipiat per tegulas illapſum. Et non ſua magis ætate, quam noſtra, oraculi veridici vice fuit,

ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις,
Argenteis pugna telis, & omnia vinces.

Plaut. Auro loquente, nihil pollet quævis oratio. Non ſine Venere, ut omnia, P. Arbiter.

Quiſquis habet nummos, ſecura naviget aura,
Fortunamque ſuo temperet arbitrio:
Vxorem ducat Danaën, ipſumque licebit
Acriſium jubeat credere, quod Danaën.
Carmina componat, declamet, concrepet omneis,
Et peragat cauſas, ſitque Catone prior.
Iuriſconſultus paret, non paret, habeto,
Atque eſto quidquid Servius, aut Labeo.

Multa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Multa loquor: quidvis nummis præſentibus opta,
Et veniet. Clauſum poſſidet arca Iovem.

Vid. Horat. libr. 2. Satyr.

Fit nummis præſul, & abbas.

Quis enim poſſet reſiſtere tot armatis? dixiſſe aliquis fertur, cum ad patrocinium cauſæ non ſatis bonæ antea denegatum, aliquot centenis aureis ungaricis Regum effigie inſignitis, ſe adduci paſſus fuiſſet.

Verè itaque Pindar. Pyth. od. 3.

Ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται.
Ἔτραπε κἀκεῖνον ἀγάνορι μισθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶν φανείς.

Verum lucro etiam ſapientia irretitur.
Pervertit enim & illum ingenti mercede aurum in manibus apparens.

Quippe, ut Chremylus apud Ariſtophanem in Pluto, verè dixit.

Ἅπαντα τοῦ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα,

Pecuniæ obediunt omnia. Hominibus veluti ſanguis & anima eſt argentum, ut Græcorum quidam verſiculus habet: eo qui deſtituitur, nec ipſum ſibi paravit, is inter vivos mortuus obambulat.

Pag. 97 lin. 11. καὶ τοῖς τριβίοις κατειργάσατο τὸν σῖτον.

Pro τριβίοις, hic lege τριβόλοις. Eſt enim τρίβολος ruſticum inſtrumentum, latinè tribula & tribulum, dictum à terendo. Propriè vehiculum è tabula lapidibus aut ferro aſperata, quo frumenta à bobus junctis ducto terebantur. Plin. libr. 18. meſſis tribulis in area exteritur. Hujus facit & mentionem Virgil. 1. Georg. verſ. 164. Pro tribulis noſtrates, & fermè ubique, hodiè utuntur flagellis. Videtur David hoc inſtrumento uſus ad plectendos homines, cum Ammonitas juſſit ferreis ſecari ſerris, cultriſque ſubjici, tribuliſque ferreis proteri, ἔθηκαν αὐτοὺς ἐν πρίονι, καὶ ἐν τοῖς τριβόλοις, τοῖς σιδηροῖς καὶ ὑποτομεῦσι, Et ſerris, tribuliſque ferreis &c.

Pag. 97. lin. 17. Τὸ καινότατον. Apud elegantiſſimum Lucianum ſæpè τὸ καινότατον per parentheſin enunciatur, ſumiturque pro re valdè inuſitata: quodque Budæ. interpretatur. Quod maximè mireris. Alii tamen quod eſt abſurdiſſimum. Luc. in Nigrin. Ἔνιοι μὲν γὰρ (τὸ καινότατον) οὐδὲ νοσεῖν σχολάζουσιν, Quibuſdam enim (quod abſurdiſſimum eſt, vel quod maximè mireris) non eſt ægrotandi otium, Paulo poſt, καὶ ὑπομιμνήσκειν (τὸ καινότατον) Atque ita commonefacere (quod maximè mireris) Item in Timone, καὶ τὸ καινότατον, αὐτοὺς ζηλοτυπούντων, Quod eſt abſurdiſſimum, ſe ipſos Zelotypia proſequuntur. Alii legunt pro τὸ καινότατον, τὸν καινότατον, h. e. noviſſimum ſponſum. Sed non muto.

Pag. 97. lin. 18. κρίθια μετροῦντες. lege κριπάδια μετροῦντες. Athenæ. κριπάδια καὶ πυροὺς ὀλίγους διαμετρῶν.

Pag. 97. lin. 29. συντέθραπται γὰρ ἀλλήλοις κἀν τῷ νέμειν &c. lege συντετράφθαι &c. item συνῆφθαι φιλία. Simul enim educatos eos, & inter paſcendum ita amicitia conjunctos eſſe, &c.

Pag. 98. lin. 16. Τοὺς γείτονας περιπομῶντες. Quanti omni ævo vicinos fecerit antiquitas, vel ſuo exemplo declarat Themiſtocles, qui diſtracturus fundum, juſſit & illum proclamari à præcone, etiam vicinum illum habere bonum. Ideò vult etiam Heſiodus vicinum ante omnes ad cœnam vocandum, cum inquit.

Τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν, ὅστις σέθεν ἐγγύθι ναίει,
Hunc autem in primis voca, qui propè te habitat.

Et paulo poſt:

Ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ,

Nactus

Nactus eſt bonum, quicunque nactus eſt
vicinum bonum.

Idem.

Τὴν δὲ μάλιστα γαμεῖν, ἥτις σέθεν ἐγ-
γύθι ναίει,

Eam verò potiſſimum ducito, quæ te
propè habitat.

De vicinorum amore & veneratione, eſt etiam apud Herodot. Locus huc faciens, ubi de Perſarum moribus agens, ita ait: In pretio habent viciniſſimos: deinde proximos: & ſic ordine procedendo honorant alios. Cæterum qui longiſſimè diſtant habitando, eos minimè in aliquo habent honore.

Pag. 98. lin. 20. σπεύδω τὸν γάμον, propero nuptias. Hoc eſt, urgeo. Eodem modo Homer. od. τ.

οἱ δὲ γάμον σπεύδουσιν· ἐγὼ δὲ δόλους
τολυπεύω,

Hi autem nuptias feſtinant, ego autem
dolos cogito.

Tacitus imitatus Græcos, deditionem properat, dixit.

Pag. 98. lin. 27. περισπούδαστος δὲ καὶ Χλόη. Verti, magnoque quæ affectetur ſtudio digna. Vel quæ à multis ambitur, ut apud Lucian. in dial. meretr. περισπούδαστοί εἰσιν αἱ ἑταῖραι, magno ſtudio ambiuntur meretrices.

Pag. 98. lin. 29. δοῦλος δὲ ὤν, οὐδενός εἰμι τῶν ἐμῶν κύριος, Servus cum ſim, nihil habec quod meum eſt. Loquitur ille ſecundum jus Romanum, quo ſervus, cum ſit ipſemet in poteſtate domini, nihil ſuum habet, §. 3. Inſt. per quas perſ. nobis acqui Omne enim quod per ſervos acquiritur, id dominis acquiri, certi juris eſt §. 1. de his qui ſunt ſui, vel alien. jur.

Pag. 99. lin. 2. ἀναβαλλώμεθα. Codex habebat ἀναβαλλόμεθα.

Pag. 99. lin. 9. σπεύδεις περὶ μειράκιον. Nota verbum σπεύδω cum præpoſitione περὶ poni pro σπουδάζω. Heſych. σπεύδων, σπουδάζων, ἐνεργῶν. Dion. Halicar. libr. antiq. 9. εἰρήνην τε ἀνὰ τὴν χώραν σπεύδων εἶναι, pro σπουδάζων εἶναι.

Pag. 99. lin. 21. μαδώσῃ γυναικί. μαδάω, ſum μαδὸς, ſive μαδαρὸς, ſum lævis & depilis. In qua ſignificatione uſus eſt Ariſtoph. in Pluto.

πρεσβύτην
ῥυπῶντα, κυφὸν, ἄθλιον, ῥυσὸν,
μαδῶντα, νωδὸν; *Senem*
Squalidum, gibboſum, ærumnoſum
Rugoſum, calvum, edentulum.

Hic Scholiaſt. μαδῶντα ἀντὶ τοῦ κόμην μὴ ἔχοντα. Vel pro putrida hic ſumitur anicula.

Pag. 99. lin. 23. ὅσων οὐδὲ ἀχράδων, lege ὅσον.

Pag. 100. lin. 10. δεξιάν τε ἔδωκεν, & dedit illi dextram. Dextra ſymbolum amoris erat. Propterea Pythagoras admonens non quoſlibet in amicitiam eſſe admittendos, dicebat: μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιὰν, dextram non cuivis eſſe injiciendam, ſive porrigendam. Euripid. Iphigen. in Aul. ἄδελφε δὸς δεξιᾶς σῆς θιγεῖν, *frater da contingere dextram tuam.* Cum primis autem, quia dextra fidei ſacra, in fide porrigebatur, pactaque dextra data & olim, & etiamnum firmari ſolent. Interpres Ariſtoph. in nub. ad verba: τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιὰν, *dextram manum porrige*, ſic ait: ἔθος ἦν ἐπὶ πίστει, καὶ συνθήκαις βεβαίαις τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλων, moris erat in fide pactiſque firmis dexteras mutuo dare, Cic. Philipp. 2. Dextræ, quæ fidei teſtes eſſe ſolent. Tacit. ann. 2. pro fidem renovari, dixit, renovari dextras.

Pag. 100. lin. 12. θᾶττον νοήματος, cogitatione citius, celerius opinione, dicto citius, ut dici ſolet. Eadem dicendi forma utitur Hom. Odyſſ. η.

Τῶν νέες ὠκεῖαι ὡσεὶ πτερὸν, ἠὲ νόημα,
Horum naves veloces, velut penna,
atque cogitatio,

qua nihil citius. Euſtat. ad hæc: ὅ θύας ἐςὶ ταχύτητος ἔνδειξις. Hinc Thales apud Laërtium: τάχιςον ὁ νοῦς, nil citius cogitatione.

Pag. 100. lin. 20. ἐνεπήγνυ δὲ ταρσοῖς τοὺς τύρους. ταρσὸς, & att. ταῤῥὸς, crates, ſuper qua caſei, aliaque ſolent, τέρσεσθαι, id eſt, ſiccari. Vel fiſcella, aut calathus, in quo caſei ſuſpenſi ſolent exſiccari. Euſtat. ταρσοὶ δὲ καλαθίσκοι, ἐν οἷς τυρεύομενοι, κληθέντες οὕτω, παρὰ τὸ τέρσαι, τὸ ξηρᾶναι, ἐν οἷς τερσαίνονται οἱ τυροί. Ubi addit, Homerum hoſce ταρσοὺς vocare πλεκτοὺς ταλάρους, *nexos è vimine qualos.* ταῤῥοὶ, inquit Suidas, ἀττικῶς, τὰ ἐκ σχοίνου πλέγματα.

Pag. 101. lin. 9. μέγα καὶ καλὸν. Mali dicuntur Græcis ἀγλαόκαρποι, id eſt, τοὺς ἀγλαοὺς καρποὺς φέροντες, ſplendidos & ſpecioſos fructus ferentes.

Pag. 101. lin. 20. ἐξίκετο τρυγῆσαι, καὶ κομίσαι, præſtat τρυγήσας καὶ κομίσας.

Pag. 101. lin. 17. ἵνα πέσῃ. lege ἵνα μὴ πεσὸν.

Pag. 102. lin. 2. Τοῦτο Ἀφροδίτη κάλλους ἔλαβεν ἆθλον Apud Ovid. metamorph. 15. in hunc modum Venus fatur.

Præmia nulla peto tanto pro munere victrix
Si fero judicio flava metalla tuo.
Vix ea dicta dedit: Paphiæ Paris aurea mala
Porrigit: at victas judicat ille duas.
Hic Venus & victrix, fulvoque ſuperba metallo,
Exiliens præfert capta trophæa manu.

Certo certius eſt, noſtrum hunc ad hocce Paridis judicium hic alluſiſſe, cui in mandatis à Jove datum fuerat, ut Dearum formoſiſſimæ, formæ indicium & præmium, malum illud aureum addiceret.

Adſpice tres divas, & quæ pulcherrima forma
Extiterit, pomum quod capis, illa ferat.

Quam plurimi ex veteribus hujus meminere judicii. Homerus attigit Il. ω. ubi expreſsè ait, Junonem & Palladem ingens concepiſſe odium in omnem Priami progeniem, ob Alexandri judicium. Ejus mentionem facit Euripides in Troad. Lycophron in Caſſandra. Virgilius meminit libr. 1. Æneid. Ovid. multis locis. Recentiores fermè omnes hance decantarunt fabulam. Apud Apuleium metamorph. 10. Non tantum judicium hoc verbis plurimis laborioſè deſcribitur; ſed & operoſè magnoque apparatu publicè exhibetur, à carceribus ad metam, haud ſecus atque in theatro. Cui præter ſcenæ ſpectaculum nihil cedit. Lucianus in dialogo, quem θεῶν κρίσις inſcripſit. Coluthus in raptu Helenæ. At omnes unam ac eandem illi agunt, luduntque fabulam.

Pag. 102. lin. 5. Νικητήριον. Quemadmodum ἆθλον non ſemper denotat præmium certaminis, quod videlicet victori datur, ſed pro cujuſvis rei præmio: Ita & νικητήριον. Dionyſ. Hal. libr. 1. antiq. τὸ δὲ νικητήριον ὁ πρῶτος ἐλθὼν εἰς τὸν νεὼν λαμβάνει, in quo præmium accipit, qui primus in templum pervenerit.

Libri III. Finis.

NOTÆ

NOTAE & ANIMADVERSIONES IN Longi Paſtoralia LIBRI QUARTI.

Τοῦ μετοπώρου παρεστιόντος. Plerumque μετόπωρον, ſignificat, ut vox ipſa etiam innuit, illud tempus, quod eſt poſt autumnum, vel potius ſeneſcentem autumnum, & in hyemem inclinantem: at hic idem cum ὀπώρα, adeo ut præpoſitio μετὰ vacet. Sic etiam apud Athenæ: μετοπώρινα ὕδατα, antumnales aquæ dicuntur, pro ὀπωρινά.

Pag. 104. lin. 6. ἐθεράπευεν, colebat, excolebat.

In alia ſignificatione, quam frequenter ſumitur, non pro obſequium præſto; ſed ut apud Xenoph. θεραπεύειν τὴν γῆν. Et ut Gregorius ait, φυτὸν θεραπεύει φυτουργός. Niſi malis exponere hîc, inſtaurabat. In hac ſignificatione hoc verbo uſus eſt Diod. Siculus libr. 12. fol. 304. τριήρεις ἐναυπηγοῦντο, τὰς δὲ πεπονηκυίας ἐθεράπευον, Triremes fabricabantur, alias tantum non fractas inſtaurabant.

Pag. 104. lin. 6. ὁ παράδεισος, de hac voce ſupra dictum. Achill. Tat. libr. 1. ὁ δὲ παράδεισος ἄλσος ἦν, μέγα τι χρῆμα πρὸς ὀφθαλμῶν ἡδονήν, nemus illic erat aſpectu jucundiſſimo.

Pag. 104. lin. 8. παγκαλόν τι χρῆμα. Frequenter, nec minus eleganter diſertiores ita loquuntur Græci, ad rei alicujus elegantiam, aut præſtantiam ſignifi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

candam: quando videlicet, non tam rem, quam quidem rei, de qua verba faciunt, magnitudinem, aut pulchritudinem inuſitatam, atque admirandam expreſſam volunt, Xenoph. ὁ δὲ ἀκοντίσας καταβάλλει τὴν ἔλαφον, καλόν τι χρῆμα καὶ μέγα, eximiæ pulchritudinis atque magnitudinis cervum proſternit. Nonnunquam additur genitivus rei, de qua agitur. Herodot. μέγα συὸς χρῆμα. Lucian. in Herodot. καὶ ἡ ῥοξάνη κάθηται, πάγκαλόν τι χρῆμα παρθένου, Atque ſedet Rhoxane admodum formoſa virgo.

Pag. 104. lin. 12. Τὸ εὖρος ἔχων πλέθρων. Πλέθρον, jugerum, quaſi πόλεθρον, ἀπὸ τοῦ πολεῖν, à vertendo dictum. Eſtque tantum agri, quantum jugo boum uno die arare poſſis, ut Plinius tradit. Budæ. libr. 1. de aſſe, jugerum eſſe dicit pedum duo de triginta, & octingentorum. Suidas dicit. πλέθρον, τὸ τοῦ σταδίου ἕκτον μέρος, ὅπερ ἐστὶ πηχῶν ξή. Jugerum eſt ſtadii ſexta pars, quæ eſt cubitorum 68. ſeu centum pedum. ἔχει δὲ τὸ πλέθρον πόδας ρ΄. Jugerum autem continet centum pedes, ut poſtea ſcribit.

Pag. 104. lin. 19. περκάζουσαι. Propriè περκάζειν dicuntur uvæ, quando jam pingi atque nigreſcere incipiunt. Venit à πέρκος, niger, nigris diſtinctus maculis. Theophraſt. ὅταν ἄρτι περκάσῃ σταφυλή: Item de cauſ. plantar. libr. 3. c. 22. ὅταν ἄρχωνται περκάζειν βότρυες, ubi cæperint uvæ pingi & nigreſcere. Dicuntur etiam αἰόλλεσθαι, & μελαίνεσθαι.

Pag. 104. lin. 24. Ταύταις κιττὸς ἐπέκειτο. Pro quo Achill. Tat. καὶ ἐγίνετο τῷ κιττῷ ὄχημα τὸ φυτὸν, & arbor Hederæ vehiculum erat.

Pag. 104. lin. 25. κόρυμβος κίσσου, racemus Hederæ, ſive acinus. Sed ſatius fuerit ipſam Græcam vocem retinere, quam & latini retinent appellantes hederæ corymbun. Virg. Ecl. 3. v. 38.

Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis,
Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos.

Pag. 125. lin. 1. καὶ ταῦτα μέντοι αἱμασιᾶς περιέθει περίβολος. Achill. Tat. ſimili modo ſuum deſcribens pratum, ὅλον, inquit, ἐτείχισε τὸν λειμῶνα περιβολή, Cæterum harundinum corona pratum univerſum undique muniebat. Eſt αἱμασιά, ut hoc addam, propriè ſæpes, quæ ſpinas habet. Etymol. vult dictam, quia αἱμάττεται, id eſt, cruentatur ejus ſpinis, qui illam ingreditur. Suidas eſſe dicit murum ex minutis ſilicibus extructum abſque luto.

Pag. 105. lin. 5. ἐν μετεώρῳ δὲ οἱ κλάδοι συνέπιπτον: Quod Horatius dicit ſociare ramos, od. 3. libr. 2.

Qua pinus ingens albaque populus
Vmbram hoſpitalem conſociare amant ramis.

Achill. Tat. in deſcriptione ſui nemoris: ἔθαλλον οἱ κλάδοι, συνέπιπτον ἀλλήλοις, ἄλλος ἐπ᾽ ἄλλον, Rami florebant, & ſe mutuò complicabant. Idem paulo ante in deſcriptione prati: δένδροις αὐτοῖς ἀνεμέμικτο φάλαγξ, καὶ φυτῶν συνεχῆ τὰ δένδρα. συνηρεφῆ τὰ πέταλη. συνέπιπτον οἱ πτόρθοι τὰ φύλλα, καὶ ἐγίνετο τοῖς ἄνθεσιν ὄροφος ἡ τῶν φύλλων συνέχεια, Quarum rami atque frondes mutuo complexu ita ſe nectebant, ut tecti uſum floribus præſtarent.

Pag. 105. lin. 8. φύσις εἶναι τεχνῖτις. codex habebat τέχνης.

Pag. 105. lin. 9. ἦσαν καὶ ἀνθῶν πρασιαί. Achill. Tat. αἱ δὲ πρασιαὶ τῶν ἀνθῶν ὑπὸ τὰ πέταλα τῶν φυτῶν στοιχηδὸν ἐπεφύκεσαν, erant autem ſub plantis pulvini florum ordinatim.

Pag. 105. lin. 11. ῥοδωνιά, & ἰωνιά, propriè ὅπου τὰ ῥόδα καὶ τὰ ἴα φύονται, Locus ubi naſcuntur roſæ atque violæ.

At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

At hic pro frutice Roſæ, atque viola ipſa ſumuntur. Quo ſignificatu apud Theophraſtum etiam uſurpari conſtat: ut, *ἰωνιὰ μέλαινα*, nigra viola.

Pag. 105. lin. 10. *ἔφερεν ἡ γῆ*, ferebat terra: id eſt, terra producebat, ſive gignebat. Id ipſum etiam Virg. imitatus dixit.

Si duo præterea tales Idæa tuliſſet
Terra viros.

Suet. in Aug. Ex Livia nihil liberorum tulit. Sic locus, in quo natus eſt quiſpiam dicitur illum *ἐνεγκεῖν*, tuliſſe. Ariſtid. *πρώτη γὰρ ἤνεγκεν ἄνθρωπον.*

Pag. 105. lin. 16. *καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν ὀπώρα*, & quavis anni tempeſtate autumnus erat. Quaſi dicat: ſemper abunde deliciarum, frugumque ibidem erat. Pari forma Ovid. *Ver erat æternum*, dixit. Si quis tamen malit vertere. Et quavis anni tempeſtate fructus erant, non magnopere refragor.

Pag. 105. lin. 29. *Σεμέλην τίκτουσαν.* Semele Cadmi Thebarum Regis filia, à Jove compreſſa Bacchum enixa fuit. Præ reliquis hoc ipſum Homerus, Hymno extremo, quem latrones inſcripſit, teſtatur.

Εἰμὶ δ' ἐγὼ Διόνυσος ἐρίβρομος, ὃν
τέκε μήτηρ.
Καδμηὶς Σεμέλη, Διὸς ἐν φιλότητι μι-
γεῖσα,
Sum autem ego Bacchus magniſonus,
quem peperit mater
Cadmea Semele, Iovi amore mixta.

Pag. 105. lin. 30. *Ἀριάδνην καθεύδουσαν.* Hæc fuit filia Minois, Regis Cretæ, quæ Theſea labyrinthum ingredientem adjuvit. At Theſeus ejus amore captus, quum in patriam reverteretur, eam abduxit. Sed prioris beneficii immemor, vel, ut alii dicunt, admonitus à Baccho, in Naxo inſula, dum illam ſomno merſam vidit, deſeruit, ac ex inſula profugit, quam poſtea in inſula Dia Bacchus duxit, & ex ea Thoantem, Oenopionem, Staphylum, Euantem, Tauropolim ſuſcepit. Idem & Athenæ. libr. 7. c. 16.

Pag. 105. lin. 39. *Λυκοῦργον δεδεμένον*, Lycurgum vinctum. Apollodorus libr. 3. refert, Dionyſium Lycurgo, regi Edonorum, cum is contumeliis Deum affeciſſet, furorem injeciſſe: Nam cum pampinos, vitiumque ſe germen cædere putaret, Dryantis filii crura truncavit. Atque cum extremas quoque ſui corporis partes abſcidiſſet, denique reſipuit, & ex oraculi reſponſo ab Edonis ob ſterilitatem agrorum, in vincula conjectus, & tandem ab equis pro Dionyſii voluntate laniatus fuit.

Pag. 106. lin. 1. *Πένθεα διασπαρασσόμενον*, Penthea diſcerptum, & paulò poſt *καὶ ἦσαν τυῤῥηνοὶ* &c. Fabula ita habet: Cum Baccho ob eximium vini inventum, univerſa Bœotia ſacra faceret, Pentheus, Echione & Agave, Cadmi filia genitus, vi aperta reſtitit, factoque convicio, mollem & madidum puerum captum abripi, & ad ſe adduci, famulis imperat. Quorum manibus elapſus ſub falſa tamen ſpecie & Tyrrhenæ navi impoſitus, cum in Naxum inſulam nautarum miniſterio pervehi cuperet, atque illi aliò illum abductum vellent, ſubito prodigio vela navis, antennæ & rudentes, cum univerſo inſtrumento nautico vitibus, hederis, & racemis tecta apparuerunt: ipſi verò remiges, præter ſolum gubernatorem in delphines, & belluas diverſas mutati, ſe in pelagus præcipites dedere. Quæ Aceſtes captus, & ad Pentheum adductus narravit, quem narrantem, utpote ſolum ex Tyrrhenis illis piratis cladi ſuperſtitem, contempſit Pentheus, neque ante deſiit Liberi patris cultum oppugnare, ipſique Baccho inſidias ſtruere, quam ab Agave matre, & duabus

bus ejus ſororibus ab Ino & Autonoë, in furorem actis, aprumque ſeſe laniare opinantibus, fruſtulatim conciſus, deſideratas Baccho pœnas dediſſet. Hujus meminere fabulæ Ovid. libr. 3, metamorph. Virg. Horat. multique alii, ac in primis Tragici.

Pag. 106. lin. 2. Ἰνδοὶ νικώμενοι. Devictos atque ſubjugatos jam olim à Baccho fuiſſe Indos, hiſtoriarum quam plurimarum monumenta docent. Curtius ejus meminit, libr. 7. Theod. Sicul. libr. 13. referens Liberum patrem, impiis ubique graviter multatis, cæteris autem benignè ſatis habitis, ex India in Elephanto ſublimem Thebas rediiſſe, & quia totum expeditionis intervallum triennale fuerat, Græcos propterea trieteridas celebrare quidam aſſerunt. Primumque omnium ſpoliis tantæ expeditionis onuſtum, cum triumpho in patriam eſſe invectum.

Pag. 107. lin. 3. καὶ σκαφίδων. αἱ σκαφίδες erant vaſcula melli recipiendo, ſervandoque deſtinata. Theocrit. Idyll. 5. v. 59. ὀκτὼ δὲ σκαφίδας μέλιτος πλέα κηρί᾽ ἐχοίσας, Octo cymbia mellis plenos favos habentia. At hocce loco videntur eſſe vaſa illa lignea concava, quorum in lacte reponendo uſus eſt. Galen. in lexico Hippocratico ſcribit σκαφίδα Atticos vocare τὴν ποιμενικὴν σκάφην, ſubjungens hos verſus ex odyſſ. 1.

—— ναῖον δ᾽ ὀρῷ ἄγγεα πάντα,
γαυλοί τε σκαφίδες τε τετυγμένα, τοῖς ἐνάμελγε,

—— *Natabant ſero vaſe omnia,*
Mulctraliaque, ſcaphæque accommodatæ, quibus immulgebat. Similiter apud Athenæ. libr. 11. pro vaſe paſtorali, quo lac excipitur.

Pag. 107. lin. 22. Τῆς μετοπωρινῆς τρυγῆς. dum jam eſt autumnalis vindemia. Ita Plu. πρὸ μετοπωρινῆς ἰσημερίας, ante æquinoctium autumnale: niſi ratione habita vocis compoſitæ, malis vertere, dum eſt vindemia ſeneſcentis autumni. Vel quæ fit ſub extremum autumnum. Eſtque in hac dictione ellipſis participii οὔσης, vel παρούσης, aut ſimilis, cujuſmodi ellipſis apud Thucyd. Χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν, ſcil. παρόντος, hyeme jam appetente regreſſi ſunt. Xen. καὶ μικροῦ καὶ κεῖνον ἐξετραχήλισε, ſcil. δέοντος, ac parum abfuit, quin & illi excuſſo fregiſſet collum. Cic. ô fortunatam natam, me conſule, Romam. Plau. me ſuaſore atque impulſore factum eſt, ſcil. exiſtente.

Pag. 107. lin. 24. Εὔδρομον, οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο, ὅτι ἦν αὐτῷ ἔργον τρέχειν. Innuit curſorem ſervum. Habebant quippe veteres in comitatu ſuo ſervos curſores. Martial. lib. 3.

Hac feriatus ibat ante carrucam,
Sed tuta fœno curſor ova portabat.

Petr. Arbiter. Præcedentibus faleratis curſoribus quatuor. Et paulo poſt. Notavi in porticu gregem curſorum cum magiſtro ſe exercentem. Belgæ vocant *Lackeye*. Meminit curſorum etiam Suet. in vita Neroniana: nunquam carrucis minus mille iter feciſſe traditur, ſoleis mularum argenteis, canuſinatis mulionibus, armillata & phalerata cum Mazacum turba, atque curſorum: Et paulo poſt. Inter moras perlatos à curſore Phaontis codicillos præripuit. Niſi malit hic quis intelligere σταφυλοδρόμον. Peculiari nomine σταφυλοδρόμους appellatos fuiſſe tradit Heſych: παραδρομῶντας τοὺς ἐπὶ τρύγῃ, qui inſtigabant vindemiatores ad uvas celeri curſu deferendas.

Pag. 108. lin. 16. Δάφνις ἀγωνιῶν. Optimè uſus hoc loco eſt verbo ἀγωνιάω quod propriè ſignificat, timeo ne voti mei compos eſſe non poſſim, aut eo excido, quod cupio. Julian. in cæſar. καὶ δῆλος

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

δῆλος τὴν ἀγωνιῶν ὑπὲρ τῶν ἀπογόνων τῶν ἑαυτοῦ μή ποτε τὰ δευτερεῖα λαβόντες οἴχωνται, Ex quo facile perſpicuum eſt, ipſum ſuorum poſterorum cauſa vehementer laborare, vel admodum anxium eſſe, ne in ſecundis partibus hærerent.

Pag. 108. lin. 7. ὅσα ἀπ' αἰπόλου δῶρα, verti caprario congrua. Nimirum qualia dona à caprario dari ſolent. At ſi legas ὅσα ἀπ' αἰπολίου, Vertes, qualia munera ex caprarum grege haberi poterant.

Pag. 108. lin. 17. εἶχε δὲ κἀκείνη πολὺ δέος, adde λέγουσα, vel εἰποῦσα.

Pag. 108. lin. 8. ἔριφον ὀψίγονον, hædum ſerotinum, quem veteres cordum appellabant, nimirum poſt debitum tempus natum. Quippe, ut Clariſſ. Heinſius ait, omnis fœtura ultima præferebatur: quia diutius lactabat: primæ enim fœturæ continuo lac ſubducebatur, ubi alia exſpectabatur.

Pag. 108. lin. 30. οἷον ἐχθρός. leg. οἷον σοὶ ἐχθρός.

Pag. 109. lin. 4. ἢ λανθανόντων, aut celantium. Verbum λανθάνω vulgo neutraliter uſurpatur, & lateo ſignificat: at hoc loco idem eſt quod latinis celo, clam habeo; quomodo etiam Plato uſurpavit, quando inquit: εἰ λανθάνειν θεὸν δυνατόν, quod Cicero vertit: ſi Deum celate poſſimus. Plutar. probl. Rom. id quod dico, confirmat, derivans vocem Calendarum à celare, ſeu à clam; ὀνομάζουσι τὸν μὲν ἀφανισμὸν αὐτῆς, καὶ τὴν κρύψιν καλάνδας, ὅτι πᾶν τὸ κρύφα καὶ λάθρα κλάμ, καὶ κηλᾶρε τὸ λανθάνειν, hoc eſt, Itaque occultationem ejus (Lunæ) vocant calendas, quia omne quod occultè & furtim fit, clam, & quod nos λανθάνειν, illi κελᾶρε appellant.

Pag. 109. lin. 5. λάμπις, nomen bubulci. Forſan à λάμπω, ſplendeo, fulgeo. Plutar. facit mentionem in Apophthegmatis cujuſdam Lampis Æginetæ, hominis opulenti. Fuit & Lampis Lacon, cujus meminit Pauſanias libr. 5.

Pag. 109. lin. 10. Ὡς εἰ συγχωρηθείη, ante, ὡς συγχωρηθείη, codex habebat.

Pag. 110. lin. 1. κατερρήξατο μὲν εὐθὺς τὸν χιτωνίσκον, Ilico diſrupit tuniculam ſuam. Lacerare, & dirumpere veſtimenta ſua, ſignum fuit doloris, atque ſummæ indignationis, ut videre eſt Reg. 2. cap. 18. §. ult. διερρηγότες τὰ ἱμάτια, diruptis veſtibus. Et cap. ſequenti §. 1. διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ſcidit veſtimenta ſua. Vide Hiſtoriam Job. Matth. 26. §. 65. Τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, Tunc pontifex maximus diſrupit veſtimenta ſua. Marc. 14. §. 63. Heliodor. de Chariclia libr. 6. Τάς τε κόμας ἀφειδῶς λύεται, καὶ θοἰμάτιον περιερρηξαμένη, ἔφη, Capillos, nihil omnino ſibi parcens, ſolvit, & veſte diſrupta, inquit. Xiphilin. in vita Cæſ. Aug. μαθὼν δὲ ὁ Αὔγουστος τὰ τῷ Οὐάρῳ συμβεβηκότα, τήν τε ἐσθῆτα περιερρήξατο, Auguſtus, cognito Vari caſu, veſtem ſubito diſrupit. Herodian. libr. 1. cap. 13. de Fadilla Commodi ſorore narrans, ait: τοιαῦτά τινα εἰποῦσα, ῥηξαμένη τε τὴν ἐσθῆτα, Hæc locuta, veſtem ſcidit. Capitolin. de Maximino: Incurrere in parietes, veſtem ſcindere, gladium arripere, quaſi omnes poſſit occidere.

Pag. 110. lin. 4. τὰ ἐν χερσὶν καταλιποῦσα. Heliodor. libr. 1. τῶν μὲν ἐν χερσὶν πάντων ἀμνημονήσας.

Pag. 111. lin. 5. κρεμῶ γέροντα. Loquitur de re quaſi certa, & mox eventura, itaque præſenti pro futuro κρεμάσω. Quâ enallage temporis nihil frequentius in N. Teſt. ſcriptis reperitur: ut Mar. 9. §. 31. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, pro παραδοθήσεται.

Pag.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Pag. 111. lin. 7. ὡς Μαρσύαν, Alluſit ad fabulam, quam refert Plin. libr. 16. c. 45. Tibicen hic fuit è Phrygia, eâ temeritate, ut ipſum etiam Phœbum ad cantus certamen auſus fuerit provocare, à quo victus & ſuſpenſus fertur. Curtius ac Ovid. illum excoriatum fuiſſe narrant. Eundem hunc agonem non ineleganter deſcripſit Apulejus his verbis: Hiagnis fuit, ut fando accepimus Marſyæ tibicinis pater & magiſter, rudibus adhuc muſicæ ſeculis, ſolus ante alios cantus canere. Nondum quidem tam indefeſſa anima ſono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia. Quippe adhuc ars iſta repertu novo commodum oriebatur, nec quicquam omnium eſt, quod poſſit in primordio ſuo perfici. Sed in omnibus fermè ante eſt ſpes rudimentum, quam rei experimentum. Prorſus igitur ante Hiagnim nihil aliud plerique callebant, quam Virgilianus opilio, ſeu buſequa.

Stridenti miſerum ſtipula diſperdere cantum.

Quod ſi quis videbatur paulo largius in arte promoviſſe, ei tamen quoque mos fuit una tibia, velut una tuba perſonare. Primus Hiagnis in canendo manus diſcapedinavit. Primus duas tibias uno ſpiritu animavit. Primus levis & dextris foraminibus acuto tinnitu, & gravi bombo concentum muſicum miſcuit. Eo genitus Marſyas, cum artificio patris foret tibicinis, Phryx cætera & barbarus, vultu ferino trux, hiſpidus, multibarbus, ſpinis & pilis obſitus, fertur, pro nefas! cum Apolline certaviſſe. Therſites cum decoro, agreſtis cum erudito, bellua cum Deo, Muſæ cum Minerva, diſſimulamenti gratia judices aſtitere, ad deridendam videlicet monſtri illius barbariem, nec minus ad ſtoliditatem puniendam. Sed Marſyas, quod ſtultitiæ maximum ſpecimen eſt, non intelligens ſe deridiculo haberi, priuſquam occiperet inflare, prius de ſe & Apolline deliramenta quædam barbarè effutivit, laudans ſeſe, quod erat coma reclinus, & barba ſqualidus, & pectore hirſutus, & arte tibicen, & fortunæ egenus: contra Apollinem (ridiculum dictu) adverſis virtutibus culpabat, quod Apollo eſſet & coma intonſus, & genis gratus, & corpore glabellus, & arte multiſcius, & fortuna opulentus. Jam primum, inquit, crines ejus præmulſis antiis, promulſis capronis, ante ventuli & propenduli, corpus totum gratiſſimum, membra nitida, lingua fatidica, ſeu tute oratione, ſeu verſibus malis facundia æquiparari. Quid quod & veſtis textu tenuis, tactu mollis, purpura radians. Quid, quod & lyra ejus auro fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat. Quid, quod & doctiſſimè & gratiſſimè cantillat. Hæc omnia, inquit blandimenta nequaquam virtuti decora, ſed luxuriæ accommodata circa corporis ſui qualitatem præ ſe maximam ſpeciem oſtentare. Riſere Muſæ, cum audirent hoc genus crimina, ſapienti exoptanda, Apollini objectata, & tibicinem illum, velut urſum bipedem corio execto, nudis & laceris viſceribus reliquerunt. Marſyæ, præter ſupra dictos, faciunt etiam mentionem Herodotus, Strabo, Pauſanias, Athenæus, Philoſtratus, Tzetzes, Philippus Nicander, Claudianus, Silius, Livius, Solinus, & complures alii. De Pinu aſtipulatur noſtro Apollodorus l. 1. Alii tamen ἐκ φηγοῦ ſuſpenſum volunt.

Pag. 111. lin. 9. Δάκρυα θερμότερα. θερμὸς videtur hic metaphoricè dici, ut apud Latinos aliquando calidus, ardens, fervens. δάκρυα θερμὰ dicuntur etiam

etiam Homero. Quaſi dicat: ille fundebat lachrymas, quæ ex magno impetu, & animi affectu quaſi calido, neutiquam ſimulatæ proſiliebant. Niſi in propria ſignificatione accipere malis. Quia lacrymæ, cum ex oculis funduntur, calent, quod rubor oculorum flentium teſtatur.

Pag. 111. lin. 11. Τὰ αὐτῶν σώματα. Se ipſos lugebant. Ita frequenter Græci Synecdochicè homines ipſos, perſonaſque σώματα appellant. Dion. Halicar. antiq. libr. 4. καὶ ταῖς ἀπογραφαῖς τῶν σωμάτων ἔδωκε ἀρχὴν, & primus omnium (Ser. Tullius) cenſum hominum ordinavit. Et eodem libro: οὗτοι τότε σώματα συνῆγον, hi milites contrahebant. Et lib. 2. σώματα παρέχειν εἰς στρατιὰν οὐ βουλομένων, cum milites præſtare nollent. Eutrop. libr. 1. οὗτος τὸ μὲν τοῦ συγκλήτου συνέδριον, διπλάσιον ἐποίησε τῷ τῶν σωμάτων ἀριθμῷ. Hic, nimirum Tarqu. Priſcus, numerum Senatorum duplicavit. Niſi Longum reſpexiſſe autumes ad corpora, quæ vapulando caſtigari atque cruciari ſolent.

Pag. 111. lin. 12. εἰ κρημνήσεται, εἰ hic pro ὅτι. vid. ſupra pag. 4. lin. 11.

Pag. 111. lin. 22. σκέψεις οὐ τῶν συμβεβηκότων, ſubaud. ἐγίνοντο.

Pag. 112. lin. 2. παράσιτος αὐτοῦ. Erat olim παράσιτος, qui cibum apud aliquem ſumebat, idem propemodum cum ὁμόσιτος ſeu σύνθοινος. Crates apud Athenæ. libr. 6. c. 6. olim παράσιτοι dicebantur οἱ ἐπὶ τὴν ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρούμενοι, qui deligendis, annotandiſque ſacris frumentis præficiebantur: Atque horreum inde, in quo primitias ſacri frumenti paraſiti recondebant, dictum fuiſſe παρασίτιον, certum eſt. Imo olim παράσιτοι fuerunt, qui una cum ſacerdotibus partem victimæ in cibum capiebant: quippe è bobus duobus præcipuis, tertia pars ludis celebrandis impendebatur: è duabus reliquis, altera cedebat ſacerdoti, altera paraſitis. Hos fuiſſe adjunctos honoratiſſimis magiſtratibus, ut patet ex Athenæo & Ariſtotele, qui dicit in Methonenſium repub. duos paraſitos prætoribus ſingulis fuiſſe aſſignatos, Polemarchis unum, vid. Athenæ. libr. 6. c. 6. His haud abſimilis fuiſſe videtur, Podes, quẽ dicit Homerus Hectori fuiſſe ἑταῖρον, καὶ φίλον εἰλαπιναστὴν, ſodalem Hectoris, & convivam carum. Poſtea vero nomen hoc παρασίτου odioſum, & inhoneſtum eſſe cæpit, & παράσιτοι dici cæperunt οἱ κόλακες, aſſentatores, adulatores, cænipetæ, menſarum aſſeclæ, qui divitibus, ut illorum cænas captent, aſſentantur. De quo hominum genere Plut. in libello de educ. liber. ing. ita ait. μιαρὸν τὸ φῦλον, ὑποκριταὶ φιλίας, ἄγευστοι παρρησίας, πλουσίων μὲν κόλακες, πενήτων δὲ ὑπερόπται, ὡς ἐκ λυρικῆς τέχνης ἐπὶ τοὺς νέους ἀγόμενοι, σεσηρότες ὅθ' οἱ τρέφοντες γελῶσι, καὶ ψυχῆς ὑποβολιμαῖα καὶ νόθα μέρη βίου. Πρὸς δὲ τὸ νεῦμα ζῶντες. Τῇ τύχῃ μὲν ἐλεύθεροι, τῇ προαιρέσει δὲ δοῦλοι, ὅταν δὲ μὴ ὑβρίζωνται, τότε ὑβρίζεσθαι δοκοῦντες, ὅτι μάτην παρατρέφονται. Ex hoc genere hic paraſitus, cujus hic fit mentio, erat.

Pag. 112. lin. 26. ὄρνιθας, licet vertere gallinas, earumque pullos.

Pag. 112. lin. 30. οἶνος λέσβιος. Vinum Lesbium veteribus magno in pretio, magnaque fama, jam inde à Troicis temporibus fuit; & paſſim etiam apud antiquos ejus fit mentio. Virg. libr. 2. Georg.

Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris,
Quam methymneo carpit de palmite Lesbos.

Hoc vini celebrat Clearchus apud Athenæ. libr. 1. λέσβιος πόματος οὐκ ἔστιν ἄλλος οἶνος ἥδιον πιεῖν, Nullum eſt vinum

num ab bibendum jucundius Lesbio poculo. Alex. λεσβίοις οἰναρίοις τὰς ἡμέρας τὸ λοιπὸν ὑποβρέχει μέρος, reliquam diei partem irrigat vino Lesbio.

Hinc Bacchus Methymnæus dictus à Methymna, quæ urbs eſt Lesbi.

Pag. 121. lin. 2. Ἄστυλος, nomen proprium, viri cujuſdam opulenti filius, Daphnidis frater. Quando eſt appellativum, idem eſt cum ἄστηλος ſeu ἀκίων, columnas non habens.

Pag. 121. lin. 9. οὐ δ' ἄλλο ὢν, ἢ γνάθος. Alludit ad nomen ipſius Gnathonis, quod à γνάθος, hoc eſt, maxilla deducitur, forſan quia maxillas ad edendum & bibendum expeditas habet. Vel quod oporteat hos nequam homines indefeſſas habere maxillas, quemadmodum apud Stobæum Nicolaus quidam inquit: γνάθον ἀκάμαντον, οὔθις δυναμένην πληγὰς φέρειν, quæ continuo poſſit alapas ſuſtinere. Quippe pediſſequos ſuos nonnulli Thraſones depalmare, genaſque illorum flatu diſtentas manibus aliquando tundere ſolent.

Pag. 121. lin. 10. καὶ γαστήρ. Apud Plut. de adulat. & amic. diſcrim. tale de paraſito extat Jambicum.

Γαστὴρ ὅλον τὸ σῶμα, πανταχῆ βλέπων
Ὀφθαλμὸς, ἕρπον τοῖς ὀδοῦσι θηρίον.

Nihil eſt niſi venter corpus omne, proſpicit,
Partes in omnes beſtia, reptat dentibus.

Rectè hic paraſitus venter vocatur: quia menſarii adulatores, ut eleganter elegans Hiſtoricus Herodianus ait: καὶ τὸ εὔδαιμον γαστρὶ, καὶ τοῖς αἰσχίστοις μετροῦσιν, ventre atque obſcænis voluptatibus fælicitatem metiuntur.

Pag. 121. lin. 13. παιδεραστής; Pæderaſtes, pædico, quaſi τῶν παίδων ἐραστής, puerorum amator: ſed plerumque accipitur, uti & hoc loco, in malam partem, pro pædicone, turpi & execrabili amatore. Qui latinis emaſculator, & puerorum ſubactor appellari ſolet. Græci hoſce nefarios mortales etiam ἀρσενοκοίτας nomine dicunt, ut 1. ad Corinth. c. 6. §. 9. & 1. ad Timoth. c. 1. §. 10. Tales pueri jam emaſculati dicuntur concubini & catamiti, qui vicem implent, præſtantque fæminarum, prorſus effæminati, & in ſexum muliebrem penè reformati. Inde etiam molles atque fluxi, quos pænitet quod viri nati ſint. Qualis fuit Sporus, cujus in Nerone meminit Sueton. Græcis dicuntur ἐκτεθηλυμμένοι, item μαλθακοί. Apud Lucian. Juno de Ganymede: ἐγὼ δὲ μὴ οὕτω μανείην, ὡς τὰ χείλη προσενεγκεῖν τῷ μαλθακῷ τούτῳ Φρυγὶ οὕτως ἐκτεθηλυμμένῳ, ego verò non ita inſanivero, ut labia mea molliculo iſti Phrygi, tamque effæminato applicem.

Pag. 122. lin. 1. εἶτα ὄπισθεν περιχεῖν. Quod moliebatur furcifer ille, Gnatho, horribile dictu crimen eſt, de quo loquitur Apoſtol. Paulus ad Rom. c. 1. §. 27. Græcis παιδεραστία vocatur, crimen quod vivicomburio expiari ſolet.

Execratur Autor infandos amores, & ſpurcos παιδεραστοῦ concubitus, de quibus, Platone referente, μυρία γέγονεν ἀνθρώποις ἰδίᾳ, καὶ ὅλαις πόλεσι κακά, id eſt, hominibus privatim, urbibus verò publicè innumera contigerunt mala. Quoniam libido hæc, ut idem Plato ait, ἐκ προνοίας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος κτείνει, id eſt, conſultò, atque dedita opera genus humanum deſtruit. Authorem παιδικῶν Ovidius Orpheum ſcribit.

Ille etiam Thracum populis fuit author, amorem
In teneros transferre mares &c.

Sunt qui Thalonem Cretenſem faciant principem: Hic autem fuerit nec ne non ſatis certum. Hoc tamen ex Ariſtotele ſcitur, Maſculam Venerem, lege etiam lata, permiſſam in Creta fuiſſe.

Pag.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Pag. 122. lin. 5. Τράγον δὲ οὐ πώποτέ τις εἶδε βαίνοντα τράγον. Ab hoc enim plusquam prodigioſo coitu, quoniam contra naturam eſt, bruta & expertia rationis animalia abſtinent. Charicles apud Lucian. in Amoribus ad eundem fermè modum argumentatur: λέοντες οὐκ ἐπιμαίνονται λέουσιν, ἀλλ' ἡ κατὰ καιρὸν Ἀφροδίτη πρὸς τὸ θῆλυ τὴν ὄρεξιν αὐτῶν ἐκκαλεῖται. Ταῦρος ἀγελάρχης βουσὶν ἐπιθόρνυται, καὶ κριὸς ὅλην τὴν ποίμνην ἄρρενος πληροῖ σπέρματος. Τί δὲ οὐ συῶν μὲν εὐνὰς μεταδιώκουσι κάπροι; λυκαίναις δὲ ἐπιμίγνυνται λύκοι; καθόλου δὲ εἰπεῖν, οὐθ' οἱ ἀέρια ῥοιζοῦντες ὄρνεις, οὐθ' ὅσα τὴν ὑγρὰν καθ' ὕδατος εἴληχε λῆξιν; ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ γῆς τι ζῶον ἄρρενος ὁμιλίας ἐπωρέχθη, μένει δὲ ἀκίνητα τῆς προνοίας τὰ δόγματα, Leones non inſaniunt in Leones, ſed Venus tempeſtiva libidinem eorum in fæminam excitat. Taurus armenti dux cum bobus miſcetur: & aries totum gregem maſculo implet ſemine. Quid autem? an non ſua cubilia ſectantur apri? Lupas autem ineunt lupi? Et, ut in ſumma dicam, neque quæ aërem perſtrepunt aves, neque quæ humidam aquæ ſortita ſunt manſionem, neque etiam aliquod in terris animal congreſſum maris appetit; ſed manent inter ea immota providentiæ decreta. Rectè monet Phocylides.

Μήτε γαμοκλοπέειν, μήτ' ἄρσενα κύπριν ὀρίνειν,
Neque furtivas quære nuptias, neque maſculam venerem exerce.

Agathias in Antholog. libr. I cap. 78. 6.

Δέρκεο τῶν ἀλόγων ζώων γένος. οὐ γὰρ ἐκείνων
φύσις ἀτιμάζει θέσμια τῆς ζυγίης,
Ἄρσενι γὰρ θήλεια συνάπτεται· οἱ δ' ἀλεγεινοὶ
Ἄνδρες ἐς ἀλλήλους ξεῖνον ἄγουσι γάμον.

Intuere brutorum animalium genus.
[illegible] enim illorum
Nanti non honeſta cenſet jura coitionis,
Viro enim fæmina conjungitur. Sed pernicioſi
Viri invicem novas ducunt nuptias.

Pag. 122. lin. 10. Μεθύοντα. Rectè: quippe vino dediti, eoque inflammati Veneri litare gaudent. Amoris hæc biga, amator ac ebrius. Heliodor. Æthiop. lib. 3. Διὸ καὶ πρὸς μέθην ὁ ἐρῶν, καὶ πρὸς τὸ ἐρᾶν ὁ μεθύων ἐπίφορος, proinde in ebrietatem amans, & in amorem ebrius proclivis eſt. Egregiè Achill. Tat. lib. 2. ἔρως δὲ καὶ Διόνυσος, δύο βίαιοι θεοὶ, ψυχὴν κατασχόντες, ἐκμαίνουσιν εἰς ἀναισχυντίαν, ὁ μὲν καίων αὐτὴν τῷ συνήθει πυρὶ, ὁ δὲ τὸν οἶνον ὑπέκκαυμα φέρων. οἶνος γὰρ ἔρωτος τροφὴ, Amor enim ac Liber, violenti Dii, animam invadentes eouſque incendunt, ut pudoris obliviſci cogant, dum alter conſuetum ignem adhibet, alter igni materiam vino ſubminiſtrat. Vinum enim amoris pabulum eſt. Apud Lucian. De Dea Syria, refertur ſeſe conſulto inebriaſſe Stratonice, cum ſobria de nefario amore Combabum compellare erubeſceret; quando inquit: ἅμα δὲ οἴνῳ εἰσιόντι, παῤῥησίη ἐσέρχεται, καὶ ἡ ἀποτυχίη οὐ κάρτα αἰσχρὴ, ἀλλὰ, τῶν πρησσομένων ἕκαστα ἀναχωρέει, pariter autem cum vino ingrediente, & loquendi fiducia accedit: nec admodum turpe eſt non impetraſſe, ſed eorum quæ aguntur ſingula oblivioni traduntur.

Pag. 123. lin. 4. Μεσαιπόλιος, ſemicanus, hoc eſt, qui medium ætatis canæ attigit. Iliad. N.

Ἔνθα μεσαιπόλιός περ ἐὼν Δαναοῖσι κελεύσας
Ἰδομενεύς,
Tunc ſemicanus quamvis exiſtens Danaos hortans.

Idomeneus.
Hic Scholiaſtes: μεσαιπόλιος, μέρος λεγόμενον παρὰ τὸ πόλιος, ᾧ ἤδη μεμίχθαι εἰσὶν αἱ πολιαί. ὁ μεσῆλιξ, ita dictus, quod illi jam ſint ſparſi per tempora cani, mediæ ætatis homo. Nam in ultima ætate, non ſparſi, ſed crebri atque ſpiſſi ſunt cani.

Pag. 123. lin. 29. δέρμα λάσιον αἰγὸς ἐζωσμένος. Hirſutam pellem etiam veterum Græcorum geſtamen fuiſſe, Varno libr. 2. de re ruſtica refert: Neque non quædam nationes harum (caprarum) pellibus ſunt veſtitæ, ut in Getulia, & in Sardinia. Cujus uſum apud antiquos quoque Græcos fuiſſe apparet, quod in Tragœdiis ſenes ab hac pelle vocantur διφθερίαι: & in comœdiis, qui in ruſtico opere morantur: ut apud Cæcilium in Hypobolimæo habet adoleſcens; apud Terent. in Heautontimorumeno ſenex.

Pag. 123. lin. ult. πήραν κατὰ τῶν ὤμων ἐξηρτημένος. Lucian. de morte Peregr. dixit: καὶ πήραν παρήρτητο, Et pera ex humeris ſuſpenſa erat. In fugitiv. Ἐν γενείῳ βαθεῖ, πήραν ἐξημμένον, barba horridum, pera inſtructum.

Pag. 124. lin. 4. Ἀπόλλων λαομέδοντι θητεύων. Fabulantur veteres Apollinem è cœlo delapſum, Laomedonti ſuam operam paſcendis armentis locaſſe. Hujus facit mentionem Hom. Il. φ. ubi Neptunus ita fatur.

> Μοῦνοι νῶϊ θεῶν, ὅτ' ἀγήνορι λαομέδοντι
> Πὰρ Διὸς ἐλθόντες θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτὸν
> Μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ, ὁ δὲ σημαίνων ἐπέτελλεν.
> Ἤτοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν καὶ τεῖχος ἔδειμα
> Εὐρύ τε καὶ μάλα καλὸν, ἵν' ἄρρηκτος πόλις εἴη.
> Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες
> Ἴδης ἐν κνημοῖσι πολυπτύχου ὑληέσσης,
> *Soli nos duo ex Diis, quando ſuperbo Laomedonti*
> *A Iove profecti ſervivimus in annum*
> *Mercede certa: hic autem imperans mandabat.*
> *Ego quidem Trojanis civitatem muro circundedi,*
> *Latoque & valdè pulchro, ut inexpugnabilis civitas eſſet*
> *Phœbe, tu autem diſtortè gradientes & lunatis cornibus boves paſcebas,*
> *Idæ in jugis multos colles habentis ſylvoſæ.*

Lucian. de ſacrific. διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατεπέμφθη εἰς γῆν, ἀνθρωπίνῃ χρησάμενος τύχῃ, ὅτε δὴ καὶ ἐθήτευσεν ἐν Θετταλίᾳ παρ' Ἀδμήτῳ, καὶ ἐν Φρυγίᾳ παρὰ Λαομέδοντι, Propterea in terram humana ſorte uſurus (Apollo) è cœlo eſt demiſſus. Ut etiam in Theſſàlia apud Admetum mercenariam operam locavit, & in Phrygia apud Laomedontem.

Pag. 124. lin. 9. ἔνευσε κάτω. Ita & Lucian. in Hermet. κάτω νενευκότα, quod alii dicunt πρὸς γῆν νεύειν, vel πρὸς τὴν γῆν νεύειν; geſtus atque habitus plerumque eorum eſſe conſuevit, qui præ pudore, aut mæſtitia in terram oculos defixos habent, vel terram intuentur. Herodian. libr. 4. οἱ μὲν ἄλλοι πάντες σκυθρωποῖς προσώποις εἰς γῆν ἔνευζον, Reliqui omnes mæſto vultu terram intuentur. Luc. c. 18. §. 13. καὶ ὁ τελώνης οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι, Publicanus autem non poterat (præ dolore animi) vel oculos in cœlum attollere. Imo aliquando oculos dejicere, vercundiam plus quam modicam ſignificat. Apud Euripidem, Hecuba præ prudore, Polymneſtorem intueri non audet: pudebat eam in tam calamitoſo rerum ſtatu conſpici, ab eo cui,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

cui aliquando florens erat viſa. Romani ad furcas Candinas à Samnitibus ſub jugum miſſi, quamvis à Campanis ſociis, benignè ſuſciperentur, ſub noctem Capuam ingreſſi, præ pudore & iracundia oculos demiſere.

Pag. 124. lin. 20. κλεαρίστη, Nomen mulieris, fuit mater vera Daphnidis, dicta à κλέος, fama, gloria, & ἀρίστη optima, præſtantiſſima.

Pag. 124. lin. 27. ὡς θέατρον, Quod Herodian. diceret ἐν θεάτρου σχήματι.

Pag. 124. lin. 4. λιγυρὸν ἔδωκε, ſonum edidit argutum (eſt autem acutum, mendum hic typographicum) ſed muto, ut ſunt δεύτεραι plerumque φροντίδες σοφώτεραι, & verto dulcem, ſivè jucundum. Eſt quidem λιγυρὸς crebrò ſtridulus & argutus. Eurip λιγυρὰ ἄχεα βοᾷ, ſtridulos & argutos præ dolore clamores edit. Apud poëtas ſolet eſſe epitheton venti, cantus & vocis. Utuntur nihilominus hac voce proſæ etiam ſcriptores, quamvis ποιητικωτέρῳ. Ut Ariſtot. Hiſtor. animal. libr. 9. λιγυρὰν φωνὴν ἔχει, vocem habet argutam, ſeu canoram. Verum hic ſumendum arbitror pro ſuavi ac jucundo, quemadmodum etiam ſumitur apud Iſocrat. Epiſtol. 4. ad Philipp. Ἔτι δὲ καὶ συμβίον εἶναι ἥδιστον καὶ λιγυρώτατον, Atque in vitæ conſuetudine eſſe hominem ſuaviſſimum & jucundiſſimum. Donatus quoque apud Terent. λιγυρὸν eſſe dicit ſuave, indeque deduci latinum verbum ligurio. Heſychius quoque exponit λιγυρίζει μελῳδεῖ.

Pag. 125. lin. 19. ἀμφὶ ἄριστον εἶχον. Eleganter, pro prandebant. Thucyd. ἄριστον ἐποιοῦντο. Xenoph. ut noſter. ἀμφὶ δεῖπνον εἶχε, circa cœnam occupatus erat. Belgice: *Hy was doende met den maeltijd.* Græci dicunt, ἔχειν ἀμφί τινα, operam alicui navare. Dionyſ. Halicar. lib. 10. antiq. ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα ὅλην, ἀμφὶ ταῦτα ἦσαν, Et quidem toto illo die, ac ſequenti nocte integra, rebus in iis verſati ſunt.

Pag. 125. lin. 20. ἀφ᾽ ὧν ἤσθιον, ἔπεμψαν, Moris fuit Regibus præſertim Perſarum, aliiſque magnatibus, ut quos ſummo dignarentur honore atque amore, iis reliquias, aut ciborum portiunculas mitterent. Heliod. libr. 7. ὀλίγον ὕστερον εὐνοῦχοι παρῆσαν λείψανα μὲν δῆθεν τῆς σατραπικῆς τραπέζης ἐπὶ χρυσοῖς τῶν σκευῶν κομίζοντες, paulo poſt Eunuchi aderant, reliquias ſatrapicæ menſæ, in aurea ſupellectili afferentes. Et paulo poſt, οὐ μοίρας μόνον κατὰ τὸ εἰωθὸς τῶν ἐδεσμάτων, τοῖς περὶ τὴν θεαγένην ἀπέστελλεν. Joſeph. libr. 10. cap. 12. antiq. in principio: ἐχορήγει μὲν αὐτοῖς τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης αὐτοῦ εἰς δίαιταν, præbebatque iis de ſua menſa victum. Xen. inſt. Cyr. libr. 8. ὅσα δὲ παρατεθείη, ταῦτα πάντα, πλὴν οἷς αὐτὸς καὶ σύνδειπνοι χρήσαιντο, διεδίδου οἷς ἀεὶ βούλοιτο τῶν φίλων, μνήμην ἐνδείκνυσθαι, ἢ φιλοφροσύνην. διέπεμπε δὲ καὶ τούτοις, οὓς ἀγασθείη. Quæcunque verò adponebantur, ea ſemper omnia diſtribuebat in amicos, quos viſum eſſet, quo ſe memorem ipſorum eſſe oſtenderet, vel benevolentiam declararet: extra cibos illos, quibus ipſe, atque convivæ veſcerentur. Præterea mittebat iis, quos ſuſpiceret. Idem, τούτοις ἔπεμπεν ἀπὸ τραπέζης, his mittebat de menſa.

Pag. 125. lin. 27. καὶ ἀβίωτον νομίζων τὸν βίον, negans vitam ſibi fore vitalem. Demoſt. ἀβίωτον εἶναι τὸν βίον ὤετο αὐτῷ, Exiſtimabat vitam ſibi non eſſe vitalem. Quod Cicero libri primi epiſtola: ad familiar. epiſtola prima, vitam acerbam dicit, ἀβίωτον βίον aptiſſimè etiam interpretari poſſumus. Heſych. ἀβίωτον exponit κακὸν, ἀηδῆ, ὀδυνηρὸν, ut ſit malam, vel potius miſeram, injucun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

dam, luctuoſam vitam. Lucian. in dialog. meretric. in colloq. Leon. Chen. & Hym. attico more dixit ἀβίωτα, in plurali. ἀβίωτα γὰρ ἦν μοι, σοῦ ἀποθανόντος, Te mortuo, vivere nolebam. Vel vita, te mortuo, non erat mihi vitalis. Ut Ennius olim dixit.

Pag. 126. lin. 2. Πόδας καὶ χεῖρας κατεφίλει, pedes atque manus deoſculabatur. Manum alterius oſculandam præhendere, humilitatis olim nota erat. Genuum atque pedum geſtus in precationibus tum civilibus, tum ſacris & religioſis, antiquiſſimus eſt. Veteres exorare aliquid volentes, genua amplectebantur, in iis numen eſſe, & ſedem miſerationis, arbitrati; qui modus hodiè apud nonnullos frequens humilitatem denotat.

Pag. 126. lin. 4. λέγειν κελεύσαντος. κελεύοντος.

Pag. 126. lin. 5. οἴχεταί σοι γνάθων, actum eſt de Gnathone. Herod. lib. 1. Fadilla ſoror, fratrem Commodum alloquitur, οἴχεται δέ σοι ὅτε ῥωμαίων δῆμος, actum eſt de populo Romano. Euſtat. dicit ἡ λέξις οἴχομαι λαμβάνεται δέ ποτε ἐπὶ τῶν ἀφανῶν γενομένων.

Pag. 126. lin. 9. οἴνου γέροντος, vocatur Homero οἶνος παλαιὸς, vinum vetus: ſed poſteri urbanius οἶνον γέροντα dixere, inquit Euſtat. ad verſ. 340. Odyſſ. β. cujus verba hæc ſunt. οἶνον δὲ παλαιὸν ὁμήρου εἰπόντος, οἱ ὕστερον ἀστείως μεταλαβόντες, γέροντα τὸν τοιοῦτον εἶπον: οἷον γέρων θάσιος οἶνος. Et paulo poſt: ὡς δὲ ὁ παλαιὸς οἶνος, καὶ γεραιὸς, καὶ πολιὸς ἐκλήθη πρός τινων. Adeo ut quædam epitheta, quæ ſenibus congruunt, Græci vino tribuiſſe videantur. Fortaſſis, quia, ut Alexis apud Athenæum libr. 2. ait, ὁμοιότατος ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν, τρόπον τιν' ἐστιν, eſt natura homo vino ſimilimus quodam modo.

Pag. 126. lin. 14. Τρυφῆς οὐ γενόμενος, ἀλλ' αἰξ γενόμενος. Hæc paranomoſia venuſtatem quandam orationi addit. Iſocrat. eleganter. ἡγούμενος τῶν ἡδονῶν, οὐκ ἀγόμενος ὑπ' αὐτῶν. Herod. τὰ παθήματα μαθήματα. ῥᾷόν ἐστι μωμεῖσθαι, ἢ μιμεῖσθαι.

Pag. 127. lin. 17. οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, Non abs re. σκοπὸς propriè ſignum eſt, ad quod collimant, & tela ſua dirigunt ſagittarii. Plat. Metaphor. ut hoc loco etiam capitur, de Repub. dixit. στοχάζεσθαι τοῦ σκοποῦ, collimare ad ſcopum: Atque eo modo plerumque ponitur pro propoſito & fine, ad quem tendimus. Athenæ. σκοποῦ ἀποτυγχάνειν, aberrare à ſcopo, ſeu inſtituti ſui ſpe fruſtrari. Ad quem modum Xenoph. ſymp. καὶ οὗτος μὲν δὴ ὁ λόγος οὐκ ἀπὸ τοῦ σκοποῦ ἔδοξεν εἰρῆσθαι, ſed hic ſermo non viſus eſt alienus à re propoſita. Lucian. οὐκ ἀπὸ σκοποῦ εἴκαζες, Tua conjectura haud procul abeſt à ſcopo.

Pag. 127. lin. 25. φοβεῖσθαι τὸν ἐρώμενον: Hoc Ariſtotelis ſententiæ adverſari videtur Rhetor. 2. aſſerentis, οὐδένα φιλεῖν, ὃν φοβεῖται, neminem, quem timet, amare.

Pag. 127. lin. 28. ὑακίνθῳ. Hyacinthus Amyclæ filius, puer admodum formoſus, cujus amore captus Apollo è cœlo in terram deſcendere, quo illius pulchritudine frueretur, ſuſtinuit. Ovid. libr. 10 metamorph.

Pag. 128. lin. 8. θεοὺς ἐμιμησάμην, Deos ſum imitatus. Diis ſcelera attributa, hominibus ſæpè in exempla cedunt. Clitophon apud Achill. Tatium libr. 1. audita fabula Apollinis atque Daphnes, ſenſiſſe ſe ilico ardentiores cupidinis faces, fatetur, atque inquit: Τοῦτό μοι μέλος ἐλθὸν εἰς τέλος τὴν ψυχὴν ἐξέκαυσεν (ita lego cum Cl. Salmaſio) ὑπέκκαυμα γὰρ ἐπιθυμίας λόγος ἐρωτικὸς κἂν εἰς σωφροσύνην τι ἑαυτὸν νουθετῇ, τῷ παραδείγματι πρὸς μίμησιν

ἐρεθί-

ἐρεθίζεται, καὶ μάλιστα ὅταν ἐκ τοῦ κρείττονος ᾖ παράδειγμα. ἡ γὰρ ὢν ἁμαρτάνει τις αἰδὼς, τῇ τοῦ βελτίονος ἀξιώματι παῤῥησία γίνεται. καὶ ταῦτα πρὸς ἐμαυτὸν ἔλεγον. ἰδοὺ καὶ Ἀπόλλων ἐρᾷ κἀκεῖνος παρθένου, καὶ ἐρῶν οὐκ αἰσχύνεται, ἀλλὰ διώκει τὴν παρθένον. σὺ δὲ ὀκνεῖς καὶ αἰδῇ, καὶ ἀκαίρως σωφρονεῖς; μὴ κρείττων εἶ θεοῦ; Hoc mihi canticum funditus animũ incendit: quippe amatorius ſermo vehemens quędam cupiditatis incitatio eſt. Ac quanquam ad temperantiam aliquis comparatus eſt, exemplo tamen ad imitandum trahitur: eoque facilius, quo nobilius proponitur exemplum: Nam pudor, qui à peccando revocabat, præſtantioris alicujus dignitate motus, in licentiam commutatur. Hiſce itaque verbis memet alloquebar: An non Apollinem amore captum eſſe, & pudorem abjeciſſe, & virginem palam ſequi vides? Quid tu igitur deſidia torpes, & pudore victus alieno tempore continentiam præ te fers? Sic etiam Terentianus Chærea argumentatur, conſpecta laſciva quadam tabula: Egomet quoque id ſpectare cæpi, & quia conſimilem luſerat jam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi, Deum ſe in hominem convertiſſe. Et paulo poſt: Ego homuncio hoc non facerem? Euſtat. refert ad v. 432. Iliad. π. ſophiſtam atque aſſentatorem quendam, Ptolomæi regis Ægypti nefarium inceſtum extenuare volentem (duxerat ille in uxorem ſuam ipſius ſororem) hunc Homeri verſum pronunciaſſe:

Ἥρην δὲ προσέειπε κασιγνήτην ἄλοχόν τε,
Iunonem autem allocutus eſt ſuam ſororem, uxoremque Iupiter.

ὡς οἷα συμβολικῶς παραλαλῶν, dicens, μὴ καινοπραγεῖν τὸν βασιλέα τῇ ἀδελφῇ συγχρωτιζόμενον, εἰ τοιοῦτος καὶ ὁ Ζεύς. Nihil novi Regem agere, ſorore ducta in uxorem, cum Jupiter idem fecerit.

Pag. 128. lin. 9. βουκόλος ἦν Ἀγχίσης, καὶ ἔχεν αὐτὸν ἡ Ἀφροδίτη. Anchiſes Capyos filius, ante bellum Trojanum, nemorum latebras, & ſolitudines coluiſſe fertur, gregibus & armentis intentus, quibus cum vacaret, à Venere adamari cæpit, cumque ea concubuit. Noſter dicit ἔχεν αὐτόν, ipſum habuit Venus. Alias plerumque mariti dicuntur ἔχειν τὰς γυναῖκας, ſuas habere uxores, hoc eſt, in matrimonio habere. Dicitur & ille etiam ἔχειν, cui conſuetudo eſt cum meretrice. Quapropter cum Longus noſter dicat, Venerem habuiſſe Anchiſen, vult eo ſignificatum, Deam illam, ut pote amoris Deam, illum habuiſſe irretitum, atque cupidinis omnino vinculis conſtrictum detinuiſſe. Quod confirmat Ariſtippi illud dictum, dicentis, ἔχω τὴν Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι.

Pag. 128. lin. 10. Βράγχος, vel ut alii malunt βράγχος, Juvenis hic fuit Theſſalus, quem adamatum ab Apolline fuiſſe Volaterranus ex Lactantio narrat, adeoque Phœbum doluiſſe interfectum, ut ſuo in templo ſacra ei fieri poſt mortem voluerit.

P. 128. l. 12. ποιμὴν ἦν Γανυμήδης, καὶ αὐτὸν Ζεὺς ἥρπασε, Ganymedem, dictum παρὰ τὸ γάνος μήδεσθαι τῷ Διΐ, quod Jovem lætitia afficiat. Vel quaſi γανύμενον τοῖς μήδεσι, conſiliis gaudentem. Ganymedem, inquam, fabulantur poëtæ Trois fuiſſe filium, & ob admirandam ejus pulchritudinem, dum oves paternas paſceret, ab aquila Jovis armigero, vel potius ab ipſo Jove, aquilæ forma induto, raptum, atque pocillatorẽ Jovis menſæ adhibitum eſſe. Videatur Luciani dialogus Jovis atque Ganymedis. De loco, ubi raptus Ganymedes fuerit, diſſentiunt Strabo & Athenæ. ueterque libr. 13. Strabo oſtendi ait in confinio Cyziceni, & Priapini agri. Athenæ. apud Chalciden-
ſes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

ſes. Lucianus in Ida monte. Aliter narrat Suidas raptum hunc, quam habetur in fabulis, ut & Oroſius libr. 1. c. 12. Vide Lambert. Hortenſ. in Virg. Æneid. 1. adverſum, *Et genus inviſum & rapti Ganymedis honores.*

Pag. 128. l. 25. ἐμπαροίνημα γενήσεται, lege εἰ ἐμπαροίνημα γενήσεται. Eſt autem ἐμπαροίνημα, injuria, ſeu contumelia, qua quis à temulento afficitur. Hic verò ἐμπαροίνημα, is ipſe dicitur, qui injuria, aut contumelia, à vinolento afficitur: quemadmodum & apud Plut. πότερον Ἀθηναῖοι κατὰ πολ. ubi loquitur de Phocione Byzantiis auxilium ferente; δι' ἧς ἐκώλυσε τοὺς τῶν συμμάχων υἱοὺς ἐνυβρίσματά τε καὶ παροίνημα γενέσθαι Μακεδόνων, Quod fecit, ne confœderatorum filii ludibrio & contumeliis Macedonum eſſent obnoxii. Pari forma καθάρματα dicuntur, & ponuntur pro piacularibus, & devotis in luſtrationem. Latini ſic ſcelus & perniciem pro ſceleſto & pernicioſo accipiunt.

Pag. 129. lin. 4. οἰχόμεσθα, Jon. pro οἰχόμεθα, perimus, actum eſt de nobis. Ita Syneſ. epiſtola. 59 πάντα οἴχεται, perierunt omnia, actum eſt. De hac phraſi ſupra. Niſi quis putet legendum eſſe, οἰχώμεσθα, abeamus.

Pag. 129. lin. 9. Βοῦς, φασιν, ἐν αὐλίῳ. Bos in ſtabulo. Dicebatur, proverbialiter homo inutilis, inque otio vitam agens, & qui amplius eſt nullo in numero. Suidas. βοῦς ἐν αὐλίῳ κάθη, παροιμία ἐπὶ τῶν ἀργήσων, Bos in ſtabulo ſedet, proverbium de prorſus inutilibus hominibus.

Pag. 129. lin. 25. Τὰ ἀσυνκὰ, frequentius ἀστικὰ invenitur. Apud Xiph. τῆς ἀστικῆς ῥᾳστώνης ἐπιθυμῶν, urbanæ tranquillitatis cupidus. In Sever. ἀπὸ τῶν ἀστικῶν πραγμάτων: & in Tib. ἀντὶ τῶν ἀστικῶν ἐχρῆτο, pro urbanis utebatur.

Pag. 130. lin 6. Αἰτήσαις λόγον, venia dicendi petita. Thucyd libr. 3. ἀλλ' αὐτοὶ λόγον ᾐτησάμεθα, ſed ipſi poteſtatem, ſive veniam dicendi petivimus. Xiphilin. in Sever. λόγον τε αὐτῷ ἔδωκε, fecit illi poteſtatem dicendi.

Pag. 130. lin. 13. Πατέρες ἐξέθηκαν. Πατέρες aliquando idem quod γονέες, parentes, uti hic, & apud Dionyſ. Halicar. antiq. libr. 6. ubi agit de C. Mario, ὃς ἦν μὲν ἐκ τοῦ γένους τῶν πατρικίων, καὶ οὐκ ἀσήμων πατέρων, qui genere patricius erat, non obſcuris natus parentibus.

Pag. 130. lin. 30. ἄγειν ἐπὶ γυναικῶν ἔργα σπουδάζει, intelligit κύπριδος ἔργα nefaria, ut Muſæus loquitur. Ita abominandum hoc ſcelus circumloquitur ille apud Petronium nequiſſimæ libidinis arbitrum. Quid ille alter ô Dii! qui tamquam togæ virilis ſtolam ſumpſit, qui ne vir eſſet, à matre perſuaſus eſt, qui opus muliebre in ergaſtulo fecit.

Pag. 131. lin. 5. Διονυσοφάνης, nomen proprium viri, parentis Daphnidis. à φαίνω oſtendo, luceo & Διόνυσος, Dionyſus, Bacchus. Qui Baccho lucem præfert.

Pag. 131. lin. 7. Σφόδρα εἰς αὐτὸν τὴν ὀφρῦν τοξοποιήσας, admodum tetrico in illum vultu, &, ut Apulejus ait, torvum in illum intuitus. Eſt autem τοξοποιεῖν, propriè arcus & jacula conficere. Sed metaphoricè contrahere ſupercilia, in modum eorum, qui arcus in ſinuoſa cornua contrahunt, & curvant, quandò eos intendunt. Eſt itaque hic nihil aliud, quam ſupercilia contrahere, atque triſtem & tetricum eſſe. Suid. μὴ σκυθρώπαζε· οὐ γὰρ πρέπει σοι τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς· ἀντὶ τοῦ σκυθρωπάζειν. ἀπὸ τοῦ παρακολουθοῦντος. τοιοῦτον γὰρ τὸ πρόσωπον τῶν ἐν μερίμνῃ ὄντων, Ne tetrico ſis vultu, non etiam decet te ſupercilia

arcus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

arcus inſtar curvare, & contrahere. Pro tetrico & triſti eſſe vultu; à conſequenti ductum eſt hoc loquendi genus. Talis enim eſt vultus hominum in cogitatione, curaque profunda verſantium. *Hom. Il. ο.*

Οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσι
ἰάνθη,

Neque frons ejus in ſuperciliis cæruleis
lætata eſt.

Pag. 131. lin. 12. ὡς δὲ ἀτενὴς ἦν. ἀτενὴς hic dicitur conſtans, vel qui ſibi conſtat, neque flectitur à propoſito. Plutarch. in Ariſtide dicit, illum habuiſſe φύσιν ἱδρυμένην ἐν βεβαίῳ, καὶ πρὸς τὸ δίκαιον ἀτενῆ, indolem rigidam & inflexibilem, ac conſtantem in tuendis juſtitiæ partibus. D. Halicar. lib. 5. ὁ δὲ ἦν ἀτενὴς, flecti non poterat (Titus Largius.)

Pag. 131. lin. 20. οὐ γὰρ εὐθὺς ἦν ἄπιστον. οὐ γὰρ ſæpiſſimè interrogat apud diſertiores Græcos, ſignificatque Nonne? uti hic. Ita Plato, 6. de Repub. οὐ γὰρ ταῦτα μέγιστά ἐστιν; ἀλλ' ἔτι τι μεῖζον; Nonne hæc maximè vera ſunt? An aliquid aliud majus eſſe poteſt? Nonnunquam etiam in media oratione inſeritur, ſanè quam venuſtiſſimè, & ὡς ἀττικώτατα habet ea phraſis affirmandi vim, ut ſi latinè dicas, quis neget? quis de eo ambigat? Ælian. libr. 8. cap. 12. παράδοξόν γε, οὐ γάρ; ἀληθὲς δὲ, mira ſanè res, quis dubitet? at vera tamen. Vide magnum Caſaubon. lib. 1. de ſatyr. poëſ.

Pag. 131. lin. 23. ἐδόκει μὴ ματεύεσθαι. Eſt autem ματεύειν, quærere, inveſtigare. Hom. Il. ξ.

Ἐγγὺς ἀνὴρ, οὐ δηθὰ ματεύσομεν,

Propè adeſt vir, non diu inquiremus.

Heſych. Ματεῖν, ζητεῖν, id eſt, quærere, inquirere. Habebat codex μαντεύεσθαι, conjecturis inhærere.

Pag. 132. lin. 1. πόρπην; de hac voce vide ſupra. p. 5. 6. Tertullianus dat antiquis Carthaginenſibus quadratam tunicam fibula conſtrictam. Liv. lib. 47. donatam puero tunicam, ſcribit, lato clavo, cum hiſpano ſagulo & aurea fibula, ut videlicet fibula eſſet aſtrigmentum ſaguli.

Pag. 132. lin. 4. θεασαμένην. leg. θασαμένην.

Pag. 132. lin. 7. Σωφροσύνη. Nomen mulieris. Græc. temperantia, mens ſana, frugalitas, continentia, à qua nomen habet.

Pag. 132. lin. 16. ὑπὸ περιττῆς ἡδονῆς δακρύοντος, præ nimio gaudio lacrymas fundente. Sæpius uſu venit, ut homines præ nimio gaudio lacrymas fuderint: Hujus rei cauſam afferens Alexand Aph. inquit: Utrique lacrymas fundunt mæſti, ac læti. In mæſtis fit ob anguſtum viſus meatum, qui oculorum humorem comprimit: at in iis, qui lætitia geſtiunt, idem humor propter meatuum laxitatem effunditur. Plut. in vita Alexandr. refert Philippum lacrymas præ gaudio fudiſſe, cum filius ex equo deſcendiſſet: ὁ δὲ πατὴρ καὶ δακρύσαι τι λέγεται πρὸς τὴν χαρὰν, Patri verò manaſſe lacrymas etiam aliquantulum præ gaudio ferunt. Xenophon libr. 7. Hiſtor. Græc. narrat nuncio allato victoriæ, Spartanos, facto ab Ageſilao ac Senatoribus ephoriſque initio, univerſos lacrymas fudiſſe, addito; οὕτω ἄρα κοινόν τι χαρᾷ καὶ λύπῃ δάκρυά ἐστιν. Adeo lachrymæ gaudio ac dolori, ſunt communes. Fredericus Imperator renunciata filii Maximiliani electione in Regem Romanorum, largiter illachrymavit. Camer. centur. 3. cap. 98.

Pag. 133. lin. 2. οἱ μέχρι νῦν, plerumque additur articulus τοῦ, ſubaudito χρόνου, q. d. uſque ad tempus quod nunc eſt. Sed etiam, quemadmodum hic,

ſine articulo. Zoſim. libr. 12. ὧν καὶ τὰ δείκηλα μέχρι νῦν ἐστὶν, quorum ſimulacra nunc etiam, vel ad hoc uſque tempus ſunt.

Pag. 133. l. 14. πλῆθος τὸ λοιπὸν ἐπιῤῥεῖ, reliqua turba affluit. Eſt metaphorica locutio, ſumpta à rivis atque fluviis aliis fluminibus illabentibus. Simili forma uſus eſt dicendi Xenoph. libr. 7. Inſt. Cyr. ὁ δ' ὄχλος πλείων καὶ πλείων ἐπέῤῥει, & turba major atque major adfluebat. Pari metaphora utitur Hom. Il. λ.

Τὰ δ' ἐπέῤῥεεν ἔθνεα πεζῶν,
Et affluxerunt agmina peditum.

Quod Maro dicendo æmulatus Æneid. lib. 12. ita canit:

——Hinc denſi rurſus inundant
Troes, Agillinique, & pictis Arcades armis. Id eſt,

copioſi accurrunt, & undarum more affluunt.

Pag. 133. lin. 21. προσστερνίζετο. Verbum hoc factum eſt ex πρὸς, & στέρνον, pectus, ita ut propriè προσστερνίζομαι ſit, pectori meo apprimo (ſicuti fœtus ſuos rigentes pectori apprimendo fovent urſi) id eſt amplector, complector. Ego verti toto pectore accipiebat, imitatus Maronem libr. 9. Æneid.

——Venerande puer, jam pectore toto
Accipio, & comitem caſus complector in omnes.

Admovebat quippe Aſcanius Euryalum ſuo pectori. Neque ineptè hoc loco ita vertendum puto, cum mox ſequatur, atque recuſabat amplexibus exire, ἐξελθεῖν περιβολῶν οὐκ ἤθελεν. Clariſſ. Jongerm. quod vidi mea verſione jam typis excuſa, adpectorabatur, vertit, imitans Solin. c. 29. de urſis ita ſcribentem: Has lambendo ſenſim figurant, atque adpectoratas fovent.

Pag. 134. lin. 9. ἅλις ἱκανὸν εἶναι τὸ γένος, Hoc generi noſtro ſufficere arbitrabar. Muſonius: οἵγε ἀναιροῦσι αὐτῶν τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα ἐκεῖνοι μερίδα μείζω τῶν πατρῴων ἔχωσι, Tollunt è medio fratres illorum, ut majorem bonorum paternorum portionem ſuperſtites habeant. Præceptum Heſiodi videntur illi ſecuti, unicum filium paternorum bonorum hæredem eſſe debere præcipientis.

Pag. 134. lin. 8. οὐ γνωρίσματα, ἀλλ' ἐντάφια. Notandus mos Græcorum, qui pueris illis, quos expoſitos volebant, ſemper aliquid applicabant. Inde poſtea, ut Poëtæ Comici Tragicique fingunt, aliquando illi agnoſcebantur, mutatiſque temporibus ac fortunis parentum, libenter in familiam aſciſcebantur. Quod ipſum cum Daphnidi, tum etiam Chloæ uſu venit. Ut ita & in duro hoc obeundo munere aliquam ſpeciem pietatis præbeant, non patiendo omnino prolem ſuam nudam prorſus, expertemque ſuorum bonorum ad mortem tradi. Itaque cum neceſſitati alicui, anguſtiiſve rei familiaris parerent, non obliviſcebantur penitus ſe patres, aut matres eſſe, ſed aliquid ſui ornatus ſibi detrahebant, corporibuſque ipſorum imponebant. Id ipſum diligenter expoſuit Terent. in Heautontimor. ſua, ubi inducit Soſtratam, Chremetis uxorem, ita cum viro loquentem: ut ſtultæ, & miſerè omnes ſumus religioſæ, cum exponendam do illis, de digito annulum detraho, & eum dico una cum puella exponeret. Si moreretur, ne expers partis eſſet de noſtris bonis. Id ipſum etiam obſervaſſe Creuſam Mercurius narrat, apud Euripidem in Jove, cum ex ſe & Apolline natum exponeret. ὡς δ' ἦλθε χρόνος

Τεκοῦσ' ἐν οἴκοις παῖδ' ἀπήνεγκε βρέφος
Εἰς ταὐτὸν ἄντρον, οὗπερ ηὐνάσθη θεῷ
Κρέουσα, κἀκτίθησιν ὡς θανούμενον

Κοίλης ἐν ἀντίπηγος εὐτρόχῳ κύκλῳ.
& paulo poſt:
——*ἀλλ' ἣν εἶχε παρθένος χλιδὴν*
Τέκνῳ προσάψασ' ἔλιπεν, ὡς θανουμένῳ,

Poſtquam vero tempus venit,
Pariens domi puerum, aſportavit infantem
In idem antrũ, ubi concubuit cum Deo,
Creuſa, & exponit, ut moriturum
In rotundo orbe cavæ ciſtæ. Deinde:
——*Sed ea, quæ habebat virgo ornamenta*
Filio appendens reliquit tanquam morituro.

Vide plura περὶ τῶν γνωρισμάτων pag. 91. 4. ſupra.

Pag. 134. lin. 9. Sunt autem ἐντάφια, quorum hoc loco ſit mentio, veſtimenta funebria: ſepultoria lintea, quæ dicuntur Dionyſ. libr. 2. antiq. Rom. ἐντάφιοι κόσμοι, quando loquitur de virginum veſtalium ſupplicio, in crimine ſtupri deprehenſarum: ἐντὸς τοῦ τείχους εἰς σηκὸν ὑπὸ γῆν κατεσκευασμένον ἅμα τοῖς ἐνταφίοις κόσμοις τίθενται, Intra muros in ſubterranea cella cum ſepulchralibus ornamentis inhumantur. Xiphilin. in Severo vocat ἐντάφια, quæcunque ad parentandum pertinebant. Idem: μέλλων δ' οὖν τελευτήσειν, ᾔτησε τὰ ἐντάφια ἃ πρὸ πολλοῦ παρεσκεύαστο, Hic paulo ante quam moreretur, poſtulavit ut ea quæ ad ſepulturam ſuam jamdudum comparaverat, ad ſe perferrentur. Et addit autor: καὶ ἐπειδὴ διερρυηκότα αὐτὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου εἶδε, τί τοῦτο, ἔφη, ἐβραδύναμεν; Quæ poſtquam vidit vetuſtate conſumpta, Quid hoc rei eſt, inquit, itane cunctati ſumus?

Pag. 134. lin. 15. ἔχωμεν χειραγωγοὺς. χειραγωγὸς eſt, qui cœcum ducit, aut debilem, aut ſenio confectum hominem, quo ſenſu hic dicitur: Liberi quippe probi inſtar ſcipionum ſunt, quibus parentes jam ætate graves innitentes gradum ſtabiliunt. Talis fuit P. Cornelius, qui patrem decrepitum, luminibuſque orbum vice ſcipionis rexit, unde ille & Scipionis cognomen eſt adeptus, atque deinceps ad poſteros tranſmiſit. Vide Heliodor. libr. 4.

Pag. 134. lin. 24. κρεῖττον γὰρ ἀδελφοῦ, κτῆμα οὐδέν.

Muſon. apud Stobæum: κρεῖττον πολλοὺς ἔχειν ἀδελφοὺς, ἢ πολλὰ ἔχειν χρήματα, ſatius eſt multos habere fratres, quam multas pecunias: Nam, ut idem ille ait, Frater æſtimandus eſt, ut membrum tui corporis. Rectè igitur atque jure apud Hom. Telemachus non lævis calamitatis loco deputat, quod fratre careat, cum inquit:

Ὧδε γὰρ ἡμετέρην γενεὴν μούνωσε Κρονίων,

Vſque adeo noſtram gentem Saturnius orbam,
Reddidit, ut mea ſtirps dependeat omnis ab uno.

Pag. 134. lin. 24. Ἀλλὰ φιλεῖτε ἀλλήλους, ſed vos mutuo amore proſequimini. Idem ſuos monuit filios Cyrus libr. 8. de expedit. Cyr. Τίνα δ' αἴσχιον μὴ φιλεῖν, ἢ τὸν ἀδελφόν; & mox: ἀλλὰ πρὸς θεῶν πατρῴων, παῖδες, τιμᾶτε ἀλλήλους, Quem turpius eſt non amare, quam fratrem? Quare, mei filii, proſequimini vos mutuo amore. μετὰ ταῦτα δ' ἐνθυμητέον ὅτι τρόπον τινὰ οἱ ἀδελφοὶ τὰ αὐτοῦ μέρη τυγχάνουσι, Deinde cogitandum eſt, quod fratres quodammodo corporis tui partes ſint, ut quidam ait.

Pag. 134. lin. 24. πολλὴν μὲν ὑμῖν καταλείψω γῆν, &c.

Ita Severus apud Herodian. lib. 3. c. 13. duos, quos habebat filios, ad concordiam pacemque revocare ſatagens, illis θησαυρούς τε καὶ νεὼς, πάντα ἐδείκνυε χρημάτων πλήρη, monſtrabat the-

theſauros, templaque pecuniis plena eſſe &c.

Pag. 134. lin. 26. ὅσα ἄλλα, leg. καὶ ὅσα ἄλλα.

Moris eſt diſertioribus Græcis, poſt aliquam partium, rerumque affinium enumerationem, ita concludere, καὶ ἄλλα ὅσα, & reliqua ejuſmodi: vel καὶ ἄλλοι ὅσοι, & cæteri id genus: ut, τοιαῦτα δὴ προφασίζεται, καὶ ἄλλα ὅσα, His atque aliis ejuſmodi excuſationibus utitur.

Pag. 135. lin. 11. ἐῶ αἰπόλος lege, θέλει εἶναι αἰπόλος.

Pag. 135. lin. 14. Διὶ σωτῆρι, Jovi Servatori. Jupiter à Græcis dictus eſt Σωτὴρ, ſervator; propterea, quia illos à Medis liberavit, ut quidam volunt. Σωτῆρος διὸς apud Athenæ. legimus libr. 7. Sed Jovis Servatoris aram multò ante erectam fuiſſe ab Hercule, Amphitryon apud Euripidem teſtatur in Hercule furente, ex devictis Miniis. Sed quanto nos rectius Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum hoc cognomine nuncupamus, qui nos adeò benignè, ſuo cruore in veram æternæ vitæ libertatem aſſeruit? Arrianus libr. 8. de geſtis Alexandr. tradit ipſum Regem, intellecto Nearchum claſſe ſalva appuliſſe, Διὶ Σωτῆρι, cæteriſque Numinibus malorum depulſoribus, mariniſque ludos gymnicos & muſicos edidiſſe, celebremque pompam indixiſſe. vid. Gyrald. libr. 2. de Diis gentil. & doctiſſ. Bourdelot. in Heliodor. Hinc ſacra & feſta, quæ agitantur in honorem σωτήρων θεῶν, σωτήρια dicta fuerunt. Herodian. libr. 4. ἐθύετε σωτήρια. Plut in Gal. ἔθυσε σωτήρια.

Pag. 135. lin. 14. Συμπόσιον συνεκρότει. Eadem forma Xiphil. in Julian. καὶ συμπόσια πολλὰ συνεκρότει, & multa convivia celebrabat. Julian. Cæſar. Ἀλέξανδρος Αἴγυπτον παρῆλθε θεωρῶν: ἐγὼ δὲ συμπόσια συγκροτῶν, καταπεπολέμηκα, Alexander Ægyptum ſpectans pertranſivit: ego convivia celebrans domui. Lucian. καὶ ὁ πότος συνεκροτεῖτο.

Pag. 136. lin. 11. τῷ πανὶ ἀνέθηκε σύριγγα &c. Fiſtulam ſuam dicavit Pani. Moris videtur fuiſſe, ut ad meliorem fortunam evecti, conſecrarint ea Diis inſtrumenta, quibus deteriori fortuna preſſi, victum ſibi quæritarunt. Apud Lucian. in Timone, qui ad meliorem ſortem provectus, ſuum ligonem & rhenonem Pani conſecrat, additis hiſce verbis: ὦ δίκελλα, καὶ φιλτάτη διφθέρα, ὑμᾶς μὲν τῷ πανὶ τούτῳ ἀναθεῖναι καλὸν, ô ligo, ô rheno cariſſime, vos huic Pani ſuſpendi bonum eſt.

Pag. 136. lin. 15. οὕτω δ' ἄρα τὸ σύνηθες ξενιζούσης εὐδαιμονίας τερπνότερον, adeò ſane, id cui aſſuevimus, quavis adventitia novaque fælicitate magis delectat. πᾶν σύντροφον γλυκὺ, omne id, cui innutriti ſumus dulce eſt. Maro Georg. 2.

—— Adeò à teneris aſſueſcere multum eſt.

Hoc noſter Epiphonemate concludit hoc ipſum.

Pag. 137. lin. 10. εὗρεν ἴσως θεραπαίνας ἐμοῦ κρείττονας.

ὁ μέγας ἔρως ἐστὶ ζηλότυπόν τι χρῆμα, μεστὸν ὑποψίας, ἢ ἀπιστίας, ut quidam dixit. Ingens amor non eſt ſine zelotypia, plenuſque & diffidentiæ eſt. Ita Leucippe exprobrat ſuo Clitophonti per literas cum Melite nuptias, apud Achill. Tat. libr. 5. σὺ δὲ ἄπειρος, ἀμαστίγωτος γαμεῖς, Tu nunquam diſtractus, verberumque immunis novis te nuptiis oblectas. Quid quæſo ſuſpicacius amore? Ovid. 7. metamorph.

—— Sed cuncta timemus amantes.

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Apud Popert. impenſius quidam amans hoc

hoc ipſum de ſe fatetur. libr. 2. El. 6.

Omnia me lædunt, timidus ſum, ignoſce timori.

Pag. 137. lin. 12. Χαιρέτω, valeat. Hoc verbum interdum eſt, veluti hic, improbantis, averſantis, repudiumque remittentis, aut cum contemptu quodam deſerentis. Eurip. *χαιρέτω βουλεύματα*, valeant conſilia. Ariſtot. in metaphyſ. *χαιρέτωσαν ἰδέαι*, valeant ideæ, id eſt, miſſas faciamus ideas. Hinc apud Lucian. *τὸ μακρὰν χαίρειν φράσαι*, denotat non amplius velle rerum habere curam. Eſt itaque hoc loco, quaſi Daphnidi ſuo dicat Chloë, cum Medea:

I nunc ſuperbe, virginum thalamos pete.

In eodem ſignificatu uſurpavit Comicus verbum valeo, cum inquit: Valeant, qui inter nos diſſidium volunt. Rectè Budæ. in commentar. Græc. ling. *τὸ δὲ χαιρέτω, λέγεται ἐπὶ τῶν δοκούντων ἀγαθῶν κατ᾽ εὐφημισμὸν, ὅταν οὐ δέη φανερῶς δυσφημεῖν, οἷον χαιρέτω φιλία, χαιρέτω λόγος, ἐπειδὰν ἀηδῶς τις ἔχῃ πρὸς ταῦτα.*

Pag. 137. lin. 12. *ἐγὼ δὲ οὐ ζήσομαι.* Xen. libr. 5. de Inſtituit. Cyr. faciens verba de amantibus, ait: *διόπερ, οἶμαι, καὶ εὔχονται μὲν ἀεὶ ὡς ἄθλιοι ὄντες, ἀποθανεῖν*, Quod fit, mea quidem ſententia, ſemper ut optent mori. Dido, deſerta ab Ænea ſuo, quem perditè amabat, mortem orat, & quam primum ſibi lumen abrumpere tentat. Eſt enim mors ultimum confugium in malis omnibus miſeris mortalibus. Senec. libr. 3. c. 15. propterea vocat mortem malorum finem, libertatem, effugium ſervitutis. Non tamen eſt perinde, qua quis ratione moriatur, cujus memores debebant eſſe, quotquot ſuos eant anticipatum manes: Quippe *καλὸν, τὸ ἀποθανεῖν καλῶς.*

Pag. 137. lin. 23. Ἔξω φρενῶν γενόμενος, mente captus, inops mentis. Ita etiam Plutar. ita & Herodian. eſt locutus: *ἔξω φρενῶν καθεστὼς.* Item: *ἀλλ᾽ ὥστε ἀνὴρ οὐκ ἔξω φρενῶν καθεστὼς*, ſed ut homo neutiquam mente captus.

Pag. 138. lin. 19. Εἰ μὴ. Notandum ante haſce voculas *εἰ μὴ* verbum aliquod ſæpè ſubaudiendum venire, quemadmodum hic: *ἦγεν ἂν*, & duxiſſet. Thucyd. libr. 1. *καὶ συγγνώμη εἰ μὴ*, Et venia (ſupple dari vobis poſſit) ſi non jam.

Pag. 138. lin. 24. Τὸν δὲ Δάφνιν ἀγρυπνοῦντα. Plut. in Themiſt. dixit *νύκτας ἀγρυπνεῖν*, quod Plaut. noctes ducere: & Stat. 2. Theb.

Inſomnem ludo certatim ducere noctem.

Amantibus paſſim negatur ſomnus. Val. Flacc. Arg. de Medea.

Nulla quies animo, nullus ſopor, arida mens eſt.

Nemeſ. 2. Eclog. de Paſtore, qui puellam deperibat.

——— *Nec placido memini concedere ſomno.*

Maro libr. 4. Æneid. amantis Didonis affectum exprimens, ait:

——— *Nec unquam*
Solvitur in ſomnos.

Pag. 138. lin. 25. 26. In verbis *καθεύδοντα, ἀγρυπνοῦντα, δακρύοντα*, nota epiſtrophen.

Pag. 138. lin. 29. *δοῦλον οὐκ ἄχρηστον ἔχειν*, ne ſe pro inutili ſervo habeat. Vel quod ſervus ſit inutilis, de ſe ſentiat. Ita Marcus c. 11. §. 32. *ἅπαντες γὰρ εἶχον τὸν ἰωάννην ὅτι ὄντως προφήτης ἦν*, omnes enim ſentiebant de Joanne, quod verè propheta eſſet. Vel omnes Joannem verè in numero prophetarum habebant. Id eſt, *ἐδόκουν περὶ ἰωάννου ὅτι ὄντως προφήτης ἦν.* Ita & apud Matth. c. 21. §. 26. *πάντες γὰρ ἔχουσι τὸν ἰωάννην ὡς προφήτην.* Latinis familiare eſt, in hac ſignificatione uſurpare verbum habeo. Terent. Semper enim dicta atque habita eſt ſoror, hoc eſt, exiſtimata & cre-

credita. Ad eundem modum Belgæ, *Hy houdt hem daer voor* : id eſt, talem exiſtimat. Cic. Themiſtocles cum in epulis recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior, id eſt, reputatus, exiſtimatus. Invenitur apud Iſocrat. alioquin minus uſitatum veteribus Græcis, hoc dicendi genus, in Panath. τίνας οὖν ἔχω πεπαιδευμένους;

Pag. 140. lin. 10. Χλωραίνοντα. An dicatur χλωραίνω, valde dubium eſt, cum nuſquam appareat. Heſych. habet χλωρίασις verbale, cui affingere poſſemus hoc verbum; malo itaque legere χλωρίζοντα, palleſcentem, quod extat Levit. c. 14. κοιλάς χλωρίζουσαι, vallis pallore deformis.

Pag. 140. lin. 11. Ταχέως ἐφώρασε τὸν ἔρωτα. Lucian. de Dea Syria. ἔρωτος δὲ ἀφανέος πολλὰ σημεῖα, ὀφθαλμοί τε ἀσθενέες, καὶ φωνὴ, καὶ χροιὴ, καὶ δάκρυα, Amoris ante occulti multa ſunt ſigna, oculi languentes, vox, color, & lacrymæ. Proni in lacrymas ſunt, qui amant, ut hic vides. Ovid. libr. 3. de art. amand.

Quo non ars penetrat? diſcunt lachrymare decenter:
Quoque volunt plorant tempore, quoque modo.

Idem in Briſeid.

Sed tamen hæ lacrymæ pondera vocis habent.

Xen. libr. 5. de inſtitut. Cyr. ἀλλ' ἐγὼ ἑώρακα καὶ κλαίοντας ὑπὸ λύπης δι' ἔρωτα, vidi ego qui præ dolore, quem ex amore percipiebant, flerent. Ampelis meretrix apud Lucian. ἐπεὶ τ' ἄλλα; φιλήματα, καὶ δάκρυα, καὶ ὅρκοι, καὶ τὸ πολλάκις ἥκειν, ἀρχομένου ἔρωτος σημεῖον, καὶ φυομένου ἔτι, Nam cætera illa, oſcula, lacrymæ, & crebrò ventitare, incipientis & creſcentis adhuc amoris ſunt ſigna.

Pag. 140. lin. 15. ἤλεγχε τοῖς λόγοις, ante habebat Codex. At præſtat. ἤλεγχε τοὺς λόγους, legere.

Pag. 140. lin. 20. προσκαλεσάμενος τὴν χλόην, accitam Chloën. Χλόη dicta videtur à χλοάω, quod Poëtis eſt uſitatum pro timeo, trepido, voce à colore timoris deducta. Unde Χλόαι Nymphæ illæ, quæ perpetuo tactum Satyrorum fugere putabantur: ea occaſione Horatius ſuam illam timidulam, & contactum viri fugientem puellam, Chloën od. 23. libr. 1. dixit.

Vitas binnuleo me ſimilis Chloë,
Quærenti pavidam montibus aviis,
Matrem, non ſine vano
Aurarum & ſylvæ metu.

Aliam hujus etymologiam videſis ſupra pag. 11. b.

Pag. 140. l. ult. Μηδὲν γεγονέναι φιλήματος, καὶ ὅρκων πλεῖον. Ita Clitophon apud Achill. Tat. inquit: παρθένον γὰρ τὴν κόρην μέχρι τούτου τετήρηκα, ad hoc uſque tempus virginem ſervavi puellam.

Pag. 141. lin. 1. τοῦ συνωμοσίου. συνωμόσιον, raró legitur; ſed frequentius συνωμοσία, conjuratio, conſpiratio: reperitur tamen apud Dionyſ. Hal. libr. 10. antiq. Τοῦτο δὴ φυλάττοντες τὸ συνωμόσιον, Hanc ergo conjurationis legem ſecuti. Quamvis plerumque hæc vocabula ſumantur in deteriore ſignificatione; tamen apud noſtrum in meliori ſignificatione, pro pacto, fœdereque conjugali juramento veſtito uſurpatur.

Pag. 141. lin. 2. νῦν οὖν μαθεῖν οἷόν ἐστι τὸ κάλλος ὅταν κόσμος &c. Eſt in proverbio: εἵματα ἀνήρ, veſtis virum. Quod hodiè apud nos vulgo tritiſſimum: *Het kleedt eert den man, die't heeft treckt het an.* hoc eſt, veſtitus virum ornat, qui habet, induat. Quint. libr. inſtitut. 8. Et cultus, inquiens, inceſſus atque magnificus, addit hominibus auctoritatem. Quantum momenti cul-

ti cultus veſtium adferat, ad conciliandam homini formam, dignitatem, ſatis indicat Vlyſſis exemplum, cum Nauſicam ita loquentem Poëta introducit.

Πρόσθεν μὲν γὰρ δή μοι ἀεικέλιος δέατ' εἶναι:
Νῦν δὲ θεοῖσιν ἔοικε τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι,

Ante videbatur ſpecie fœdiſſimus eſſe,
Nunc divis ſimilis, magnus quos paſcit olympus.

Ante enim pannis anniſque obſitus viſus illi fuerat Vlyſſes, qui jam veſtes nitidas induerat.

Pag. 141. lin. 5. Ἀναπλεξαμένη τὴν κόμην. ἀναπλέκω, Budæ: in comment. Græc: ling. redimio, cæſariem colligo reticulo, hoc eſt, ἀναλαμβάνω, quæ ſignificatio peculiaris eſt. Alicubi exponit ἀναπλέκονται, cincinnis collectos crines habent. Vel cincinnis implicitos crines habent. Lucian. πάντες γὰρ ἐλεύθεροι ἀναπλέκονται, omnes enim liberi cincinnis implicitos habent crines.

Pag. 141. lin. 6. Ἀπολούσασα τὸ πρόσωπον. Hom.

—— ὡς ἄρα τῷ κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις,

Sic huic infudit gratiam, capitique humeriſque.

Euſtat. ad hunc verſum. δηλοῖ δ' ἐν τούτοις ὁ ποιητὴς, ὡς τὸ σῶμα λουτροῖς τε τημελούμενον, κάλλιον γίνεται, καὶ ἱματίων δὲ λαμπρῶν περιθέσει, εἰς τὸ κάλλος ἐξάλλεται, His ſignificat poëta, corpus lavacris curatum formoſius reddi, nec non ſplendidis veſtibus indutum pulchrum fieri.

Pag. 141. lin. 21. ἐκέρασε δὲ καὶ τὴν πηγὴν οἴνῳ, temperavit, ſive miſcuit fontem vino, quo inde ſeſe oblectarent Nymphæ. Alludit ad veterem hiſtoriam. Quo Picum atque Faunum, ambos lares, caperet Numa Pompilius, dicitur fontem vino atque melle miſciſſe: οἴνῳ καὶ μέλιτι κεράσαντα τὴν κρήνην ἀφ' ἧς ἔπινον συνήθως. ut in Num. loquitur Plut.

Pag. 142. lin. 13. μετὰ τοῦ ἡλίου, ſubaudi ὁδὸν.

Pag. 142. lin. 25. Ἐξέπληξε γὰρ κἀκείνας ἡ χλόη κάλλος ἐκφέρουσα. Facile formoſa fœmina movet ſpectantium affectus. Heliodor. Æthiop. libr. 2. ὡραιότητι δὲ σώματος οὕτω δή τι τοὺς πάντας ὑπερβέβληκεν, ὥστε πᾶς ὀφθαλμὸς ἐλληνικός τε καὶ ξένος ἐπ' αὐτὴν φέρεται, pulchritudine autem corporis ſic omnes ſuperavit, ut omnium oculi, peregrinorum æquè ac Græcorum, in illam conjiciantur.

Pag. 142. lin. 26. κάλλος παροδοκιμηθῆναι οὐ δυνάμενον. Heliodor. οὕτως ἄρα κάλλους ὑπερβολὴ, Ita ſanè formæ erat excellentia. Petron. mulierem omnibus ſimulacris emendatiorem dixit. Nulla vox eſt, quæ formam ejus poſſit comprehendere. Nam quicquid dixero minus erit.

Pag. 143. lin. 15. ἡνίκα ἂν τὸν ὕστατον πλήσῃ κρατῆρα, ubi impleverit poſtremum craterem. Videtur hic innuere craterem illum, qui ſemper inferebatur ad libationem, quæ pars extrema erat in conviviis, ubi majoribus, & capacioribus poculis res agebatur: Ad cujus uſum Statius pateram infert in fine convivii.

Victa fames, ſignis perfectam, auroque nitentem
Iaſides pateram famulos ex more popoſcit,
Qua Danaus libare Diis, ſeniorque Phoroneus
Aſſueti.

Procul dubio illud innuit poculum, quod Hom. ἄλεισον appellat, cælatum emblematis, cælaturiſque ornatum. Odyſſ. ρ.

Δῶσε

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

Δώσω καλὸν, ἵνα σπενδῆσθαι θεοῖσιν,
Ἀθανάτοις, ἐμέθεν μεμνημένος ἤματα
πάντα,

Dabo pulchrum poculum, ut libes Diis
Immortalibus, mei memor diebus om-
nibus.

Pag. 143. lin 18. Ἄδειν τὸν ὑμέναιον. ὑμέναιος, ſive Hymenæus adeò formoſus fuit, ut adoleſcens puella putaretur. Is cum quandam virginem præclaro loco natam, iſque ipſe humili, aut ſaltem mediocri ortus, adamaſſet, deſperatiſque propterea nuptiis, ſequendo puellam, amori ut ſatisfaceret. At cum Athenienſium nobiliſſimæ virgines Eleuſinæ Cereri ſacra facerent, ſubito adventu piratarum raptæ ſunt: inter quas etiam fuit Hymenæus, qui illò amatam ſecutus, tanquam puella raptus eſt: ſed cum piratæ ſuam prædam per maria longè portaſſent, in deſertam regionem delati, atque itinere fatigati ſomno ſeſe dederant, quos cum omnes ad internecionem uſque deleviſſet Hymenæus, ibidem relictis virginibus, Athenas ſoſpes rediit, petiitque à civibus, ut virgines ſi reduxiſſet, ſibi dilectiſſimæ nuptias impetraret: quibus fœliciter reductis, optatam ſibi in matrimonium virginem meruit: quod conjugium quia fœlix atque fauſtum deinceps fuit, placuit Athenienſibus omnibus nuptiis Hymenæi nomen intereſſe. Eò jam alludit noſter: Quippe quemadmodum Thalaſſionem in nuptiis Romani, ita Græci in ſuis Hymenæum inclamare conſuevere, eumque hymno nuptiali celebrare, atque cantare. Teren. in Adelph. Hæc mihi in mora eſt tibicina, & hymenæum qui cantent. Donatus ad hæc: Sic accipe, hymenæum in nuptiis, quemadmodum θρῆνον in funere, vel in ſacris hymnum. Apud Athenæ. libr. 14. c. 3. relatis aliquot cantionibus, quidam dicit ἱμαῖον eſſe ᾠδὴν μυλωθρῶν ἐν δὲ γάμοις ὑμέναιον. Heſych. ὑμηναίων, exponit γαμικῶν ἀσμάτων, Suid. γαμικῶν ὕμνων, ad quod citat verſum ex epigramm. quod extat libr. 3. epigram.

Τὸν χαρίεντ' Ἀλκμᾶνα τὸν ὑμνητῆρ' ὑμεναίων
Κύκνον, τὸν Μουσῶν ἄξια μελψάμενον,

Illum feſtivum Alcmanem, illum celebratorem Hymenæorum
Cycnum, illum, qui Muſis digna ſuaviter cecinit.

Lucian. in dial. Zephyr. & Not. ἡμμένας τὰς δᾷδας φέροντες, ᾖδον τὸν ὑμέναιον, accenſas ferentes faces, hymenæum canebant. Athenæ. libr. 5. c. 5. de Philoxeno: λουσάμενος παρῆν ἄκλητος ὡς τὸ νυμφίον, καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον ᾖσεν ὑμέναιον, οὗ ἦν ἀρχή:

γάμε θεῶν λαμπρότατε. πάντας ἐψυχαγώγησεν,

Philoxenus lotus ad ſponſi domum perrexit, non invitatus: ac poſt cœnam carmen nuptiale cecinit, cujus principium erat:

Nuptiæ Dearum ſplendidiſſimæ. Quo cantu mirificè delectati ſunt omnes, atque exhilarati: eſt itaque ᾄδειν τὸν ὑμέναιον hoc loco μετωνυμικῶς ᾄδειν γαμικὸν ὕμνον, canere hymnum nuptialem. Pari modo Maro libr. 7. Æneid.

Ipſa inter medias flagrantem fervida pinum
Suſtinet, ac natæ, Turnique canit Hymenæos.

Id eſt, carmen nuptiale in ſuæ honorem natæ, Turnique compoſitum. Alexand. ab Alexan. libr. 2. genial. dier. Thalaſſiumque modulatis carminibus clamitant, ſicut Græci: ὑμὴν ὦ ὑμέναιε ὦ ὑμήν.

Proclus Chreſtomathias putat Hymenæum fœlicis vitæ fuiſſe acclamationem, præſentibuſque fidam matrimonii ſocietatem cum mutuo amore comprecari,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

cari, Æolica dialecto votum innectendo, quaſi ὑμδμαίειν, & ὁμονοεῖν, id eſt, una habitare, & eadem ſentire eos concorditer viventes optarent.

Pag. 143. lin. 26. Ἐξ οὗ σπένδουσιν ἑρμῇ, quo libant Mercurio. Moris erat Mercurio ſacrificare, libareq; cum cubitum irent. Heliodor. libr. 3. Æthiop. καὶ τὸν ἑρμῆν ἐπὶ πᾶσιν ἐπικαλούμενος, εὐόνειρόν τε ᾔτει τὴν νύκτα, Tum poſt cæteros Mercurium invocans, petebat fœlicem in ſomniis noctem. Clarè Athenæ. libr. 1. cap. 14. in princ. ἔσπενδον δὲ ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες καὶ τὰς σπονδὰς ἐποιοῦντο ἑρμῇ, καὶ οὐχ ὡς ὕστερον Διῒ τελείῳ· δοκεῖ γὰρ ἑρμῆς ὕπνου προστάτης εἶναι. σπένδουσι δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ ταῖς γλώσσαις ἐκ τῶν δείπνων ἀπιόντες, Poſt cœnam, cum jam cœtus diſſolveretur, libabant antiqui Mercurio, non ut poſteritas Jovi Teleo, quoniam Mercurius ſomno præeſt. Libabant & eidem à cœna diſceſſuri, ob linguæ commercium. Hunc ritum ſatis ac ſuper expreſſit Hom. odyſſ. η. v. 136.

Εὗρε δὲ Φαιήκων ἡγήτορας ἠδὲ μέδοντας
Σπένδοντας δεπάεσσιν ἐϋσκόπῳ Ἀργει-
φόντῃ,

Invenit autem Phaacum duces atque
conſiliarios
Libantes poculis ſpeculatori Mercurio.

Huic quippe ultimo libabant, quando cogitabant de lecto.

Pag. 144. lin. 8. Ἐβάστασε. βαστάζω, porto, bajulo, pondus exploro, ſed hoc loco ſumitur pro tollo. Suid. βασταχθεῖν, ἀρθεῖν, κλαπεῖν, ſublatum fuerit, etiam ſurreptum. Herodian. libr. 4. μετὰ δὲ τοῦτο πάλιν βαστάσαντες τὴν κλίνην, quibus peractis, tollunt iterum lectum.

Pag. 144. lin. 15. Μεγακλῆς, Megacles, pater inventæ verus Chloës, à μέγας magnus, & κλέος, fama gloria.

Pag. 144. lin. 19. εἰς χορηγίαν. Apud Athenienſes, magnates & primores ad ſibi demerendam plebem, ſpontaneas in ludos ſpectaculaque erogationes feciſſe legimus: Hinc ille apud Lucian. inter reliquas laudes Demoſthenis recenſet, δημοθοινίας, χορηγίας ἐθελουσίους καὶ τριηραρχίας, populares epulas, ſpontaneas in ludos erogationes, & Trierarchias.

Pag. 144. lin. 19. εἰς τριηραρχίαν ἐξεδαπάνησα.

Diviſus Athenienſium populus univerſus, habita facultatum ratione, olim tempore Demoſthenis fuit, in certas claſſes, ita ut in unam conjicerentur, qui alios facultatibus longè antecederent. His pro temporum neceſſitate imperabatur publicè, ut vel duodeni, vel ſeni, vel etiam terni, ſi reſpub. in ſummo diſcrimine eſſet, unam triremem inſtruerent, eamque ſuo ſumptu, ſua impenſa reficerent. Quique ad hoc munus legebantur eos τριηράρχους appellabant. Schol. Ariſtoph. τριηραρχία λειτουργία παρ' Ἀθηναίοις δαπανηρά· ἔδει γὰρ τὴν τριήρη πάντα ἔχειν πρὸς πόλεμον εὐτρεπῆ. ἅπερ παρεσκεύαζεν ὁ εἰς τὴν λειτουργίαν ταύτην προβληθείς. Trierarchia munus publicum eſt apud Athenienſes, & ſumptuoſum: oportebat enim triremen habere per omnia ad bellum inſtructam, quam parare cogebatur is, cui hoc muneris imponebatur. Demoſth. orat. adverſ. Mid. καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων καὶ τὰς ναῦς ἐπληροῦμεν αὐτοὶ & ſumptus omnes è privatis ædibus promebamus, naveſque ipſas complebamus. Pater Demoſthenis τριήραρχος fuit, qua dignitate vix Athenis major fuit. Firmat hoc in Encomio Demoſthenis Therſagoras ille poëta, cum ita infit: παρέντι δὴ τὰς Ἀθήνας, ἐκδέχεται τὸν λόγον πατὴρ τριήραρχος &c. οὐ γὰρ ἦν Ἀθήνησι λαμπρότερον τιμήματος τριηραρχικοῦ, Itaque omiſſis Athenis, excipit orationem pa-

ter claſſis præfectus: Nulla enim Athenis major dignitas eſt præfectura claſſis De Trierarchis ipſis vide Jul. Poſtellum c. 9. De Repub. Athenienſ. Item celeberrimum Virum J. Schefferum de militia navali libr. 2. cap. 4.

Pag. 145. lin. 20. Ῥόδη, nomen proprium mulieris, matris Chloës, dictæ à ῥόδον hoc eſt, roſa. Hujus nominis fit mentio Act. 12. §. 13. προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι, ὀνόματι ῥόδη, prodiit puella ut ſubauſcultaret, nomine Rhode. Multa mulierum nomina, quemadmodum ſupra vidimus, à floribus, herbis, arboribus, deducta videmus, ῥόδη etiam in Menandri fragmentis extat.

Pag. 145. lin. 21. ἐν τοῖς κόλποις εἶχε, habebat in ſinu. Hujus dictionis frequenter pluralis pro ſingulari ponitur. Il. 1.

——— δεύοντο δὲ δάκρυσι κόλποι,

Rigabantur autem lacrymis ſinus.

Ad eundem modum etiam apud Latin. Tibull.

Deſpuit in molles & ſibi quiſque ſinus.

Inſuper nota, hanc vocem fermè eſſe ſemper in mentione amoris, & ſtudii. Plut. in vita Caton. γαβίνιον ἐκ τῶν πομπηΐου κόλπων, Gabinium hominem ex Pompeii ſinu. Virg. lib. 11. Æneid.

Ipſe ſinu (infantem) præ ſe portans
juga longa petebat.

Idem libr. 4.

Semianimemque ſinu germanam amplexa fovebat.

Etiam in re venerea. Lucian. in Pſeudoman. εἰ δὲ μὴ πολλαὶ ἦσαν αἱ δᾷδες τάχ' ἄν τι καὶ τῶν ὑπὸ κόλπου ἐπράττετο, quod niſi complures tædæ fuiſſent, forſan nonnihil eorum, quæ ſub ſinu fieri ſolent, patratum fuiſſet.

Pag. 145. lin. 23. Δάφνις γὰρ οὐδενὶ διώμνυτο περιήσεσθαι, Daphnis dejerabat ſe non permiſſurum. Nota hæc particula γὰρ aliquando παρέλκει, aut meram notat emphaſin, ut Marc. 15. §. 14. τί γὰρ κακὸν ἐποίησε; quid mali perpetravit? Ad Timoth. 2. c. 2. §. 7. δώη γάρ σοι θεὸς ὁ κύριος, Det vero tibi Dominus. Plat. ἔστι γὰρ οὕτω, Ita eſt. Dionyſ. Hal. lib. 9. Νῦν δὲ ὁρᾶτε γὰρ καὶ ἀκούετε, Nunc videtis, & auditis. Lucian. in vitar. auct. μορφὴν γὰρ ἔχει τὸ πῦρ, ἢ ἀὴρ, ἢ ὕδωρ; Formamne habent ignis, aër, & aqua? Budæ: in comment. ling. Græc. γὰρ, inquit παρέλκει etiam ſæpè apud Atticos, ut καί.

Pag. 145. lin. 29. μὴ φέροντες τὴν ἐν ἄστει διατριβήν. Verè Diodorus Siculus libr. 3. οὕτως αὐτοφυές ἐστι τι φίλτρον πᾶσι συνήθης χώρα. Magno paſtoralis vitæ tenebatur deſiderio Daphnis, qui malebat vivere ſecretis inglorius arvis, ab illis procul moleſtiarum tempeſtatibus, quibus magis urbana, quam ruſtica vita infeſta eſt. Noverat enim fœlicem illum eſſe ruſticum, qui hilaris cum occidente ſole, finiente laborum & curarum æſtu, cum ſuis olus & ſuccidiam ſumit: quam quidem, non eruditus palati architectus, ſed fames condit, ut ſuavius Regum rex non ſumat, cujus menſæ extruendæ cauſa, montes, ſylvæ, & maria luſtrantur.

Mundæ ſub lare pauperum
Cœnæ ſine aulæis & oſtro,
Sollicitam explicuere frontem.

Pag 146. lin. 11. ἔπι ταῖς Νύμφαις. lege ἐπὶ ταῖς Νύμφαις, juxta ſive coram Nymphis, hoc eſt. Nympharum ſtatuis, & imaginibus. Ita frequenter ſtatuæ, eorundem nomine, quorum ſunt ſigna, veniunt. Ita act. 14. §. 13. τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως, Jovis collocati ante illorum urbem. Intelligitur Jovis ſtatua, quæ ad portas erat collocata.

Pag. 146. lin. 11. Ἐ'ις τοὺς μυρίας ἐπλήρωσεν. lege εἰς τοὺς μύριους: Nam μυρίοι & μυρίαι, παροξυτόνως, infinitum atque immenſum ſignificant numerum:

At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 D 20

At μύριοι & μύριαι, προπαροξυτόνως, decies mille denotant, quod magis huic loco quadrat.

Pag 146. lin. 15. ὑπὸ τοῦ ἄντρου, in antro. Nota ὑπὸ aliquando eſſe idem quod ἐν. Hom. καταχρύψας ὑπὸ κόλπου, cum occuluiſſet in ſinu. Herodian. lib. 6. ὑπεμίμνησκον δὲ ἀλλήλους τε ὑπὸ ταῖς ἀναφοραῖς διὰ μέλλησιν αὐτοῦ πταισμάτων, ferentes inter ſe ſermonibus, quantum detrimenti cunctatione illius in oriente res accepiſſent. Ita Maro uſus eſt ſub, pro in. Æneid. 1.

Namque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo.

id eſt, in templo. Ovid. Eleg. 3. libr. 1 Triſt.

Nota procul lybicis aberat diverſa ſub oris.

Pag. 146. lin. 16 ςιβάδας ὑπεστόρεσεν, toros ſubſtravit. ςιβάδες erant ſtramenta è frondibus teneris, calamis, culmis, aut aliis herbis. Biſetus: ςιβὰς, ἡ εὐτελὴς, καὶ καταπεπλεγμένη ςρωμνὴ, παρὰ τὸ ςείβω, τὸ καταπατῶ. οἱ δὲ τὴν ςιβάδα φύλλων χαμαὶ κατακεκλιμένων, καὶ πεπατημένων θέσιν καλοῦσι. Erat itaque ςίβας thorus humi jacens, ex lignis & ramis confectus, vel paleis & foliis. Vocatur & Græcis ςιβάδιον, nonnulli ἀνακλιντήριον appellant. Hujus mentionem facit Ariſtoph. in Pluto.

——— ἀντὶ δὲ κλίνης,
Στιβάδα σχοίνων,
Pro lecto culcitram ex juncis confectam,
ſive junceam.

Plut. in inſtitut. Laconicis, de juventute Spartana: ἐκάθευδον οἱ νέοι ὁμοῦ ἐπὶ ςιβάδων, ἃς αὐτοὶ συνεφόρουν, τοῦ παρὰ τῷ Εὐρώτᾳ πεφυκότος καλάμου τὰ ἄκρα ταῖς χερσὶν ἄνευ σιδήρου κατακλάσαντες, Simul dormiebant adoleſcentes in toris, quos ipſi congerebant, arundinum, quas Eurotas fert, ſumma manibus ſine ferro defringentes. Et ſane propriè hic ſumitur ςιβὰς, reſpondens Latinorum toro, dicto à contortis herbis. Nam ſicuti etiam ſuper toris epulabantur. Maro libr. 7. Æneid.

Præcipuumque toro, & villoſi pelle Leonis
Accipit Æneam.

Ad eundem modum ſuper ſtibadibus epulæ ſumi conſueverunt. Anthol.

——— Ποτὶ δεῖπνον ἐπελθὼν,
ξυνῇ κεκλιμένην ἔδρακον ἐν ςιβάδι.
Ad convivium cum veni,
Vidi illam communi accumbentem in ſtibade.

Idem Maro libr. 3. Æneid. innuit.

Extruimuſque toros, dapibuſque epulamur opimis.

Pag. 146. lin. 16. ἐκ χλωρῆς φυλλάδος. Hinc λεχεποίης Græcis dicitur lectis & ſtibadiis herbas ferens idoneas. Hom. Il. δ. & 17.

Ἄσωπον δ' ἵκοντο βαθύσχοινον λεχεποίην,
Ad Aſopum venerunt herboſum, altos juncos habentem.

Hic Scholiaſt. λεχεποίην, βαθεῖαν πόαν ἔχοντα, ἐξ ἧς ἔςι καὶ λέχος ποιῆσαι, herbas ferentem, ex quibus lecti ſive tori extrui poſſint. Ea de cauſa Homerus dicit πτελεὸν λεχεποίην, Pteleum herboſam; cum tori ex hac materia extrui ſoleant.

Pag. 146. lin. 18. Τοὺς κωμήτας κατακλίνας, id eſt, ποιήσας ἀναπεσεῖν: ut Joan. loquitur c. 6. §. 10. At noſter pari modo, quo Lucas c. 9. §. 14. dixit: κατακλίνατε αὐτοὺς, facite ut diſcumbant. Plut. in Lycur. de Charileo: κατακλίνει ἐν βασιλικῇ χώρᾳ τὸ παιδίον, puerum in regia ſede deponit.

Pag. 146. lin. 27. οἷα ᾄδουσι θερίζοντες, qualia canunt meſſores. Meſſorum cantilena dicta eſt antiquis λιτυέρσης, vel λιτυέρσας, lityerſas: cantionis genus ſic dictum à Lityerſa Midæ filio ſpurio, qui fuiſſe perhibetur ᾠδικώτατος.

Fertur celænas incoluiſſe, viatoreſque excepiſſe, & coëgiſſe ſecum θερίζειν: deinde capita eorum amputaſſe, & truncum corporis in manipulos involviſſe: ipſe tandem ab Hercule interfectus fuiſſe. Subjungit Suidas, εἰς τιμὴν τοῦ Μίδου θερισικὸν ὕμνον ἐπ' αὐτῷ συντεθῆναι. Athenæ. libr. 14. c. 3. ἡ δὲ τῶν θεριστῶν ᾠδὴ λιτυέρσης καλεῖται. Pollux dicit eſſe σκαπανέων ᾠδὴν καὶ γεωργῶν, cantionem foſſorum & agricolarum, & quidem Phrygiacorum. Menander in Chalcedonio.

Ἄδοντα λιτυέρσην ἀπ' ἀρίστου τέως,
Canentem lityerſin à prandio tunc.

Ejus facit mentionem etiam Scholiaſtes Theocrit. ad verſ. 41. Idyll. 10.

θᾶσαι δὴ καὶ ταῦτα τὰ τῶ θείω λιτυέρσα,
Attende jam & hæc carmina divini Lityerſæ.

Hic ipſus inſtituit, ut in honorem Midæ θερινὸς, id eſt, æſtivus ſive meſſorius Hymnus caneretur. Unde abiit in proverbium, λιτυέρσαν ᾠδὴν ἄδεις, Lityerſam cantionem canis: quod dicitur de iis, qui non ex animo, ſed coacti canunt. Hymnus, quem canebant manipulorum victores in honorem Cereris, fuit hic:

πλεῖστον οὖλον ἵει, πλεῖστον ἴουλον ἵει,
Plurimos ſpicarum manipulorumque faſciculos mitte.

Nota hic antiquum verbum ἱέω, in cujus locum, teſte Caſaubono, poſteriori ſeculo ſucceſſit verbum ἵημι. Cantio, ſive cantilena, quæ Baccho inter premendum uvas cani ſolebat, ἐπιλήνιον ἆσμα, vel μέλος dicebatur, ut notat Pollux libr. 4. c. 7.

Pag. 146. lin. 28. ὁ δὲ ἔσκωπτε, Alius ſophiſticè loquebatur. Apud Lacedæmonios, inquit Macrobius, inter cætera vitæ inſtituta, hoc quoque exercitii à Lycurgo eſt inſtitutum, ut adoleſcentes & ſcommata ſine morſu dicere, & ab aliis in ſe dicta perpeti diſcerent. Quippe nonnunquam iis, in quos jacitur ſcomma, gratum eſt & dulce. Quod genus maximè vel ſapiens, vel alius urbanus exercet. At inter menſas, & præſertim inter pocula, ubi facilis eſt ad iracundiam provocatio, ſuadeo ab ejuſmodi dictis faceſſas: & magis quæſtiones convivales vel proponas, vel ipſe diſſolvas.

Pag. 147. lin 2. ἀλλήλους κατεφίλουν, ſe invicem deoſculabantur. τὸ κατὰ hic nota eſſe αὐξητικὸν. Quemadmodum, quamvis in re diſſimili. apud Lucam Act. c. 20. §. 37. καὶ ἐπιπεσόντες ἐπὶ τὸν τράχηλον, κατεφίλουν αὐτὸν, Et ruentes in collum Pauli, deoſculabantur eum. Belg. *konden ſich niet ſat aen hem kuſſen.*

Pag. 147. lin. 15. ἀλλὰ καὶ ἄρρεν. lege ἀλλὰ καὶ αἰγὶ μὲν.

